NOV[illegible]M

LEXICON [illegible]RÆCUM

ETYMOLOGICUM ET REALE,

CUI PRO BAS[illegible] [illegible]BSTRATÆ SUNT

CONCORDANTIÆ ET ELUCIDA[illegible]ONES

HOMERICÆ

AUCTORE

CHRISTIANO TOBIA [illegible]

RECTORE GYMNASII [illegible]

EX OPERE INTEGRO HOMERICO-PINDA[illegible]ICO [illegible]
VOCES NEMPE OMNES PRÆSTANS, [illegible]
DEINDE, FAMILIIS ETYMOLOGICIS [illegible]

CU[illegible]

JOANNES M. DUNC[illegible]

VOLUMEN PRIMUM.

GLASGUÆ

EX [illegible]PRELO ACADEMIC[illegible]

TYPIS ET IMPENSIS ANDREÆ & [illegible]

VENALIA PROSTANT APUD [illegible]

LONDI[illegible]

18[illegible]

INTER SENATORES BRITANNICOS

INGENIO LITERIS JURIS-PERITIA ELOQUENTIA

PATRIÆ DENIQUE AMORE

PRÆSTANTISSIMO

JACOBO MACKINTOSH EQ. AUR.

ACADEMIÆ GLASGUENSIS

HIS ANNIS

RECTORI MAGNIFI[illegible]

HOC OPUS

[illegible]ATIONIS CAUSA

[illegible]RUM VOLUNT

ANDREAS ET JOANNES M. DUNCA[illegible]

ACADEMIÆ GLASGUENSIS TYPOGRAPHI.

PRÆFATIO EDITORIS.

Jamdiu est factum, cum in mentem nobis venit iteratam Lexici Dammiani editionem luci dare: nam archetypa, quod norunt docti, rara admodum dudum, nec nisi magno pretio redimenda. Id ne citius fieret, preli impedivit typographici assiduus sudor nostri, in tot utriusque linguæ auctorum editionibus de die in diem laborantis. Quod autem tamdiu in animo habitum, id tandem præstitum. Habes in manibus, Lector, integrum Dammii Lexicon nova forma indutum, ordinatius ac dispositius effectum, figuris nitidum, omnique ex parte, ut speramus, antecessore suo absolutius. De natura atque indole *prioris* editionis consulas velim ipsius Auctoris, quæ proxime sequitur, Præfationem. De hujus *novæ* instituto pauca nunc dicenda:

Quod ad normam Lexici Etymologici *opus* hoc *Herculei laboris* (ut cum Heynio* loquar) exstruxisse visum fuerit Dammio, fatendum est id agendo voluntatibus philologorum eum obsecundasse,—tironum usui atque commodis, verbi cujusdam putà sive sententiæ explanationem requirentium, minus inserviisse. Etenim tironibus aqua prorsus hæret, ni confestim ad *Indicem* quem vocat Dammius *Universalem* confugiant, tortuosum illum sane, si quis alius, viisque labyrinthicis abundantem: qui profecto sæpenumerò insuper vocum defectu laborat, sæpe etiam locis scatet perperam citatis. Quæ omnia quantam discentium studiis moram inferant, quotus est quisque qui non videt?

* Præfat. in Pind. p. xliii. ed. Lips. MDCCCXVII.

Ceterum rationem etymologicam, quam in Lexico hocce construendo secutus est Dammius, pro neglecto prorsus habuisse, nec prudentis fuisset Editoris, nec philologiæ amantibus gratum, nec dignum nomine ac memoria Auctoris eruditissimi, nec novæ demum huic nostræ editioni proficuum. Quod igitur optimum videbatur esse, nempe alphabeticum cum etymologico ordinem copulare, id, ut uno verbo dicamus, faciendum curavimus. Quanam vero ratione ad exitum perductum sit, ex sequentibus colligendum.

Pars Prima hujusce operis ipsius Lexici corpus complectitur, alphabetico ordine digestum. Quæ pro primigeniis habebat Dammius vocabula, literis capitalibus distinguuntur; derivativa omnia ac composita minusculis,—adhibita passim radicum propriarum ratione, quæ cuique vocabulo annectuntur uncinis inclusæ. Notandum etiam in Berolinensis editionis Indice locos persæpe citari sub alio quodam vocabulo reperiundos: quos omnes, quam accuratissime transcriptos, paragrapho, quo pertinent, diligenter subjecimus. Idem dictum puta de notulis quibusdam huc atque illuc sparsis, ad phrases insolentiores, ad dialectum, ad vocum flexum spectantibus. Denique Germanicam (quæ a Dammio profecta est) locorum difficiliorum versionem servavimus integram, adjecta ubique Anglica interpretatione, quam F. S[illegible] Germano debemus. Is est, qui nobis, dum Schleusneri Lexic[illegible] V. T. typis mandabamus, simili fere modo opem tulit.

In *Parte Secunda* schema habes, Lector, voces exhibens omnes familiis etymologicis dispositas; conservato examussim eodem ordine, quo usus est Dammius in Editione Principe. In quo schemate obiter notandum, nusquam fere occurrere Latinam vocum expositionem, nisi distinctionis caus[illegible] ubi repetita eadem vox (accentu tantum putà sui dispar) diversarum post[illegible] subjectionem significationum.

Exinde omnino manifestum est, rationem Partium ambarum sic demu[illegible] constitutam esse, ut mutuas quodammodo operas sibi invicem tradant, ety[illegible] [illegible]gicam videlicet seriem (quod diximus) cum alphabetica conjungend[illegible] [illegible] compendium Lectoris vertatur velim.

[illegible]rs *Realis*, sive Lexicon Nominum Propriorum: quam e[illegible]

editione Berolinensi ad verbum excerptam damus, nisi quod omnia illa huc spectantia, quibus scatet Index Dammianus, suis quæque locis inseruimus. Denique ad calcem voluminis subjicitur *Appendix nonnullorum Philologicorum*, itemque *Appendix ad Indicem Editionis Primæ;* quarum neutra, ni fallimur, in ordinem meliorem potest disponi.

Dum integrum Dammii Lexicon, formam quartanam exhibens, typis mandabamus, occurrebat nobis gratum fore permultis literatis, si partem illam, quæ ad Homeri studium spectat, separatim ederemus; præsertim cum Pindarica ab Homericis adeo feliciter haud ita pridem segregarit V. D. Henricus Huntingford LL. B. Ex hac minore editione vocabula exsulant Pindarica, cum paucis aliis Homero ignotis: Homerica, quæ majori editioni insunt, servantur omnia quam religiosissime.

Lectoris dicatur pace, Operi huic, prout e prelo typographico exibant plagulæ, quam maximam adhibitam fuisse curam, quo accurate ederetur. Quod si unus atque alter nos error latuerit, hoc nobis propter magnam voluminis molem condonandum fore non est cur non speremus.

Unum tantum addendum: nempe, suo omnino sumptu excudendum hoc Opus curavisse Typographos, suo periculo edendum. Nil vel in arduis desperandum, dum cœptis nostris aspiret Virorum doctorum ac ingenuorum favor. Πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

Glasguæ, Kal. April. mdcccxxiv.

AUCTORIS PRÆFATIO.

Pauca admodum monendus videtur Lector benevolus de consilio hujus Lexici construendi.

Dolebam primum, non ordinem satis lucidum in Lexicis Græcis, etiam eruditissimis, esse servatum. Magna illa et indigesta moles primitivorum, ut videri volunt, difficultatibus et tenebris suis deterrere magis quam invitare discentem poterat: cum tamen sermo Græcus, præ Romano, aliisque, hoc præcipui commodi habeat, ut ex paucissimis, et vix ducentis, fontibus, omnis ejus derivatorum compositorumque infinita copia, quam liquidissime promanet. Deinde videbam, deesse, non solum vocabula multa, sed et significationes quasdam atque usus plurimarum vocum: imo et persæpe nimis vagos et incertos significatus esse positos, qui in errores et hæsitationes minus exercitatum necessario inducerent. His incommodis medicinam fieri non alio modo posse intelligebam, nisi ut Novum Lexicon Etymologicum instituëretur; et ad id exstruendum, e sic dictis concordantiis omnium vetustiorum auctorum, materies congereretur. Jam, si initium huic rei conandæ esset faciendum, (ignavum enim videbatur, optare tantum, aut ab aliis exspectare, quod strenue admotâ manu ipse experiri possis,) ab antiquissimis ordiendum esse constabat: ut deinde aliorum dextra sedulitas ulterius progrederetur. Nulli autem sunt in omni Græciâ, quorum quidem scripta ætatem tulerunt, antiquiores Homero et Pindaro: nam Hesiodum aliis relinquendum putavi.

Et in Homero quidem etiam aliæ rationes me incitabant ut ei succurrendum judicarem. Nonnulli enim ejus interpretes, non ex ipso eum, sed notionibus nescio unde conceptis, explicabant: unde fiebat, ut multum sordidi et plebeii allineretur et imputaretur tersissimo scriptori. Scripsit enim,

stilo facili, sed arguto et vere aulico, qualis virum principem, ex illustri regum Ægyptiacorum stirpe oriundum, multis peregrinationibus et assiduo heroum convictu expolitum, decebat. Nil ille spirat nisi nobile, candidum, magnanimum; hilare quoque et amœnum; verbis sententiisque summa cura et electis et ordinatis. Talem tantopere a quibusdam deformatum, ut fere nihil sibi simile retineret, permoleste ferebam. Cui malo occurri posse hoc uno animadvertebam, si quilibet legendi ejus cupidus eo subsidio instrueretur, ut ad ipsum pernoscendum, sine alterius adminiculo, facili et certâ viâ, accedere posset.

Habes ergo, lector benevole, in hoc Lexico, maxime CONCORDANTIAS HOMERICAS, quibus deinde et PINDARICÆ accesserunt; expletas iis elucidationibus locorum Homericorum, quas ex ingenti Eustathio excerpi dignas putabam.

Sed ut tamen hic præsens labor simul possit basin aliquam præbere, ad extruendum etiam ex aliis concordantiis Universale aliquod Lexicon Græcum, quod unius hominis industriâ confici non potest: ita disposui et digessi omnes voces, ut appareret, ex quam paucis radicibus propullulet Græca copia; et, ut vis vera vocum, magis inde perspicua fieret. Adjecta sunt ex Tragicis Græcis, et ex Historico primo, et ex aliis, quædam loca; quum perlustrassem ea scripta, an forte novum aliquod thema possem deprehendere.

Denique ut Nomina Propria Deorum, hominum, locorumque, et alia philologemata, lectori Homerico, in promptu esse possint, si cujus eorum opus habeat; pars Realis adjuncta præstabit.

Cæterum a tirone, non evolvi solum, sed et pervolvi, paullo accuratius volet hæc opella. *Scrib. die* 27 *Martii*, 1765.

DE HUJUSCE OPERIS INSTRUCTIONE.

SCIAT Lector humanissimus, collectionem hujus Lexici ita esse factam. Ex Romanâ editione Homeri, cum παρεκβολαῖς vel annotationibus marginalibus Eustathii, colligebam omnes voces poëtæ, et omnes scitu dignas annotationes Eustathii, sic, ut adversa tantum pagina folii inscriberetur. Hæc integra folia vel plagulas, quorum numerus ad octingenta adscendebat, dissecabam in schedas; quarum ultra viginti quinque myriades exsistebant. Has myriades per alphabetum generale, post per syzygias speciales specialioresque, digerebam, ut sparsæ voces ad suas quæque cognationes redirent. Quas singulas collectas, chartulis involvebam, et numeris notatas in indicem referebam: qua ratione plus bis mille trecenti ejusmodi fasciculi nascebantur. Horum denos, secundum seriem numerorum, filo colligabam; deinde decies denos alio longiore filo: ut tandem viginti tres fasces majores fierent. Hoc enim pacto quælibet collecta vox in meâ erat potestate, ut, ope illius indicis et numeri chartulæ inscripti, prompte reperiri posset. Post hanc operam, tædii plenissimam, nisi prævisa utilitas, pariter ac jucunditas, animum subinde reficeret; elaborationem ipsam adgrediebar, sic ut magnis et æqualibus foliis quodque vocabulum, cum suis locis, et animadversionibus, munde inscriberem: et tandem, ista quoque folia in contextum unum denuo exscribebam. Homero absoluto, pari modo cum Pindaro, ex editione Oxoniensi, versabar. Hic labor mihi, nocte dieque continuatus, octo pæne annos inter alios labores, absumsit.

DAMMII

LEXICON HOMERICUM.

PARS PRIMA.

'Α, in genere imitatur sonum vel *mirantis*, vel *cupientis*, vel *aversantis*: hinc orta est distinctio inter α *intensivum*, (ἐπιτατικὸν) *conjunctivum*, (ἀθροιστικὸν) *negativum*, (στερητικὸν,) *querulum*, (θρηνητικόν.) præterea est nonnunquam signum *unitatis*, μονώσεως, ut in ἁπλοῦς, i. e. μόνος πέλων, a πέλω sum; cui opponitur διπλοῦς.

ἆ, adverbium κλητικὸν, seu vocativo jungi solitum. differt ab ὦ, quod hoc ponitur quando non sumus in magno affectu: ἆ autem, quando sumus in magno aut gravi affectu, aut si reprehendimus. ἆ δεῖλ' pro δειλὲ, Λ, 441, ubi notat ingentem ἀγανάκτησιν. sed ibid. 452, eædem voces notant insigne ἔλεος. sic et Ρ, 201. et 443, ἆ δειλὼ, ah miseri! et Ω, 518, ἆ δειλ', *ach du armer, (ah! miserable man!)* sed Π, 837, hæ voces sunt exprobrantis, et ex parte irridentis. irascentis sunt, σ, 388. ἆ δειλοὶ, υ, 351, sunt exhorrescentis et miserantis. ἆ δειλὲ ξείνων, φ, 288, O miser hospitum, sunt increpantis et reprehendentis. eadem verba sunt et ξ, 361, sed ex affectu amoris et miserationis orta: et δειλὸς ibi, et præcedente loco, est pro superlativo δειλότατος. alibi hoc ἆ ponitur et pro αἴθε, utinam, *optative*. ortum est ex α intensivo: et est Germanorum *ach, (ah!)* Vide sub Ὦ.

ᾱ pro αι vide sub 'Αχαιοὶ, in R.

ἀάατος, ου. ὁ ἡ. ("Ατω) non decipiens, non decipiendus. ab ἀάτω, in fraudem et errorem induco, decipio: et cum α privativo. ὄμοσον (jura) ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ, Ξ, 271, aquam Stygis, quæ decipi non potest, et ubi error gravem offensionem parit. Nam dii jurant hanc aquam, quasi in Tartara præcipitandi si pejerarint. ἀάατον ἄεθλον, φ, 91, ubi procus sic vocat arcum propositum, in cujus tensione consistebat fortuna eorum: *den untrieglichen, (the undeceiving.)* sic et χ, 5, ubi Ulysses ea verba, irridens procos, repetit. possis et hanc vocem cum α intensivo compositam dicere, quasi valde in fraudem inducens si aberres: sed præstat prius. cæterum concursus vocalium a poëta retentus ob εὐρυφωνίαν, quam poëta sæpe sectatur in rebus affectuosis. προκρίνει γὰρ ἐν πολλοῖς ἡ ποίησις, τῆς λείας φωνῆς τὸ χασμῶδες, διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ὀγκηρόν: et huc maxime aptum est τὸ α, et τὸ ω. exprimit simul hæc vox gemitum ejus, qui aberrat a scopo et vero: et est poëtica vox.

ἀαγὴς, έος. ὁ ἡ. ("Αγω) non fractus, non frangendus. ἄκλαστος, ἄθραυστος, μὴ ἀγνύμενος, qui non frangitur. ἀαγὲς ῥόπαλον, clava firmissima, quæ non frangitur, λ, 574, nam erat παγχάλκεον.

ἄαπτος, ου. ὁ ἡ. (Πέτω) valde incessens et premens et percellens: valde vehemens, et proturbare valens. est ab ἰάπτω, cum α intensivo: et est epitheton manuum fortissimarum, quæ multum damni inferre possunt adversariis, et quæ certissime percellunt obstantia. de manibus Jovis est, Α, 567. Θ, 450. Ajacis, Η, 309. Ν, 77. Agamemnonis, Λ, 169, et de hominibus non absolute et omni tempore, sed eo tantum tempore de quo sermo jam est, intelligendum. sic de Trojanis bellatoribus, Μ, 166. Ν, 49, i. e. manus jam vincentis. de Græcis, Ν, 318. de Patroclo, jam vincente, Π, 244, ubi est, ἤ οἱ τότε χεῖρες ἄαπτοι μαίνονται, an ei (Patroclo) tunc manus suæ percellentes furant; ut appareat idea nocentis et perdentis valde. de Hectore, Ρ, 638. Achille, Υ, 503. de violento aliquo anonymo, λ, 501, τῷ κε (tunc sane) τέῳ (i. e. τινὶ, alicui) στύξαιμι μένος (retunderem robur) καὶ χεῖρας ἀάπτους, manus violenter impetentes, οἱ (alicujus ex iis qui) κεῖνον βιόωνται, pro βιάονται, illum vi incessunt: ut per verbum βιᾶσθαι simul id epitheton illustretur. de Ulysse, interficiente procos, χ, 70, 248. quidam hoc nomen ab ἅπτω vel ἅπτομαι, factum opinantur, quasi notentur manus ἀπροσπέλαστοι, ὧν οὐκ ἂν ἅψαιτό τις. sed frigidum id esse apparet; sicut et aliæ multæ de hujus nominis origine opinationes. possit tamen dici, ab ἅπτω, attingo valide, *ich hafte, packe an, (I seize, lay*

hold of,) cum α intensivo, compositum nomen, ut notentur manus validissime et certissime comprehendentes.

ἀασαμην, ἄασε, ἀασθεὶς, ἀάσθην, vide sub "Ἄτω.

ἀασθῆναι, vide sub μέγας.

ἀάσχετος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) est ὁ λίαν ἄσχετος, ἄγαν ἀκατάσχετος. prius α intendit, alterum privat, et σχέσθαι est, temperare sibi, remittere. valde violentus, omnino non remittens aut temperans. μητρός σοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, inquit Jupiter ad Martem, Junonis filium, E, 892, matris tibi vehementia est intemperans; i. e. sicut tempestates ventorum et aëris sunt adfligentes et insupportabiles, ita etiam prœliorum. πάντας γὰρ ἀάσχετον ἵκετο πένθος, omnes enim invaserat luctus non cohibendus, Ω, 708, *eine untröstbare trauer, (an inconsolable sorrow,)* λίαν ἄσχετος

ἀάτη, et æolice αὐάτη, ης. ἡ. ("Ατω) eadem quæ ἡ ἄτη. Æoles autem amant suum υ interserere concursui vocalium. sic scribunt αὐὴρ pro ἀὴρ, αὐὼς pro ἠώς, etc.

ἀβακέω, f. ήσω. (Φάω) loqui nescio, deinde in genere, ignoro quid dicendum sit de hac re, ἀγνοέω, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἔχω βάζειν, ἀλλ' ἀπορέω ἐπὶ τῷ βλεπομένῳ. πάντες ἀβάκησαν, ἐγὼ δὲ οἴη ἀνέγνων αὐτὸν, δ, 249, omnes ignorabant, ego autem sola agnoscebam eum, quantumvis personatum. hinc est ὁ ἄβαξ, ακος, i. e. ἄλαλος, mutus, it. ἄπειρος, ἀσύνετος, παρὰ τὸ μὴ βάζειν, deinde et, τὸ σανίδιον, tabula; unde est τὸ ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσι.

ἀβελτερία, ἀβέλτερος, vide sub βέλτερος.

ἄβιος, ου. ὁ ἡ. ("Ια) non multo victu abundans, N, 6. de qua voce vide plura in R.

ἀβλαβὴς, έος. ὁ ἡ. (Λήβω) incolumis.

ἀβλεμὴς, vide sub βλεμεαίνω, et φλέψ.

ἀβλὴς, ῆτος. ὁ ἡ. (Βάλλω) in poëta notat passive; nunquam antea jactus, nondum unquam emissus. ἰὸν ἀβλῆτα, Δ, 117, ὁ μήπω βληθεὶς, i. e. ἀφεθεὶς κατά τινος. conf. ἕρμα. alibi potest et active notare, ὁ μήπω βαλὼν, i. e. ἐπιτυχών τινος, *der noch nicht getroffen hat, (that has not yet struck.)*

ἄβλητος, ου. ὁ ἡ. (Βάλλω) jactu non tactus et vulneratus. *der nicht getroffen worden, (untouched, unhurt.)* ὅστις ἔτ' ἄβλητος καὶ ἀνούτατος, Δ, 540, qui nondum vulneratus nec eminus nec cominus.

ἀβληχρὸς, ἡ, όν. (Χράω) debilis, infirmus, pallidus, macilentus, idem ac βληχρὸς quod vide. cum α abundante ab initio. ἄκρην χεῖρα οὔτασε ἀβληχρὴν, extremum brachium, i. e. manum, vulneravit, imbecillam, E, 337, τὴν ἀσθενῆ: et ἄκρη χεὶρ est eadem ac χεὶρ ἐπὶ καρπῷ, quia χεὶρ totum illud membrum significat ab humero ad extremos digitos. sermo est de Venere. quæ non habet manum validam ad pugnandum τείχεα ἀβληχρὰ, et per apocopen, retractoque accentu, ἄβληχρ', muros et munitiones invalidas, Θ, 178. θάνατος ἀβληχρὸς μάλα τοῖος, mors lenis omnino, λ, 134. ψ, 282, ἠπιμαῖος, qui non multo dolore differt nos, διὰ τὸ ἄνοσον: vel et, ἀβληχροποιὸς, qui infirmum facit, mors pallida. cæterum hoc nomen proprie ponitur de carnibus aut carnosis, quando fiunt flaccida et nervis destituta. Germanorum, *bleich, (pale,)* ejusdem pæne notionis est. Vide etiam sub βάλλομεν.

ἄβρομος, ου. ὁ ἡ. (Βρέμω) valde fremens. ab α intensivo, et ὁ βρόμος. Τρῶες Ἕκτορι ἕποντο ἄβρομοι αὐΐαχοι, N, 41, magnum frementes clamantesque. potest et verti, valde minitantes. collato 39. nam proprie de igne vel vento ὁ βρόμος ponitur. τὸ βρένθος, εος. est ἡ ὑπερηφανία, arrogantia, minax vultus et animus; est quoque a βρέμειν: unde est βρενθύεσθαι, i. e. καταστρυφᾶν ἀλαζονικῶς. et τὸ βρένθειον est μύρον τι, a superbis adhiberi solitum.

ἀβρὸς, ά, όν. ("Απω) mollis, delicatus, elegans, *zart, sauber, artig, niedlich, (tender, neat, pretty, elegant.)* est quoque ab ἡ ἀφὴ, tactus; a quo est ἀφηρὸς, cum jucunditate contingendus; et per syncopen, mutationemque adspiratæ in mediam, ἀβρός. notat et, magnificus, *vornehm, ansehnlich, (distinguished, illustrious.)* ἡ ἄβρα dicitur hinc pedissequa honestiorum feminarum, *eine kammerjungfer, kammerfræulein, (a lady's maid,)* quæ et οἰκότριψ καὶ ἔντιμος. nam formosissimæ et optime habitæ ad id ministerium eligebantur. dicebatur etiam ἡ ἄβρα, θρεπτὴ τοῖς δεσπόταις δούλη, serva in domo nata et liberaliter educata, qualis ἡ Μελανθὼ erat in Ulyssis domo: et tales ἄβραι plerumque erant concubinæ domini, saltem clam.

ἀβροτάζω, f. άσω et άξω. ('Ρέω) per noctem aberro a recta via, aut ab eo quem quæro. et in genere, aberro ab homine quem conventum volo; ut ἀβροτάζειν sit ἀποτυχεῖν τοῦ βροτοῦ ἀνδρὸς, ut Græculus scholiastes addit. est ab ἀβρότη, nox intempesta et adulta, nox concubia et inde est ἡ ἀβρόταξις, aberratio nocturna. μήπως ἀβροτάζομεν ἀλλήλων, ne aberremus a nobis invicem, K, 65, et sermo ibi est de via noctu facienda.

ἄβροτος, ου. ὁ ἡ. ('Ρέω) hominibus carens. ab α privativo, et ὁ βροτός. sic Æschylus dicit ἄβροτον ἐρημίαν, desertum locum in quo nulli versantur homines. peculiare fœmininum Ionicum, ἀβρότη, ponitur de nocte, quod in ea homines in publico versari non solent, imo quod hominibus in publico aut sub dio versantibus esse solet inimica variis modis. νὺξ ἀβρότη, Ξ, 78. et id epitheton etiam absolute ponitur de nocte.

ἄβροχος, vide sub βρέχω.

ἄβυσσος, vide sub βυσσός.

ἀγάζομαι, f. άσομαι, ('A) idem quod ἀγάω et ἀγάομαι: et hæc forma est plena. et quidem primi significatus loca sunt: Γ, 161, τὸν δὲ γέρων ἠγάσσατο, (pro ἠγάσατο, ob metrum) eum senex rex admiratus est, maximi fecit. et 244, οὐ τότε γε ὧδε 'Οδυσῆος ἀγάσσαμεθ' (pro ἠγασάμεθα) εἶδος ἰδόντες, i. e. ὅτε ἴδομεν εἶδος 'Οδυσῆος; non tantum mirabamur eum et probaba-

mus tunc ex *facie* ejus, quantum eum mirabamur ex *oratione*. μῦθον ἀγασσάμενοι Διομήδεος, cum plausu et admiratione comprobantes, H, 404. sic et de oratione Jovis in concilio deorum, Θ, 29, cum tacita veneratione mirantes et laudantes. et iterum de Diomedis verbis, I, 51. et 690, de tacita veneratione verborum Ulyssis. et 707, Diomedis, cum consensu principum. πάντες ὑπερφιάλως ἀγάσαντο (pro ἠγάσαντο) σ, 70, supra modum admirati id sunt. *Secundi* significatus loca sunt: Γ, 71, εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος, i. e. ἐφθόνησεν. et hæc invidia notat τὸ κώλυμα ἐκ τοῦ μοιριδίου, si fata obstant et voluntas dei; Phœbus enim sæpe notat hoc fatum. ἀγασσάμενοι περὶ νίκης, Ψ, 639, invidentes mihi victoriam, φθονήσαντες. τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτὸς, δ, 181, hæc fere deus ipse nimia putaturus, et hinc non largiturus erat. nisi quod ibi meliores legunt ἀγάσασθαι, ut cum ἔμελλεν sit, invidebat sine dubio. θεοὶ νῶϊν ἀγάσσαντο παρὰ ἀλλήλοις μένοντε ἥβης ταρπῆναι, ψ, 211, dii nobis inviderunt et nimium esse putarunt, nos versantes nobiscum frui adolescentia nostra, inquit Penelope ad Ulyssem tandem reducem: et ibi hoc verbum regit dativum personæ, νῶϊν, sequente accusativo rei cum infinitivo. sic posset dici; παραινῶ σοι, ζῶντα σπουδαίως διάγειν τὸν βίον. *tertius* significatus est: H, 41, οἱ δέ κε ἀγασσάμενοι, illi indignantes. μήτι κότῳ ἀγάσησθε ἕκαστος, ne forte præ ira vituperetis et indignemini singuli, Ξ, 111, ubi attice ἕκαστος, quod collectivum est, cum verbo plurali. εἴπερ μοι καὶ ἀγάσσεαι (futurum pro ἀγάσεσαι, vel ἀγάσῃ) ὅ, ττι κεν εἴπω; α, 389, an irasceris mihi ob id quod dixero? *wirst du mir es übel nehmen? (wilt thou be angry with me?)* θεοὶ ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα, β, 67, odio adspicientes, et nimis facinorosa ea putantes. *mit zorn ansehen, (to behold with anger.)* ἀμφοτέροις ἀγάσσατο θυμὸς, utriusque animus indignatus est, δ, 658. ἔφασκε Ποσειδάωνα ἀγάσασθαι ἡμῖν, Θ, 565, dicebat Neptunum nobis irasci; sequente οὕνεκα; *böse auf uns zu seyn, weil wir— (to be angry with us because we—)* eadem verba et ν, 173, s. ὅτε δή μιν πάντες ἀγασσάμεθα ἐξερέοντες, κ, 249, cum nos omnes, percontantes eum, indignabamur, sc. quod moram faceret narrandi; ἐμεμψάμεθα. *wir waren verdriesslich, dass er nur heule und nicht lieber erzele was für ein übel geschechen sey, (we were angry with him because he did nothing but roar without telling us what accident had befallen him.)* vel est pro: ἀγασάμενοι ἐξερέομεν, admirantes percontabamur. τὶς ἀθανάτων, ὕβριν ἀγασσάμενος θυμαλγέα καὶ κακὰ ἔργα, ψ, 64. λοιβαῖς ἀγαζόμενοι πρώτην θεῶν, libationibus venerati deam summam.

ἀγαθὸς, ἡ, ὸν, ('A) est ab ἀγάω, unde ἀγάζω, ἀγαστὸς, ἀγατὸς abjecto Sigma, et ionice ἀγητὸς, ἀγαθός: sic tamen ut quodvis horum suam propriam vim habeat, sicut in omni Græcia nullum perfectum occurrit synonymum. quia ἀγαθὸς vim superlativi jam in se habet, ob ἄγαν a quo descendit: hinc non habet gradus comparationis; nemo enim Græcus dixit ἀγαθώτερος, ἀγαθώτατος. notat eum, *qui præstat aliis in ea re de qua sermo est*, excellens, præstans, admirabilis in bono sensu, εὔτεχνος in genere, qui rem suam præstantissime exercet. *ausnehmend vortreflich, gut, (excellent, extraordinarily good.)* ἀγαθὸς βοὴν, egregius imperator aut ductor ordinum militarium, *ein braver commandeur, (an excellent officer,)* B, 408, 563, 567, 586. Δ, 220. E, 347, 855. Θ, 91. Λ, 345. N, 123. O, 249, 671. quibus locis de Menelao, Diomede, Hectore, Ajace, id prædicatur. conf. βοή. nam plurima imperia in pugnis humana voce peragebantur: hinc imperatores a voce laudari soliti, et ἀρετὴ καὶ τοῦτο τοῦ στρατηγοῦ καὶ χρήσιμον ἐν μάχαις, τὸ μεγαλόφωνον. tubas enim rarissime nominat Homerus, nedum alia signa sonantia, in prœliis. ἀγαθὸς ἰητὴρ præstans medicus, B, 732, Podalirius et Machaon. ἀμφὶ ἀγαθὸν θεράποντα Αἰακίδου, circa nobilissimum et fortissimum administrum Achillis, Patroclum, Π, 165. P, 388. 'Αγαμέμνων, ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητὴς, Γ, 179, rex maxime admirabilis. λιπὼν ἀγαθὸν Μενέλαον, optimum illum, Δ, 181. γέρων ἀγαθὸς Πολυΐδος, N, 666, prudentissimus. πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι, Ξ, 113, ex patre præstante nobilitate et animo paterno et gloria, etiam ego quod genus attinet glorior me esse. πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ μ' ἐγείνατο μήτηρ, sum patre nobilissimo et eximio, Φ, 109. σός τε πατὴρ ἀγαθὸς, Ψ, 608. notat ergo bonum in eminenti gradu. καὶ κ' ἀγαθοῖσιν ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι, cum quamvis fortissimis, N, 238. et 314, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ, admirandus etiam in stataria pugna. et 664, ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, dives et fortis nobilisque. sic et P, 576. ἀγαθὸς Διομήδης, K, 559. ἢ κακὸς ἢ ἀγαθὸς, aut ignavus aut strenuus, P, 632. τῷ κε ἀγαθὸν μὲν ἔπεφνε, ἀγαθὸς δέ κεν ἐξενάριξε, tum et fortissimum (me) occidisset, et fortissimus ipse occidisset (me.) quod solatium esset occisi, fortissime pugnando sub fortissimo occubuisse, Φ, 280. unde proverbium: ἐξ ἀξίου ξύλου καὶ ἀπάγξασθαι, apud Aristophanem. κλῦθι θεὰ ἀγαθή μοι ἐπίῤῥοθος ἐλθὲ ποδοῖϊν, audi dea, valida mihi auxiliatrix veni pedibus meis (in dativo) Ψ, 770, nam precatur, ut cursu vincere possit. hinc ἀγαθῷ opponitur κακὸς, i. e. ἄνανδρος, ignavus, degener. et ἀγαθὸς notat bonitatem *intrinsecam* eximiam; καλὸς vero *extrinsecam*, in bonitate formæ sitam. πατὴρ φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθαῖς, inquit Minerva irata de Jove, Θ, 360, furit mente non nimis laudabili et admirandâ: non exhibet indolem suam egregiam hoc tempore spectandam. Sæpe enim et cordatissimi accusant providentiæ regimen. μαίνεσθαι est, impetu agere vehementi. ἀγαθός περ (i. e. πέρι, supra alios) ἐὼν, A, 131. βουλὰς ἐξάρχων ἀγαθὰς, B, 273, auctor consiliorum admirabilium. ὁ δὲ πείσεται εἰς ἀγαθόν περ, Λ, 788, obsequetur cuivis egregio præcepto, et se præstantem in eo ostendet exsequendo. ἀγαθός περ ἐὼν ὑπέρο-

πλον ἔειπεν, O, 185, præstantissimus omnino exsistens, nimis violentum tamen loquitur. T, 155, fortissimus supra omnes. ἀγαθῷ περ ἐόντι, licet in cæteris sit admirandus et bonus, Ω, 53. et 173, ἀγαθὰ φρονέουσα, ego optima sentiens. εἰς ἀγαθὰ φρονέων, Ψ, 305, in optima animo suo inspiciens et intentus. *brave und edelgesinnet, (a man of noble and exalted sentiments.)* ἀγαθὰ φρονέοντα Βελλεροφόντην, Z, 162, quem ideo uxor aliena μοιχαλὶς ad facinus flectere non potuit. εἰπεῖν εἰς ἀγαθὸν, I, 102. et 623, ἀπαγγεῖλαι χρὴ μῦθον, καίπερ οὐκ ἀγαθὸν ἐόντα, etsi non est optimus. et 341, ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, præstans virtutibus et indole. ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, H, 282, 293, nobilis animi est etiam, nocti obtemperare. αὐτοῖς δαῖτα ἀγαθὴν παραθήσομαι, lautum convivium, Ψ, 810. ἀγαθὸν δὲ γυναικί περ ἐν φιλότητι μίσγεσθαι, inquit Thetis ad filium: nam bonum est, Ω, 130. et 632, εἰσορῶν ὄψιν τ' ἀγαθὴν, καὶ μῦθον ἀκούων, intuens vultum egregium et majestatis plenum regis Priami. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου, Λ, 792. O, 404, præstabilis existimanda est admonitio amici venerandi; ubi id adjectivum etiam ad ἑταίρου repetendum; nam debet homo bonus et præstans esse, cujus admonitio habenda est præstans et attendenda. et sic sæpius determinatio aliqua est duplicanda sensu. ἀγαθός περ ἐὼν, A, 275, ubi manifestum, quod ἀγαθὸς notet excellentiorem aliis et dignitate et animo: nam ipse erat summus dux, simulque æquissimus animo. et περ est ex πέρι, valde. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, B, 204, non probandum ut commodius; sed ut maxime incommodum. ὧδε βίην ἀγαθὸν, sic robore et potentia præstantem, Z, 478. τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὐ τρέπεται χρὼς, fortis et strenui viri non mutatur color in periculo, N, 284, coll. 279, ubi est opp. τοῦ κακοῦ τρέπεται χρώς. inde est Virgilianum illud: degeneres animos timor arguit. τὴν τριάδα τῶν ἀγαθῶν, cum dividuntur in bona animi et corporis et fortunæ, sumsisse ὁ περίπατος videtur ex Ω, 376, 377, ubi hæc tria memorantur. φρεσὶ γὰρ κέχρητο ἀγαθαῖς, indole nobili utebatur, γ, 266. ξ, 421, ubi simul inest ἔπαινος εὐσεβείας. π, 398, ubi naturalis bonitas mentis indicatur, corrupta tamen quodammodo per societatem malorum. ὡς ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμύμονι Πηνελοπείῃ! ubi est admirantis et laudantis exclamatio, ω, 193. ὅ, τι κακόν τ' ἀγαθόν τε. δ, 392, quodcunque vel malum vel bonum. et 237, Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ, δύναται γὰρ ἅπαντα. ἀγαθὰ φρονέων, *wohlgesinnet, (of a good disposition,)* α, 43. οὐκ ἀγαθοῖς ὁμιλεῖς, es in globo non probandorum, σ, 382. ἀνδρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ γένος (κατὰ) εὔχεται ἔμμεναι υἱὸς, φ, 335. ὡς ἀγαθὸν, quam præstans est! γ, 196. αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ, rubor non est utilis indigenti homini, ρ, 347, 352. παραθείμην ὑμῖν δαῖτα ἀγαθὴν, ο, 506. et 404, ἀλλ' ἀγαθὴ μὲν, sc. νῆσος ἐκείνη, sed tamen habet præstantiam suam, et utilitatem. ἀγαθήν τε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῦ θύγατρα μνηστεύειν ἐθέλουσι, nobilem primariam fœminam et opulenti filiam ambiunt, σ, 275. οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παραδρώωσι χέρηες, ο, 323. ubi οἱ ἀγαθοὶ sunt, primates, nobiliores, domini; quibus opponuntur οἱ χέρηες, viliores, et quasi χειρουργοὶ ταπεινοὶ, manu ministrantes aliis. ὅτι με, τοῖον ἐόντα ἀγαθοῖς γεραίρεις, ξ, 441, quod me, talem et tam mendicum, optimis rebus honoras et donas. αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, ex nobili sanguine ortus, δ, 611. ἀγαθὸς παῖς, præstans filius, ϑ, 143. σὲ οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει, *du hast nicht die beste pflege, (thou hast not the best attendance,)* qualis tantum virum decet, ω, 248. et 285, ξενίῃ ἀγαθῇ, hospitalitate optima. ζώεις ἀγαθὸν βίον, vivis vitam optatam et nobilem, ο, 490. θεὰ δ' ἐδίδου αὐτῷ ἀγαθόν τε κακόν τε, ϑ, 63, 64. ἀγαθὴ κουροτρόφος, sc. ἡ νῆσος, præstans altrix juvenum, ι, 27. sic et ν, 246, αἰγίβοτος ἀγαθὴ καὶ βούβοτος, egregia pascendis capris et bubus. ὅς σε ἀγαθὰ ῥέζεσκον, qui tibi bene feci, χ, 209. αὐτῷ Ζεὺς ἀγαθὸν τελέσειεν, ὅ, τι φρεσὶν αἷσι μενοινᾷ, quam optime cedere ei jubeat, β, 34. πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, pugilatu præstantissimum Pollucem, λ, 299. sic et Γ, 237. Ergo ἀγαθὸς est, *perfectus* et præstantissimus in suo genere: et ponitur de virtutibus animi, de natalibus, de opibus, de artificio. confer Matth. xix, 16. s. ubi ἀγαθὲ διδάσκαλε est, doctor perfecte et præstantissime: quod, ut refellat fastum magistralem Pharisaicum, Dominus ad solum Deum pertinere confirmat, eum esse doctorem perfectissimum. quæstio Domini ergo simul id vult: quo sensu et quo respectu vocas *me* perfectum? nam nemo homo is est; et pro divino tu me non agnoscis. et c. xx, 15, quod ego præstantior et liberalior sum dando, quam alii? et c. xxv, 21 ubi ἀγαθὲ est genus, præstans multo aliis: πιστὲ est species, fidelis domino tuo; sic et Luc. xxiii, 50. ἀγαθὸς est genus, vir præstantissimus; δίκαιος vero species, justitiæ [illegible] omn[illegible] amans. cæterum οἱ ἀγαθοὶ sunt ἀριδάκρυες, hi[illegible] heros flet, navibus timens, I, 433, seqq. [illegible] passim. Vide etiam sub κάλος.

ἀγαίω et ἀγαίομαι, ('A) fit ab eodem ἀγάω, sed semper fere de indignatione ponitur. κραδίη αὐτοῦ ἔνδον ὑλάκτει, ἀγαιομένου κακὰ ἔργα, υ, 16, cum indignatione vehementi mirantis hæc facinora. μεμφομένου, χαλεπαίνοντος.

ἀγακλεὴς, έεος. ὁ ἡ. (Κέλω) valde celeber fama. et ὁ ἡ ἀγακλὴς, έος. ἀγακλεὲς ὦ Μενέλαε, P, 716, O celebratissime Menelaë. sic, ὦ Ἥφαιστε, Φ, 379. υἱὸν ἀγακλῆος (pro ἀγακλέος, et id pro ἀγακλεέος) Πριάμοιο, Π, 738. sic, Μενελάου, Ψ, 529, ἀγακλέα (pro ἀγακλεέα) κούρην.

ἀγακλειτὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Κέλω) valde clarus et celeber fama et nomine. *weit berümt, (far-famed;)* memorabilis valde. ἀγακλειτοῦ Καπανῆος υἱὸς, B, 564. ἀγακλειτὸν Θρασυμήδην, Π, 463. ἀγακλυτῶν ἐπικούρων, M, 101, ἀγακλειτοὺς πυλαωροὺς, Φ, 530. ἀγακλειτὴ Γαλάτεια, Σ, 45, ut ergo et peculiare fœmininum in usu sit. ἀγακλειτῆς ἑκατόμβης, γ, 59. βασιλείης, reginæ, ρ, 370, 468. ἑκατόμβας, η, 202.

ἀγακλυτὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Κέλω) valde celeber,

valde celebrandus fama: decantatus. nam est vox media, sicut simplex κλυτὸς, de bona et minus bona, magna tamen, fama. ἀγακλυτὸς 'Ιδομενεὺς, Ζ, 436. δώματα ἀγακλυτὰ ἄνακτος, γ, 388. sic, πατρὸς, η, 3. ἀγακλυτὸν ἀμφὶ 'Οδυσῆα, θ, 502. 'Ιδομενῆα, ξ, 237, *den glorwürdigen, (the celebrated.)* Κένταυρον ἀγακλυτὸν, φ, 295, ubi est in minus laudabili sensu. 'Αμφιμέδοντα, ω, 103.

ἀγάλλω, ('A) honoratum et decoris plenum facio. eximium reddo. est ab ἀγάω.

ἀγάλλομαι, ('A) forma media, in Homero frequens; notatque, eximium me facio, delector valde, jacto me aliqua in re: et differt a χαίρω, quod confer. *mache werks wovon, ergötze mich woran, weise mich womit, habe trieb und lust wozu, (to take great delight in, to be extremely fond of.)* ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, Β, 462, alacriter et læte volantes, et præstantiam suam his ostendentes; et respicitur ibi non ad ἔθνεα, sed ad ὄρνιθας: χαίρουσαι τῇ πτήσει, καὶ ἐντρυφῶσαι τοῖς πτεροῖς, *die vornehm damit thun, (to be proud of.)* ἀγαλλόμενος ἵπποις, lætus de equis suis, eosque ut egregios magni faciens, Μ, 114. ἀγάλλεται ἔχων τεύχεα, jactat se et delectatur iis eximie, Ρ, 473. Σ, 132, coll. 133, ex quo apparet, ἀγάλλεσθαι et ἀγλαΐζεσθαι fere esse idem, *staat womit machen, (to make a parade of.)* ἀγαλλόμεναι νῆες οὔρῳ Διὸς, ε, 176, ubi poëtice, quasi de viventibus dicitur, quod delectentur et cum voluptate et elatione animi fruantur vento secundo. Nam οὖρος Διὸς est οὖρος αἴρος, et hic est navibus quasi ἄγαλμα, i. e. res egregie delectans et in honore habita. Sic et ζ, 272, αἷς (νηυσὶ) ἀγαλλόμενοι, quibus delectati. ἵπποι ἀγαλλόμεναι πώλοις, Υ, 222, ubi, respectu equarum, videri possit verbum ex ἄγαν ἄλλεσθαι ἐπί τινι compositum: quod tamen cave putes: notat enim affectum equarum in pullos suos. Cæterum hinc est apud sacros scriptores obvium ἀγαλλιάω, idem notans quod ἀγάλλομαι. Vide etiam sub χαίρω.

ἄγαλμα, ατος. τό. ('A) ab ἀγάλλω. Semper apud Homerum est omne id, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, quo quis magnopere delectatur, *worüber sich jemand freuet, woraus er sich was machet: etwas köstliches oder schönes, (something in which a person takes great delight, which he is very proud of, something excellent or beautiful,)* ἀγαλλίαμα, ἄθυρμα. et semper ponitur in bono sensu. βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα, *es ist beygelegt in verwarung, als ein staat odor zierrath für einen grossen herrn, (it is carefully preserved as an ornament for a great personage,)* Δ, 144, ornamentum regi, collato 143, et sermo est de ornatu capitis equi, de pulcro capistro. πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψε, γ, 274, quæ sunt genus; et sequuntur species, ὑφάσματά τε, χρυσός τε, varia ornamenta templi, et donaria grata, suspendit; vestes nimirum egregie textas, et aurum. et γ, 438, ἵνα ἄγαλμα θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα, ut dea, hoc ornamentum splendidum intuens, (victimam sc. inauratis cornibus) lætaretur. σοὶ ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα, δ, 602, tibi hic relinquam ut iis delecteris: et sermo est de equis, quos donatos sibi deprecatur Telemachus. ergo notat hæc vox quodcunque ἥδυσμα, sive ἔμψυχον sit sive ἄψυχον, ἐᾶν μέγα ἄγαλμα θεῶν, θελκτήριον εἶναι, θ, 509, ubi sermo est de equo Trojano ligneo: sinere hoc magnum delectabile deorum, ut sit stupendum spectaculum. ἔνθα κε θεῖμεν ἀγάλματα πολλὰ καὶ ἐσθλὰ, μ, 347, ubi votum narratur templi ædificandi, in quod varia et bona ornamenta vovent se collaturos. ἀγαλλιάματα, ἀγλαΐσματα: ἀναθήματα omnis generis, *geheiligte schätze und zierrathen, (sacred treasures and ornaments.)* ἴσθμιον ἄνακτος, περικαλλὲς ἄγαλμα, collare regis, valde pulcrum ornamentum, σ, 299. περόνην τ' ἐπέθηκα φαεινὴν, κείνῳ ἄγαλμ' εἶναι, τ, 257, fibulam splendidam imposui, quæ illi esset ornamentum delectabile. autem recentiores Homero, hanc vocem determinarunt ἐπὶ ξοάνου, de statua aut signo, et hæc specialior notio derivata ex Homeri θ, 509.

ἄγαμαι, vide sub ἀγάω.

ἄγαμος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) non nuptus. αἴθε ὄφελες ἄγαμος ἀπολέσθαι inquit Hector ad Paridem, Γ, 40, *unverheyrathet, (unmarried.)* Vide etiam γάμος.

Ἄγαν, adverb. ab α *intensivo* duplici, interposito γ, cum ν finali. apud Homerum non occurrit, cæterum hinc est ἀγάω, quod vide. Vide quoque sub λίαν.

ἀγάννιφος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) valde nivosus. Ὄλυμπον ἀγάννιφον, Α, 420. Σ, 186, nam in altis montibus valde et cito ningit aër. quidam putant, esse adjectivum ἄνιφος, non nivosus, ob metrum duplicato ν, et præfixo ἀγ ex ἄγαν, ut sit, valde non nivibus obnoxius: quos tamen ne audias.

ἀγανὸς, ἡ, ὸν, (Γάω) quo quis lætari potest et γάνυται, clemens, mitis, blandus. exhilarans. *freundlich, sanft, gelinde, (kind, meek, mild.)* est ab α intensivo, et γανύω deductum. ᾧ τις ἄγαν γάνυται, i. e. χαίρει: vel, ὁ ἄγαν γανύων, valde lætificans. sæpe autem simpliciter pro πραΰς. σοῖς δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρήτυε φῶτα ἕκαστον, et tuis blandis et mitibus verbis retine quemque, Β, 180. sic et 189. σύ τόνγε κατέρυκες σῇ τ' ἀγανοφροσύνῃ καὶ σοῖς ἀγανοῖς ἐπέεσσιν, inquit Helena de Hectore in suprema ejus laudatione, Ω, 772, tu illum inde avertebas tua humanitate et tuis suavibus verbis: et quia talia verba sæpe possunt esse simulata, hinc additum ἀγανοφροσύνη. δώροισίν τ' ἀγανοῖς ἐπέεσσί τε μειλιχίοισιν, donis ridentibus et placidum facientibus, Ι, 113. et 495, θεοὺς παρατρωπῶσι ἄνθρωποι εὐχωλαῖς ἀγαναῖς, precibus placidis et placantibus. sic et ν, 357, νῦν δὲ, εὐχωλαῖς ἀγαναῖς χαίρετε, salvete, seyd gegrüsset, *(hail! be saluted,)* precibus lætis, inquit redux lætus Ulysses ad nymphas patrias: voluptatis et contenti animi plenis. μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς, ἀλλ' αἰεὶ

χαλεπὸς τ’ εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι, inquit Mentor indignabundus, β, 230, ubi ἀγανὸς, et χαλεπὸς, opponuntur. Sic ε, 8. nam Ulysses fuerat ἀγανὸς, mitis, lenis, exhilarans; et tamen ingrati erga domum ejus erant cives sui. μύθοις ἀγανοῖς παραυδήσας, humanitate plenis verbis allocutus, ο, 53. et quia subita morte nihil esse potest lenius, nullo prævio morbo: hinc ejusmodi mortes, quibus placide obdormiunt homines sine sensu dolorum, vocantur ἀγανὰ βέλεα ’Απόλλωνος, si sunt viri, ἢ ’Αρτέμιδος, si sunt fœminæ. ἑρσήεις καὶ πρόσφατος κεῖσαι, τῷ ἴκελος ὅντ’ ἀργυρότοξος ’Απόλλων οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε, inquit Hecuba de Hectoris corpore mortuo, Ω, 759, et adjuncta est notio palloris succulenti, unde et in tali re Apollo non χρυσότοξος sed ἀργυρότοξος appellatur. κυβερνήτην Φοῖβος ’Απόλλων οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε, i. e. ἀποπληξίᾳ celeriter mortuus est, γ, 280. sed Orionem pulcerrimum in juventa sua occidisse dicitur χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἁγνὴ οἷς βελέεσσιν ἐποιχομένη, ε, 124, nam in venatione mortuus erat subito: Diana vero est venatrix. τίς σε κὴρ θανάτου ἐδάμασσεν; ἢ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι, inquit Ulysses ad animam matris suæ apud inferos, λ, 172, 198. οὐ νόσος ἐπιπέλεται αὐτοῖς, ἀλλ’ ὅτε γηράσκωσιν, ἐλθὼν ἀργυρότοξος ’Απόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν, οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος καταπέφνει, ο, 409, s. i. e. in extrema senectute placide obdormiunt. Sed ἄγανος, ὁ ἡ, est κατεαγὼς, confractus, *zerbrochen, (broken.)*

ἀγανοφροσύνη, ης. ἡ. (Φρὴν) lenitas animi et consilii. σῇ τ’ ἀγανοφροσύνῃ, Ω, 772, tua humanitate. sic σή τ’, λ, 202.

ἀγανόφρων, ονος. ὁ ἡ. (Φρὴν) miti et leni ingenio. ab ἀγανὸς, lenis. οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν οὐδ’ ἀγανόφρων, Υ, 467, non enim sane suavis animi erat vir aut leni ingenio; de Achille irato.

ἀγαπάζω, f. άσω. (Ἄπω) idem ac ἀγαπάω quod vide. θεὸν ὧδε βροτοὺς ἀγαπαζέμεν (ionice pro ἀγαπάζειν) ἄντην, Ω, 464, sic palam caros habere, *sich ihrer so offenbar herzlich anzunehmen, (to show them publicly such affection.)* ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει ἐλθόντα ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ, π, 17, amplectitur, coll. 21, πάντα κύσεν περιφύς. ut ergo ex hoc loco a 15—21, maxime pateat vis τοῦ ἀγαπάζειν et ἀγαπᾶν. οὐδ’ ἀγαπαζόμενοι φιλέουσι ξείνους, neque benigne excipiunt et tractant hospites, η, 33. καὶ κύνεον (osculabantur) ἀγαπαζόμεναι (amplectentes) κεφαλήν τε καὶ ὤμους, ρ, 35. χ, 499. φ, 224. et id faciebant ancillæ et servi domino. hinc ἡ ἀγάπη recentioribus sæpe est τό φίλημα, osculum, et ἀγαπᾶν sæpe est φιλεῖν, osculari.

Ἀγαπάω, f. ήσω. (Ἄπω) amo, amplector, magnum satis puto. est pro ἀγαφάω, ab ἄγαν, valde, et ἀφάω, contingo, compositum. applico quasi me valde ad aliquid, suscipio quid amplexu meo. et est idem quod φιλεῖν καὶ φιλοφρονεῖσθαι. οὐκ ἀγαπᾷς, ὅτι ἕκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ’ ἡμῖν δαίνυσαι, φ, 289, non pro magno id suscipis, quod quietus nobiscum valde nobilibus epularis? *dünket dir das nicht gut genug? (do you not think it good enough?)* recentiores hoc verbum hôc sensu cum dat. vel acc. ponunt, pro ἀρκεῖσθαι, acquiescere, satis putare. μή μοι νεμέσα, οὕνεκά σε οὐ τὸ πρῶτον, ἐπεὶ ἴδον, ὧδ’ ἀγάπησα, ψ, 214, ne indignare, quod te non, quamprimum vidi, sic (ad quod verbum ipsa maritum suum carum amplexabatur et osculabatur) amplexa sum: nam Penelope ibi loquitur ad suum agnitum tandem Ulyssem. est ergo ibi pro ἀμφαγαπάζειν καὶ φιλοφρονεῖσθαι, *umarmen und küssen, (to embrace and kiss.)* prima notio est amatoria.

ἀγαπήνωρ, ορος. ὁ ἡ. (Ἄνω) est ἀγαπῶν τὴν ἠνορέην, amans virtutem virilem, ἀνδρεῖος, et idem fere quod ἀγήνωρ. Εὐρυμέδων ἀγαπήνωρ, Θ, 114. Πολυδάμαντα ἀγαπήνορα, Ν, 756. ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο, Ο, 392. ’Ιδομενῆος, Ψ, 113, 124. Λαοδάμαντα, η, 170. Nomen propr. ’Αγαπήνωρ, vid. in R.

ἀγαπητὸς, ή, όν. (Ἄπω) adamatus, cum cura et diligentia exceptus, παῖδα ’Εκτορίδην ἀγαπητὸν, Ζ, 401, ubi in specie notat τὸν μονογενῆ, unicum. sic β, 365, μοῦνος ἐὼν ἀγαπητὸς, ubi apparet, filium sic dici ut *fructum amoris* conjugalis: ut ergo notio τοῦ μονογενοῦς non necessario adhæreat huic voci. sic δ, 727, νῦν δ’ αὖ παῖδ’ ἀγαπητὸν ἀνηρείψαντο θύελλαι ἐκ μεγάρων, ubi Telemachus, utpote re vera unicus, κατ’ ἐξοχήν τινα est ἀγαπητός. et 817, νῦν δ’ αὖ παῖς ἀγαπητὸς ἔβη. conf. Matth. iii, 17.

ἀγάῤῥοος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) vehementer fluens. ab ἄγαν. ‘Ελλήσποντος ἀγάῤῥοος, Β, 845. Μ, 30. nam, quia στενὸς, hinc ῥοώδης, et aqua a septentrione versus meridiem ex eo freto fluit.

ἀγάσμα, vide sub ἀγάω.

ἀγάστονος, ου. ὁ ἡ. (Τῶ) valde sonans, πολύκτυπος. ab ἄγαν, et στένω, quod et notat ἠχέω, sono. est apud poëtam epitheton maris fluctuantis. κῆτος, (monstrum marinum) ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος ’Αμφιτρίτη, μ, 97. alii ingeniosius quam verius volunt intelligi αἰτίαν στόνων πολλῶν καὶ βαρέων τοῖς ναυαγοῦσι, quia mare sit causa gemituum gravium naufragis.

ἀγαστὸς, vide sub ἀγητὸς.

ἀγαυὸς, ή, όν, (’Α) pro ἀγαὸς, interserto υ Æolico; ab ἀγάω. admirabilis, præcellens. et paullo specialius significat quam ἀγαθός. est Romanorum illustris, splendidus; a natalibus, vel dignatione apud alios: et semper in optimo sensu et in laude ponitur. σεμνὸς, καλὸς, λαμπρὸς, κόσμιος, gloriosus, *erwürdig, edel, leuchtend, durchlauchtig, rumvoll, (commendable, respectable, noble, eminent, illustrious.)* ἀγαυὸς ’Αχιλλεὺς, Κ, 392. Τυδεὺς, Ε, 277. ’Ιλιονεὺς, Ξ, 501. ’Ιδομενεὺς, Μ, 117. Πανθοΐδης, Ο, 446. Λαομέδων, Ε, 649. Ζ, 23. Τελαμὼν, Ρ, 284. Τιθωνὸς, Λ, 1. Νέστωρ, Σ, 16. ’Αντήνωρ, Φ, 579. ’Οδυσσεὺς, β, 308. Νεοπτόλεμος, λ, 491. Νηλεὺς

ἀγανώτατος ζωόντων, gloriosissimus, excellentissimus, ο, 229. quos si revolvas in Reali, reperies aut reges aut certe regium genus omnes. de Τιθωνῷ est et epitheton idem, ε, 1. μέγαν περ ἐόντα καὶ ἴφθιμον καὶ ἀγανὸν, sc. τὸν Θόαντα, Δ, 534. eadem verba de Ajace Telamonio, Ε, 625. ἀγαυὴ Περσεφόνεια, suspicienda et reverenda, λ, 212, 225, 634. ἀγαυοὶ Φαίηκες, nobiles, ν, 304, 120. ζ, 55, nam cum plebe eorum nihil ei negotii fuit. Τρῶες, Η, 386. Κ, 563. Π, 103. nam his locis de principibus Trojanorum sermo est. θεράποντες ἀγαυοὶ, nobiles ejus administri, Τ, 281. κήρυκες, Γ, 268. θ, 418. nam et ii erant homines honesti, *von adel, (noble.)* μνηστῆρες ἀγαυοὶ, β, 209, 247. δ, 681. ξ, 180. ρ, 325. σ, 98. τ, 488, 496. φ, 174, 213. χ, 171. nam erant juvenes honestissimis natalibus orti ex circumjacentibus regionibus; et poëta maledicere non solet, *die edlen, vornehmen, freier, (the noble, illustrious suitors.)* ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν, illustrium, Ν, 5. πομπῆες ἀγαυοὶ, deductores nobiles, qui præerant remigibus, ν, 71. Φοίνικες, ο, 272. Vide sub ἐλαστρέω et αὐίαχος.

ἀγάω, (᾿Α) verbum, quod tria significat: θαυμάζειν, admirari, honorare, valde probare, *ach sagen, vereren, bewundern, gut heissen, (to approve highly, to admire ;)* φθονεῖν, invidere, *beneiden, (to envy ;)* μισεῖν, odisse, indignari, *hassen, übel nehmen, (to hate.)* occurrit tantum in forma media. οὔ σε ἔοικε φίλον πατέρα οὔτε θαυμάζειν περιώσιον οὔτ' ἀγάασθαι, (infin. pro ἀγάεσθαι, contr. ἀγᾶσθαι, et distracto circumfl. per insertum α, ἀγάασθαι,) π, 203, non te decet tuum patrem neque mirari supra modum neque obstupescere, sc. eam ob causam, quod tandem domi est: neque debes putare, quasi deus aliquis tibi sub ejus nomine appareat. ergo ibi est primus significatus, ex contextu. θεαὶ ἀγάασθε (secunda plur. præs. pro ἀγᾶσθε, et id contractum ex ἀγάεσθε) ε, 119, invidetis et succensetis deabus: ubi est secundus et tertius significatus mixtus. putatis, quasi eæ nimium quantum audeant, et indigna conentur. et ibid. 122, τόφρα αὐτῇ ἠγάασθε, (secunda plur. imperf. pro ἠγᾶσθε) tamdiu ei invidebatis et indignabamini, ἐφθονεῖσθε, ἐμέμφεσθε, *verdachtet es ihr, aus misgunst, (ye were displeased with her, ye took it amiss in her.)* Nam quæ mares sibi indulgent, ea intoleranda censent in altero sexu. pro ἀγάομαι est et

ἄγαμαι, sine futuro. valde miror, σέβομαι ὥς σε, γύναι, ἄγαμαί τε τέθηπά τε, ζ, 168, coll. 161, sic te, mulier, admiror et obstupesco. sunt verba Ulyssis supplicis ad virginem regiam. οὐδὲ ἀθερίζω οὐδὲ λίην ἄγαμαι, ψ, 175, neque despicio, neque nimis miror, οὐκέτι λίαν ἐκπλήττομαι: et conf. ἀθερίζω ad h. l. hinc sunt ἀγάσματα, res quas sancte vereri debemus. ergo hæc forma in bono significatu.

ἄγγαροι, οἱ, (᾿Αγω) possunt quoque ad ἀγεσθαι referri, etsi sit vox Persica: notans τοὺς ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόρους, *eine art von étafetten zu fuss, (a kind of pedestrian messengers,)* qui et ἀστάνδαι, οἱ, dicti, qui certis intervallis locorum dispositi semperque parati stabant. et quia iidem et ad alia non nimis gravia onera transportanda celeriter, adhibebantur: hinc ἀγγαρεφορεῖν est φορτία φέρειν, quod potest fieri vel ἐκ διαδοχῆς, vel ut unus perpetuum illud iter non nimis longum faceret et rem transferret ex officio. ἀγγαρεύεσθαι est, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι.

ἄγγαστος, vide sub κάμαξ.

ἀγγελία, ας, ἡ. (᾿Αγω) res quæ ex mandato nuntiatur et refertur. ipsa etiam nuntiandi et perferendi actio, missu alterius, *botschaft, ankundigung, (message.)* ἄγγελος ἦλθε Ἶρις παρὰ Διὸς σὺν ἀγγελίῃ ἀλεγεινῇ, Β, 787, cum gravi nuntio. σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης, Γ, 206, ubi ἕνεκα duos regit genitivos, legationis causâ, tua causâ, ut aliquid nuntiet ad te pertinens. ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν 'Αχαιοὶ, i. e. ἐπέστειλαν Τυδέα ἐπὶ ἀγγελίην, ordinarunt eum in legationem, ut legatus perferat mandata publica, Δ, 384, 31. ὑμεῖς μὲν ἰόντες ἀριστήεσσιν 'Αχαιῶν ἀγγελίην ἀπόφασθε, principibus Græcorum legationem vestram renuntiate, Ι, 422, i. e. referte illis, quale responsum vos legati, a me tuleritis. sic et 645. et 416, ἀγγελίην ἀπέειπε, renuntiavit nuntium, *hat bericht gebracht, was er ausgerichtet, (reported what he had done.)* Μενέλαον ἀγγελίην ἐλθόντα, venientem legatione publica, Λ, 140, ubi ἀγγελία est ἡ ἐξ ἀποστολῆς πρεσβεία, quando quis missus est legatus; quæ legatio alibi dicitur ἡ ἐξεσία, ab ἐξίημι, i. e. ἐκπέμπω, emitto, *sende aus, (I send out.)* ἦ τευ (τινὸς) ἀγγελίης μετ' ἔμ' (μετὰ ἐμὲ, ad me, et mei arcessendi causâ) ἤλυθες; Ν, 252, ubi deest ἕνεκα, alicujus nuntiationis causâ. quia mihi aliqua adversa nuntiaturus es? et hinc sunt οἱ σκυθρωπῶν ἄγγελοι, qui nuntiant σκυθρωπὰ, tristia. Ὕπνος, ἀγγελίην ἐρέων 'Εννοσιγαίῳ, Ξ, 355, dicturus nuntium. ἀγγελίην τινα ἦλθον φέρουτά σοι, Ο, 174. et 640, ὃς Εὐρυσθῆος ἄνακτος ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ 'Ηρακληείῃ, ubi est, χάριν ἀγγελίας ἀπὸ Εὐρυσθέος ἤρχετο τῷ 'Ηρακλεῖ: ἐκόμιζεν αὐτῷ ἀγγελίαν παρὰ τοῦ. ἦέ τιν' ἀγγελίην Φθίης ἐξέκλυες; an aliquam relationem ex Phthiâ audivisti? Π, 13. οὐ μιν ὀΐομαι οὐδὲ πεπύσθαι λυγρῆς ἀγγελίης, non puto eum quicquam audisse de hac tristi nuntiatione, Ρ, 642, *von der schlimmen nachricht, (of the bad news.)* et 686, ὄφρα πύθηαι λυγρῆς ἀγγελίης, ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι, ut audias tristem nuntium, *eine böse botschaft, (unpleasant intelligence.)* ἦ μάλα λυγρῆς πεύσεαι ἀγγελίης, Σ, 19. et 17, φάτο δ' ἀγγελίην ἀλεγεινήν. ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ λυγρὴν ἀγγελίην, de me exspectantem, Τ, 337, pater meus Peleus de me filio suo. ἦέ σοι ἀγγελίην πατρὸς φέρει, *bringt er dir nachricht von deinem vater? (does he bring thee intelligence of thy father?)* α, 408, οὔτ' οὖν ἀγγελίης (pro ἀγγελίαις, ionice) ἔτι πείθομαι, εἰ πόθεν ἔλθοι sc. ἀγγελία, α, 414, ubi, ex lectione vulgari, pluralem ἀγγελίαις, sequitur singularis

verbi ἔλθοι. Dores quidem sæpe singularem verbi adjungunt pluralibus masculinis vel fœmininis, (nam neutris ubique id fieri solet :) sed quia id Homero non solemne ; hinc ea lectio suspecta est, et rectius legitur cum aliis, ἀγγελίης in genitivo sing. elliptice, pro : ὑπὸ ἀγγελίης οὐκ ἔτι πείθομαι, a nuntio jam non persuadetur mihi quidquam, εἴ ποθεν ἔλθοι ἀγγέλλουσά τι τῶν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, ἢ εἰ ἔλθοι ἄγγελός τις ἀγαθὸς περὶ τῶν ἐκείνου. *ich glaube der nachricht nicht mehr, (I no longer believe the intelligence.)* sic η, 263, Ζηνὸς ὑπ' ἀγγελίης, ex denuntiatione Jovis, *auf die missive vom Jupiter, (at the mandate of Jupiter.)* ἤε τινα ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυεν ἐρχομένοιο, *hat er etwa eine zeitung von einer anrückenden armee gehöret? (has he heard any news of an army approaching?)* β, 30, 42. et 255, ἀγγελιάων (pro ἀγγελιῶν) πεύσεται, relationes audiet et audire cupiet. ἐπειδὴ Ζηνὸς ἐπέκλυεν ἀγγελιάων, ε, 150, postquam mandata a Jove audivit. ἀγγελίην ἑτάρων ἐρέων (nuntiaturus relationem de sociis) καὶ ἀδευκέα πότμον, et acerbum fatum eorum, κ, 245. ἀγγελίας προϊεῖσα, nuntios mittens, β, 92. ν, 381. conf. et ξ, 374. ο, 41, 313, 446. π, 329, 334, 355, 467. ω, 48, 353.

ἀγὼν, ῶνος. ὁ. (Ἄγω) est ab ἄγω, duco, conduco, it. celebro. et significatus est varius, sic tamen ut omnium primus sit, conventus, *congregatio*, celebritas, ἄθροισις, ἄθροισμα. deinde est, *locus* ubi convenitur vel quo congregantur multi et multa; locus ubi certandi aut spectandi causa convenitur: etiam *certamen* ipsum. εὐχόμεναί μοι (orantes pro me) θεῖον δύσονται ἀγῶνα, divinum ingredientur conventum, Η, 298, i. e. εἰς τὰ τῶν θεῶν ἱερὰ, εἰς τοὺς ναοὺς, εἰσελεύσονται, εὐχόμεναι (matronæ) ὑπὲρ ἐμοῦ. igitur l. c. ὁ θεῖος ἀγὼν est ὁ ναὸς, ἔνθα θεῶν ἄθροισις, ubi dii sunt frequentes, nam plurima simulacra in uno templo: et ubi homines quoque frequentes sunt ad rem divinam faciendam. simul ibi innuit Hector magnitudinem rei, si ipse victoriam reportet. sic Σ, 376, ὄφρα θεῖον δυσαίατο (δύσαιντο) ἀγῶνα, ubi de poculis est sermo, in deorum convivio adhibendis: ut intro irent, quasi ἔμψυχα, in conventum deorum, εἰς ἄθροισιν θεῶν, quo loco primus significatus maxime apparet. ἐν ἀγῶνι νεῶν, i. e. in loco, ubi naves subductæ stant congregatæ, Ο, 428. Π, 239. Τ, 42. Υ, 33. sed Π, 500, ἐμὲ, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα, me, cæsum ad naves; ibi moriturus videtur id alienata mente loqui: nam non cadit jam ἐν τῷ ἀθροίσματι καὶ τῇ ἀγορᾷ τῶν νηῶν, sed in campo procul inde, quo jam repulsi erant Trojani. Tamen, quia paullo ante in illo navium subductarum loco pugnaverat; ita id nunc animo ejus obversatur. Deinde ἀγὼν est certamen, virtutis ostendendæ et præmii ferendi causâ, in *conventu* celebri spectatorum: etiam ipse locus, ubi certantes et spectantes *convenere*. Fuere ejusmodi certamina et ante Olympica: nam Olympica, saltem tertio et ultimum restituta ita ut deinde sine intermissione manserint, ignorare videtur Homerus; ex quo antiquitas ejus patet. Ejusmodi ἀγῶνες ἐγχώριοι (in patriâ cujusque celebrati, et quasi privati) erant χρηματικοὶ, i. e. præmia erant alicujus pretii in se, ut apparet ex Λ, 698, s. ubi cursus quadrigarum tripodis causâ memoratur: nam postea Olympici ἀγῶνες solum erant στιφανῖται, et corona in se vilissima erat præmium, quæ tamen magno erat honori. qualia fuerint certamina talia, enumerat poëta Ψ, 621, s. quamquam et ipse plures ἀγῶνας enumeret eodem libro. τὸ πένταθλον celeberrimum alias sic numerant antiqui: ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολὴ, καὶ ἄκοντος ἐρωὴ, καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη: saltus, disci jactus, jaculi jactus, cursus, lucta. δρόμου autem species variæ, δολιχὸς, δίαυλος, τέθριππον, κέλης, ἀπήνη. fuere deinde et musica certamina. Maxime in funeribus heroum certamina indicebantur, præmiis pretiosis propositis; quæ vocabantur ἀγῶνες ἐπιτάφιοι: et exemplum illustre horum est in Ψ, 257, seqq. confer in specie Ψ, 258, ἵζανεν (considere fecit) εὐρὺν ἀγῶνα, ubi ambitum et locum spectatorum maxime notat. et 273, ἄεθλα, δεδεγμένα ἱππῆας, (præmia, quæ manent equestres victores) κεῖται ἐν ἀγῶνι, deposita sunt in circo. et 448, ἐν ἀγῶνι καθήμενοι. sic et 495, et 451, ἐκτὸς ἀγῶνος ἧστο, extra circum sedebat. et 507, ἔστη μέσῳ ἐν ἀγῶνι, medio in circo et consessu. et 531, ἥκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν (ἐλαύνειν) ἅρμα ἐν ἀγῶνι, ubi ἐν ἀγῶνι opponitur τῷ ἐν μάχῃ καὶ πολέμῳ, ubi non erat ἥκιστος (minimus et tardissimus) ἄγειν ἅρμα, alias, rex Idomeneus eum non elegisset sibi ἡνίοχον ἀνὰ ἀγῶνα, in circo, 617. et 654, ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων κατέδησε ἐν ἀγῶνι, ubi poëta ipse innuit etymologiam. sic et 696, οἳ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος, qui eum ducebant per circum. vide et 685, 710, 799. et 847, παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε, ubi elliptice dictum pro, ἐπὶ παντὸς ἀγῶνος σήματα, ultra definitos fines hujus certaminis, *weit übers ziel hinaus, (far beyond the mark.)* et 886. Ω, 1, λύτο ἀγὼν, certaminis spectandi conventus. Et octo species certaminum in funere Patrocli enumeraverat poëta: quod imitatus est Virgilius Æn. V. 42, seqq. Quia igitur ὁ ἀγὼν proprie est conventus, τὸ πλῆθος: hinc et ἡ ἀγορὰ, forum, *der versammlungsplatz, (the place of assembly,)* vocabatur ἀγών. de ludicris ἀγῶσι est et Θ, 146, seqq. ubi laudantur ἀθλητικοὶ, sed ad hominem, ad φιλάθλους. et 200, 259, 260, ubi ἀγὼν idem est qui ὁ χορὸς, locus saltationum. et 379. ω, 86. Vide sub Ἄγω, frango.

ἀδαδούχητος, vide sub σκότιος.

ἀδαημονία, ας. ἡ. (Δάω) imperitia, inscientia. οὐκ ἀδαημονίη σε ἔχει ἀμφιπολεύειν ὄρχατον, ω, 243, non imperitia te tenet curandi et administrandi bonum hortum.

ἀδαήμων, ονος. ὁ ἡ. (Δάω) imperitus, inscius, indoctus. μάχης ἀδαήμονι φωτὶ, Ε, 634. οὔτι μάχης ἀδαήμονές ἐσμεν, Ν, 811. οὔτι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν pro ἐσμὲν, non ignari malorum sumus, μ, 208. οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, ρ, 283, non indoctus perferendi plagas.

ἀδαῖον, τὸ, vide sub ἄδην.

ἀδάκρυτος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) non flens et lugens. ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων, Α, 415. οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε, δ, 186. ἔνθα κεν οὔτινα ἀδάκρυτόν γε ἐνόησας Ἀργείων, neminem non flentem animadvertisses, ω, 61.

ἀδάμαστος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) qui non superatur et domatur. est epitheton ᾄδου. Ἀΐδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος, orcus sane implacabilis et indomabilis, Ι, 158. pro eo est et ὁ ἡ ἀδά-

ματος, cum α intensivo, valde exercitus et subactus; vel et cum α privat. non attritus. vide Theocrit. Id. 15, 4, Casaub.

ἄδδην, vide ἄδην.

ἀδεής, ἔος. ὁ ἡ. τὸ ἀδεές. (Δίω) et ob metrum ἀδειής et ἀδδεής. est in bono sensu, ἄτρεστος, qui non terretur, non formidolosus, *unverzagt, (undismayed.)* est et in malo, ἀναιδής, improbus, *ungescheuet, (shameless.)* etiam in medio quodam sensu, θερμός, fervidus, quasi ἄφετος καὶ ἄδετος, *ausgelassen, (dissolute,)* ut significatus nonnihil trahat ex δέω, ligo. εἴπερ ἀδειής ἐστι, quanquam intrepidus sit, Η, 117. ἀλλὰ σύγε αἰνοτάτη, κύον ἀδδεὲς inquit Iris nomine Jovis ad Minervam, Θ, 423, i. e. ἀπτόητε, *der sich nicht scheuet, (who is not afraid,)* et conf. κύων. πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδδεὲς, ἀντὶ ἐμεῖο στήσασθαι, Φ, 481, inquit Juno ad Dianam. et utroque loco τὸ ἀδεὴς notat defectum verecundiæ et reverentiæ debitæ. θαρσαλέη κύον ἀδδεὲς, inquit Penelope ad ancillam protervam, τ, 91.

ἀδέκαστος, vide sub ΔΕ΄ΚΩ, ad finem.

ἀδελφός et ionice ἀδελφεός, οῦ. ὁ. (Φύω) frater, *der bruder, (the brother,)* et quidem proprie, germanus frater. nam est ab α copulativo, et ἡ δελφὺς, ortum nomen, qui simul ex eodem utero ortus est. οἱ ἀδελφεὸς, ejus frater, Β, 586. ὃν ἀδελφεὸν, suum fratrem, Κ, 32. ponitur tamen et de fratribus non uterinis, e. c. Ν, 695. Ο, 334, coll. R. vide porro Ζ, 515. Θ, 318. Ο, 187, ἀδελφεοὶ τρεῖς ἐκ Κρόνου. Ψ, 608, sc. ὁ Θρασυμήδης. Ω, 736. δ, 91, 199, 225, 512. ob metrum scribitur et ἀδελφειὸς, Ε, 21. Ζ, 61. ἀδελφοὶ Ἀνδρομάχης ἑπτὰ ceciderunt uno die sub Achille, neque μαχούμενοι, sed βουκολοῦντες, pascendis bubus operati, Ζ, 421—424. fratres ex more antiquissimo ducebant sorores uxores, ut Jupiter Junonem, ut Æoli filii et filiæ, κ, 5—12. ἀδελφοὶ in plurali possunt fratres et sorores junctim notare, sicut apud Euripid. Elect. 536, 537, et 746, ut ergo ex *eodem utero natos* notet.

ἀδευκής, έος. ὁ ἡ. (Δέκω) non apte et grate excipiens vel excipiendus. ἀγλευκής. a δέκω, excipere facio, excipio: cum α privativo, et interserto υ. qui non cum voluptate excipit nos vel excipitur a nobis. et quia δέκομαι quoque notat, exspecto: hinc est et, ἀπροσδόκητος, ἀδόκητος, ὃν οὐκ ἄν τις προσεδόκησεν. ὤλετο ὀλέθρῳ ἀδευκεῖ, δ, 489, morte ingrata. ἀλεείνω φῆμιν ἀδευκέα, vito rumorem ingratum, ζ, 273, rumorem multa sinistre excipientem. ἑτάρων ἀδευκέα πότμον, κ, 245, sociorum inopinatum et acerbum fatum. est ergo ἀδευκὴς oppositum τοῦ ἐνδυκής: notatque adversus, ingratus, incommodus.

ἀδέψητος, ου. ὁ ἡ. (Ἕπω) non subactus a coriario, non emollitus. ἀδέψητον βοέην corium bubulum non a coriario præparatum, υ, 2, i. e. ἀμάλακτος, ἀκατέργαστος, ξηρὰ βύρσα. et 142, ἐν ἀδεψήτῳ βοέῃ, in cruda bovina. et intelligitur his locis corium, sicut est detractum a corpore bovis, nullo artificio præparatum.

ἀδέω, f. ήσω. (Ἥδω) satior ad fastidium usque, tædio adficior, defatigor. *ich bin oder werde unlustig und verdrossen, ich bekomme der sache satt, (I am, or grow, sick, tired of, or disgusted with a thing.)* est ab ὁ ἡ ἀηδὴς, non delectans, odiosus, insuavis; verbum ἀηδέω, minus suaviter tracto; vel tractor; et per contractionem ἀδέω. καμάτῳ ἀδηκότες, fatigatione lassi, Κ, 98, 312, i. e. ἀηδισθέντες. sic et 471. et quidem scriptio per δδ præter rationem esse videtur, quam codices quidam exhibent: præstat scribi ἀδηκότες. nam α ex contractione ortum, natura longum est. hinc et iidem legunt, μ, 281, ὅς ῥ' ἑτάρους καμάτῳ ἀδηκότας ἠδὲ καὶ ὕπνῳ οὐκ ἐάᾳς γαίης ἐπιβῆναι, qui socios defatigatione male adfectos et somni desiderio, non sinis in terram exire e navi: ἀηδῶς ἔχοντας διά τε τὸν κάματον καὶ διὰ τὸ ἐστερῆσθαι ὕπνου. μὴ ξεῖνος δείπνῳ ἀδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών, α, 134, ne hospes ex convivio nullam delectationem haberet, sed potius fastidium sentiret, versans cum impotentibus. his locis δ non est duplicatum, et tamen α longum. hinc est adjectivum ὁ ἡ ἀδήμων, mœstitia et dolore expletus misere; et ἀδημονεῖν, præ satietate doloris concidere animo, in valde tristi statu animi esse, *überhäufet seyn von ängstlichkeit, (to be overwhelmed with sorrow.)* et ἡ ἄση, ης, molestia animi; at ἀσάομαι, f. ασήσομαι, molestia adficior in animo, Theocr. Id. 25, 240.

ἀδηκώς, vide sub ἀδέω.

ἀδημονέω, vide sub eod.

ἀδήμων, vide sub eod.

ἄδην, (Ἥδω) et ob metrum ἄδδην. adverb. satis, εἰς κόρον, δαψιλῶς εἰωθότες ἔδμεναι ἄδδην, soliti edere ad satietatem, Ε, 203, largiter, *zur vollen genüge, (to satiety, abundantly.)* hinc metaphorice, οἵ μιν ἅδην ἐλόωσι, qui eum ad satietatem agitabunt et exercebunt, Ν, 315. οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο, non desinam, antequam eos satis agitavero pugnando, Τ, 423. ἔτι μὲν φημὶ ἅδην ἐλάαν κακότητος, ε, 290, i. e. κατακόρως κακῶσαι αὐτὸν, satis superque agitaturum me eum esse ærumnis. hinc dicuntur οἱ ἀδηφάγοι ἵπποι, i. e. οἱ τέλειοι, qui satis fruuntur pabulo. et ἀδολέσχης, ου, ad satietatem garriens. et τὸ ἄδαιον, i. e. τὸ εἰς κόρον ἔργον. λύχνος ἀδηφάγος, lucerna multum olei absumens, ὁ πότης.

ἄδης, vide ἀΐδης, et sub ὠκεανὸς, haud longe a fine.

ἀδήσειε, vide sub ἀδέω.

ἀδηφαγία, ἡ, vide sub ἀνδροφάγος.

ἀδηφάγος, vide sub ἄδην, necnon sub ἜΔΩ prope initium.

ἀδιανοήτως, vide sub Εὐρύλοχος in R.

ἀδικία, vide sub δίκη prope initium, et sub ἐνδικία.

ἀδινός, ή, όν. (Ἥδω) densus, satiatus cum quadam delectatione. πυκνός. est ab ἄδην, quod et notat, semper, ἀδιαλείπτως. Eustathius docet, quinque significatus speciales habere hoc adjectivum: ἀθρόος, οἰκτρός, ἡδύς, πυκνός, ἠρέμα. sed hæc omnia reducuntur ad unicam illam notionem, densus cum delectatione aliqua. ἔθνεα μελισσάων ἀδινάων, B, 87, examina apum dulcium. et 469, μυιάων ἀδινάων ἔθνεα, muscarum frequentium et dulcia sectantium agmina. ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο, præibat illis luctu denso et tristitiam mulcente, Σ, 316. et 124, ἀδινὸν στοναχῆσαι, ex animo et imo sensu suspirare. sic, ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο, X, 430. Ψ, 17, et 225, ἀδινὰ στοναχίζων. εὗρε ἀδινὰ στενάχοντα, suspirantem dense, Ω, 123. et 510, ἔκλαιε ἀδινά, flebat largiter. et 747, ἐξῆρχε γόοιο. μῆλα ἀδινὰ σφάζουσι, α, 92. δ, 320, i. e. τὰ πυκνὰ καὶ δαψιλῆ καὶ εἰς κόρον: et neutrum est pro adverbio, largiter mactant pecudes. ἀδινὸν γοόωσα, largiter gemens et lugens, δ, 721, Penelope. ἀδινὰ (neutrum plurale adverbialiter) στενάχοντα, suspirantem, η, 274. ἀδινὸν μυκώμεναι, sc. αἱ πόρτιες, κ, 413, dense mugientes vitulæ. ἀδινὸν κῆρ, cor densum et firmum, Π, 481. τ, 516, i. e. πυκνὸν, διὰ τὴν τοῦ σπλάγχνου πυκνότητα: πυκνὴ γὰρ καὶ νευρώδης ἡ καρδία: cor est valde musculosum: et dolore magis constringitur. ἀδινὸν στεναχίζων, ω, 316. Σειρήνων ἀδινάων φθόγγον ἤκουσε, ψ, 326, Sirenum dulcium et affatim canentium vocem, delectabilium ad satietatem. ἔκλαιον ἀδινώτερον, flebant largius et impensius, π, 216.

ἀδινῶς, (Ἥδω) adv. dense, crebro, ex imo sensu et affectu. ἀδινῶς ἀνενείκατο, T, 314, crebros gemitus ex pectore ducebat: confertim et miserabiliter.

ἀδίοπος, vide sub διέπω.

ἀδμής, ῆτος. ὁ ἡ. (Δάω) nondum domitus, nondum jugo subactus. ἡμίονοι ἀδμῆτες, δ, 637, muli nondum exerciti sub jugo. παρθένος ἀδμής, virgo innupta, ζ, 109, 228. dicitur et alibi de vitula, ἣν οὔπω ταῦρος ἐπιβὰς ἐδάμασεν: hinc et fœmina nunquam marita dicitur ἀταύρωτος, i. e. ἡ ἄζυξ.

ἄδμητος, ου. ὁ ἡ. (Δάω) est idem quod ἀδμής, et ex ejus genitivo ortum. exstat et fœmininum peculiare ἡ ἀδμήτη. ῥέξω σοὶ (sacrificabo tibi) βοῦν ἦνιν, ἀδμήτην, K, 293. γ, 383: et additur explicationis causa, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. talis nondum subjugata vitula dicebatur ἠκέστη, i. e. ἀκέντητος: et talis in specie Minervæ τῇ ἄζυγι debetur. ἵππον ἑξέτεα, ἀδμήτην, Ψ, 266, et 655, ἡμίονον ἑξέτεα, ἀδμήτην.

ἀδολεσχέω, ἀδολεσχής, ἀδολεσχία, ἀδόλεσχος, vide sub ἄδην, et λέσχη.

ἀδονίς, ἡ. vide sub ἀηδών.

ἄδος, ου. ὁ. (Ἥδω) satietas. κόρος. ἄδος ἵκετο θυμόν, satietas occupavit animum, *hat es nun satt, (is tired of it,)* Λ, 88.

ἀδράλεστον, vide sub ἐρείκω.

ἀδρός, ά, όν. (Ἥδω) densus et delectabilis. ab ἥδω, quasi ἀδηρός, per syncopen. bene habitus, *wol bey leibe, körnig, stark, (robust, nervous, strong.)* nam ejusmodi corporibus delectamur intuentes et contrectantes. deinde transfertur varie, ut notet, magnus, opulentus, fortis, speciosus, χονδρός.

ἀδροτής, ῆτος. ἡ. (Ἥδω) habitudo corporis firma et succulenta. status vegetus et lætus corporis. ψυχὴ λιποῦσα ἀδροτῆτα καὶ ἥβην, X, 363. Π, 857. Πατρόκλου ποθέων ἀδροτῆτά τε καὶ μένος ἠΰ, Ω, 6. alii his locis legunt ἀνδροτῆτα, quam confer. nobis est, juventa plena roboris. ποθέων, miserans.

ἀδροτής, ῆτος. ἡ. (Ἄνω) habitudo, robur, crassities. corpus nervorum plenum et virium. *die stärke, körnigkeit* vel *kernigkeit, (strength, vigour.)* facta vox ex ἀνδροτής, et obvia in multis exemplaribus, locis sub ἀνδροτής citatis. ἀδρὸς est robustus, vividus, plenâ habitudine, *stark, kernig, dicht und voll, (strong, vigorous, robust.)* hinc ἀδρὸν δένδρον, *ein starker baum, der völlig ausgewachsen hat, (a thick tree, one that is fully grown.)* et in genere notat, plenis viribus, et plene adulto corpore. virili nervosâ et succulentâ habitudine præditus, qualis in adultus viris integris esse solet. scribitur et ἀδρότης ητος. ἡ. apparet pertinere vocem ad ἄνω, et ad ἀνήρ.

ἄδω, f. ἄσω. (Ἥδω) aor. 1. ἦσα. satio, delecto ad satietatem. *ich vergnüge völlig, ergötze, (to enjoy to satiety.)* ἄσειν μέλλετε κύνας, satiaturi et delectaturi carnibus vestris estis canes, Λ, 817. ἄσαιμί σε ὄψου, I, 485, delectare te volebam cibo. ἄσῃ ἵππους δρόμου, satiaverit et delectaverit equos cursu, Σ, 281, nam equi generosi delectantur cursu. ἐγχείη ἱεμένη ἄμμεναι χροὸς ἀνδρομέου, hasta cupiens delectare se (notat ergo et intransitive) corpore humano, et quasi satiare se, Φ, 70, pro ἄδειν, ionice ἀδέμεν, attice ἀδέμεναι, et per syncopen, ἄμμεναι, i. e. κορέσασθαι. possis hanc formam et sic confectam putare, ut verbum sit ἄω, pro ἄδω, inf. ἄειν, dorice ἄεν, ionice ἀέμεν, attice ἀέμεναι, per syncopen ἄμεναι, et reduplicatione æolica ἄμμεναι. sed his ambagibus opus non est nam ex ἀδέμεναι syllaba δε extrusa est, unde et quidam codices legunt ἄμεναι. ἄσεσθε κλαυθμοῦ, satiabimini fletu, Ω, 717, nam est et flere voluptas quædam. ἄσασθαι ἦτορ σίτου, satiari pane, quod attinet appetitum, T, 307. δοῦρα, λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι, O, 317. Λ, 573. Φ, 168, hastæ, cupientes satiare se corpore humano: quasi ipsæ essent animantes. ἐπὶ μὲν καὶ γόου ἆσαι, Ψ, 157, fieri solet ut et lugendo satiemus nos. ἆσαι κύνας, satiare canes, Ω, 211. ἄρνα αἵματος, ferrum sanguine, E, 289. T, 78. X, 267. est infin. aor. 1. a. notans nunc transitive nunc intransitive, κορέσαι vel κορέσασθαι.

ᾄδω, vide Ἀείδω.

ἀδών, vide sub ἩΔΩ.

ἀδώρητος, vide sub δῶρον, prope medium.

ἀεθλεύω, f. εύσω. (Ἕλω) certo in certamine. it. κακοπαθέω. ὅγε ἀεθλεύειν προκαλίζετο. provocabat ad certandum, Δ, 389. εἰ μὲν νῦν ἐπὶ ἄλλῳ ἀεθλεύοιμεν, Ψ, 274, si in honorem alterius certaremus. et 737, ὄφρα καὶ ἄλλοι ἀεθλεύωσιν, ut et alii certare possint. ἀεθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου, laborans pro hero immiti, Ω, 734, i. e. κακοπαθῶν ὑπὲρ δεσπότου.

ἀέθλιον, ου. τὸ. (Ἕλω) idem. et non est deminutivum, sed derivativum nomen, sicut τὸ ἴχνιον, et similia. ὅσα μοι ἠνείκαντο ἀέθλια ἵπποι, quot mihi attulerunt præmia equi, I, 127. et 124, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο, sc. equi, qui victorias cursu retulerunt. Sic et 266, 269. nam certaminum curulium aliorumque studiosissimi erant Græci in otio. ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν, X, 160, quæ præmia sunt virorum pedibus, quando cursu certant. δῶμέν οἱ ἀέθλιον, δεύτερα pro δεύτερον, demus ei præmium, et quidem secunda præmia, Ψ, 537. et 736, ἀέθλια δ' ἶσα ἀνελόντες ἔρχεσθε, sublatis æqualibus præmiis abite; ubi conf. ἶσα. et 748, ἀέθλιον οὗ ἑτάροιο, præmium certaminis, in honorem sui socii Patrocli mortui. et 823, ἶσα ἀέθλια ἀνελέσθαι. ἀέθλια θαυμαίνοντες, præmiorum cupidi qui erant, Θ, 108, et φ, 4, ἀέθλια, τόξον, ubi plur. est pro sing. præmium, sc. nuptias suas. et 62, ἀέθλια τοῖο ἄνακτος, præmia quæ olim certando consecutus erat herus, vel et, quæ olim ponere solebat aliis certantibus. et 117, οἷός τ' ἤδη, (jam valens) πατρὸς ἀέθλια καλὰ ἀνελέσθαι, ubi conf. ἀνέλω. ἡμῖν αἰνομόροισιν ἀέθλια, ω, 168, ubi videtur tamen positum pro, τὸν ἄεθλον, certamen. cæterum, quia talia certaminum præmia cum magno labore, sæpe et discrimine, certantes consequebantur: hinc τὸ ἆθλιον (non vero ἀέθλιον) poni solitum est ἐπὶ δυστυχίας καὶ πόνου μοχθηροῦ: et ὁ ἄθλιος est ὁ δυσάεθλος, cui luctandum est cum fortuna adversa; et ἡ ἀθλιότης, ærumna, miseria. conf. ἄεθλος.

Ἄεθλον, (contr. ἆθλον) ου. τό. (Ἕλω) præmium certaminis, quod quis valde cupivit accipere. ab α intensivo et ἕλω, capio, capere studeo: vel ab eodem α, et ἐθέλω, cupio. *der preis im wettkamphfe, (the prize of a contest,)* τὰ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσιν ἔπαθλα. et hæc ἔπαθλα τὰ τῆς ἀνδραγαθίας, εὐτελῆ τοῖς ἥρωσι plerumque fuerunt, non pretiosa. nam e. c. Ajax, H, 321, accipit præmium, paullo meliorem partem carnium in convivio principum. alibi πίτυς, καὶ σέλινον, καὶ κότινος, ἀγώνων μεγάλων ἦσαν ἔπαθλα. maximus fere in conviviis habebatur honos heroibus vincentibus, aut post strenue gestas res; conf. Σαρπηδὼν, Διομήδης, in R. ἐλθόντες μετ' ἄεθλα, Λ, 699, venientes ad præmia certaminis consequenda. τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον, ἢ τρίπος, ἠὲ γυνὴ, X, 163, ubi vides τὴν τῶν παλαιῶν ἄθλων φύσει μὲν εὐτέλειαν, θέσει δὲ μεγαλειότητα: nam tripodem aut mulierem, μέγα vocat; coll. 159, 160, οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν, non sacrum quoddam vasculum, aut scutum, adipisci cursu cupiebant; quæ quoque sunt vilia. νηῶν δ' ἔκφερε ἄεθλα, Ψ, 259, seqq. et ista certaminum præmia deinde distributive enumerata, 262, 273, ubi præmia, quasi ἔμψυχα, dicuntur consecuta esse equites. et 314, ubi ἄεθλα dicuntur fugere certantem. et 413, 441, 511, 544, 551, 615, 620, ubi improprie vocatur ἄεθλον, quod est merum δῶρον, sed tamen ob prudentiam et virtutem in genere datum Nestori. et 631, 640, ubi μέγιστα ἄεθλα τοῖς ἱππεῦσι data, aliis non tanta. et 653, 700, 740, 773, 849, 892, 897. ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ, λ, 547, conf. νικᾶν. ἐπεὶ τόδε φαίνεται ἄεθλον, φ, 106, hoc præmium, i. e. ipsa Penelope, coll. 107, seqq. et 73, 72, ubi sensus est: ἐπειδὴ ὁ ἀγὼν ἐπ' ἐμοί ἐστι, καὶ ἐπὶ τῷ ἐμὲ γῆμαι, de nuptiis meis; καὶ ἐγὼ κεῖμαι προφανῶς (aperte) τοῦ ἀγῶνος ἔπαθλον. περικαλλέα ἄεθλα, ω, 85, in funere Achillis, ubi ἀγὼν ἐπιτάφιος celebrabatur. et 91. et 89, ἐπεντύνονται ἄεθλα, ubi per metalepsin τὰ ἄεθλα ponuntur pro ipso certamine: nisi mavis subaudire, πρὸς, parant se ad præmia, ut ea consequantur. ὁ ἀθλοφόρος, vide φέρω.

ἄεθλος, (contr. ἆθλος) ου. ὁ. (Ἕλω) certamen, *wettstreit, (contest.)* it. labor molestus et ærumnosus, *kampf, noth, (a hard struggle.)* οἱ ἆθλοι sunt οἱ ἀγῶνες. πολέας δ' ἐνέπασσεν (intexuit telæ suæ) ἀέθλους Τρώων καὶ Ἀχαιῶν, Γ, 126, nam hæ duæ gentes certabant de Helena, cujus ea esse deberet; et ipsa erat τὸ ἔπαθλον, cessura victori. υἱὸν τειρόμενον (misere exercitum) ὑπὸ Εὐρυσθῆος ἀέθλων, Θ, 363, Herculem, cujus labores ab Eurystheo ei injuncti vocantur ἄεθλοι. sic et T, 133. πειρώμενος (connixus, tentans) ἢ ἐν ἀέθλῳ, ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ, Π, 590, vel in certamine ludicro, vel et in prœlio. σὸν ἑταῖρον ἀέθλοισιν κτερέϊζε, tuo sodali mortuo justa fac cum certaminibus, Ψ, 646. et 753, οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε, periculum facietis etiam hujus certaminis. οὐδὲ ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων, neque ibi effugerat certamina, α, 18, et sic σεμνῶς vocat τοὺς πόνους Ulyssis, quasi ἀγῶνας cum fortuna adversa. Sic sæpe ἄεθλοι sunt ἀγωνίσματα cum adversitatibus et ærumnis, ut de Hercule vidimus. ἡμεῖς μὲν γὰρ κεῖθι (ibi, ad Trojam) πολέας τελέθοντες ἀέθλους ἥμεθα, γ, 262, ubi sic vocat concertationes bellicas, pugnas, τοὺς ἐν πολέμῳ πόνους, διὰ τὸ ἐναγώνιον. sic δ, 170, ὃς εἵνεκ' ἐμεῖο πολεῖς ἐμόγησεν ἀέθλους, inquit Helena. et 241, ὅσοι Ὀδυσσῆος εἰσὶν ἄεθλοι. sed 659, παῦσαν ἀέθλων, ubi sunt certamina ludicra, coll. 626. sic et Θ, 22, ὡς ἐκτελέσειεν ἀέθλους πολλοὺς, ut conficere posset multa certamina ludicra. et 100, ἀέθλων πειρηθῶμεν πάντων, coll. 103, quo loco quatuor species ejusmodi certaminum enumerantur, πύξ τε, παλαισμοσύνῃ τε, καὶ ἅλμασιν (ad quæ et ἡ ὀρχηστὺς, saltatio pertinet) ἠδὲ πόδεσσιν, pugilatu, luctando, saliendo, currendo, sed re vera fuere quinque, θέειν, πάλη, ἅλμα, δίσκος, πύξ: et hoc erat τὸ πένταθλον Phæacum. recentioribus id erat ἅλμα, δρόμος, δίσκευμα, κόντος (i. e. ἡ τοῦ ἄκοντος ἐρωὴ, jaculi vel hastæ jactus) πάλη.

præterea aliis erant et equestria certamina, et sagittandi: quæ ignorant Phæaces, ut imbelliores. præterea ex l. c. apparet, antiquos post convivium non requievisse, ut recentiorum mos erat, sed exercuisse corpus. et 131, ἐπειδὴ πάντες ἐτέρφθησαν φρένα ἀέθλοις. et 133, τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα (interrogemus) εἴ τιν' ἀέθλων οἶδέ τε καὶ δεδάηκε, novit et didicit. et 145, καὶ σύ, ξεῖνε πάτερ, πείρησαι ἀέθλων, εἴ τινά που δεδάηκας. et 160, δαήμονι ἄθλων, perito certaminum nobilium. ubi hoc nomen est dissyllabum. et 179, ἐγὼ δὲ οὐ νῆϊς (inscius) ἀέθλων. et 184, πειρήσομαι ἀέθλων. et 197, σὺ δὲ θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον, magno animo sis ob hoc certamen. et 210, ἔριδα ἀέθλων, litem de certaminibus. et 214, ubi sic cohærent, ἄεθλοι ὅσοι μετὰ ἀνδράσιν, quotquot certamina inter viros nobiles in usu sunt, πάντα (adverbialiter pro πάντως) οὐ κακός εἰμι. ὁ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετο ἀέθλους inquit Hercules de Eurystheo, λ, 621. et 623, οὐ γάρ ἄλλον πουδε φράζετό (existimabat) μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον, quam Cerberum ἐξ ᾅδου ἀγαγεῖν. ἐπειδὴ πάντες ἐτέρφθητε (κατὰ) φρένα ἀέθλοις, ρ, 174, ubi sic vocat lusus, fallendi temporis causa institutos, a procis: et ita vocat eos vel adulatorie, vel facete. νῦν γὰρ καταθήσω ἄεθλον, τ, 572, proponam certamen. et hinc est verbum ἀθλοθετεῖν compositum. et 576, μνηστῆρσιν ἄεθλον τοῦτον ἐφήσω. et 584, μηκέτι ἀνάβαλλε τοῦτον ἄεθλον. μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον, φ, 91, certamen difficile et non decipiendum, et 135, ἐκτελέωμεν ἄεθλον efficiamus certamen. sic et 180, 268. οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται, χ, 5, hoc igitur certamen sine ullo errore peractum est: ubi sic vocat tensionem arcus et sagittationem per duodecim bipennes. οὔπω ἐπὶ πείρατα πάντων ἀέθλων ἤλθομεν, ψ, 248, coll. 249, πόνος: ut indicetur labor periculosus. et 261, εἰπέ, ἄγε, μοι τὸν ἄεθλον, ubi sic vocatur omne id malum, quod restabat exantlandum. et 350, ἤδη μὲν πολέων κεκορήμεθα ἀέθλων, jam multis satiati sumus ærumnis. οὐκέτι ἀέθλων ἄλλων ἀντιάσεις, non amplius ullorum certaminum una particeps eris, χ, 27, *du sollst zu keinem edlen wettkampfe mehr kommen, (thou shalt henceforth not take part in any honourable contest;)* nam putabat procus, Ulyssem ex illo paullo ante feliciter tentato certamine sustulisse animos: vel fingebat saltem, se ita putare. conf. tamen ἀντιάω, et vide ibi aliam explicationem. hæc, quam nunc adduximus, verior fortasse est. Athenienses, post victos sub Themistocle Persas, quotannis stato die spectabant gallos pugnantes ad id ipsum institutos; quia Themistocles, educens suos ad bellum, conspexerat forte duos gallos concertantes, et ab horum exemplo milites ad fortiter prœliandum erat cohortatus. de certaminibus in funere magnorum est et exemplum ω, 87, seqq.

ἀεθλοφόρος et ἀθλοφόρος, ου. ὁ ἡ. (φέρω) qui præmium certaminis fert, νικητής. a τὸ ἄεθλον, præmium certaminis. apud poëtam est epitheton nobilium equorum: ἵππους ἀθλοφόρους, I, 124, 266, qui sunt οἱ φερένικοι, οἳ ἔπαθλα ἔσχον, qui habuerunt jam præmia cursuum. sic, ἀθλοφόροι ἵπποι, Λ, 698, in quo contextu, coll. 697, videtur respici certamen Olympicum, cui præsederant primum οἱ Πισᾶται, post, devictis his, οἱ Ἠλεῖοι. ἵππος ἀεθλοφόρος, Χ, 22. et 162, ἵπποι, λαβόντες ἔπαθλα.

Ἀεί, adv. semper, perpetuo, constanter. *immer, anhaltend, (always, continually.)* neque notat semper continuationem in infinitum; sed sæpe continuitatem in parvo temporis spatio, vel adsiduitatem et studium in tempore non diuturno; vel frequentiam rei, aut sæpe repetitam rem. sicut ποτὲ et πάλαι quoque sæpe de non longinquo tempore ponuntur; et attici dicunt πάλαι πολλάκις, jam sæpe, *schon oft, (already often.)* Sæpe τὸ ἀεὶ eodem die finitur, notatque studium magnum et conatum. idem dicitur αἰεί, αἰέν. cæterum est ab α intensivo cum paragoge. αἰεὶ γάρ οἱ ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἐτόλμα, Κ, 232, semper ei in pectore animus erat audax. αἰέν, Ν, 386, et 517, ἐμμενὲς αἰεί, constanter, perpetuo, et 557, μάλα αἰεί. ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ θρώσκων, Ο, 683, saliens firmiter stabiliter semper. et 730, 732. Π, 358. Ρ, 385, 730. Τ, 33, 356. Φ, 605. Ψ, 500, 502, 717, 821, 379. Ω, 651. αἰὲν διαμπερές, Ο, 70. αἰὲν λίσσετο, Ι, 451, ergo difficulter admodum persuaderi sibi passus est, lædere patrem. ἐμμενὲς αἰεί, Κ, 361, 364. ἀσκελέως αἰεί, Τ, 68, pertinaciter semper. νωλεμές, Ψ, 317, assidue semper, Ρ, 148. Τ, 232, qui sunt pleonasmi attici. confer porro Π, 105, 107, 109, 641. Ψ, 766. Ω, 72. Ο, 594, 635. Β, 796. Ε, 434, 605. Θ, 342, 361. Λ, 154, 168, 178, 826. Μ, 211. Ρ, 752. Φ, 543. Χ, 198. Ψ, 323. de perpetuo tempore est Ω, 744, οὗ αἰεὶ μεμνήμην, cujus perpetuo memor essem. μέμνηντο αἰεί, memores erant semper, Ρ, 364. αἰὲν ἀριστεύειν, Ζ, 208. ἔμαθον ἔμμεναι ἐσθλὸς αἰεί, 445. μείλιχον αἰεί, i. e. γλυκύθυμον, mitem semper et dulcem moribus, Τ, 300. αἰεὶ κερτομέοντες, Π, 261, ubi τὸ ἀεὶ habet τὸ ψεκτόν: alias enim et graves viri κερτομέουσι nonnunquam et lacessunt. αἰὲν ἀναιδείην ἐπιειμένος, semper impudentiam indutus, Ι, 372. ἅλα ναίειν αἰεί, mare inhabitare semper, Ο, 190. ἀεὶ πάρεστι αὐτῷ θεός, semper adest ei, Υ, 98. αἰεί σοι ἀμύνουσι θεοὶ αὐτοί, auxiliantur tibi, Φ, 215. αὐτῷ Ἀφροδίτη αἰεὶ παρμέμβλωκε, ei ad latus est, Δ, 11. αὐτῷ αἰεὶ πάρα (πάρεστι) εἷς θεῶν, Ε, 603. Διὸς νόος αἰεὶ κρείσσων ἢ ἀνδρός, Π, 688. Ρ, 176. θεοὶ αἰὲν ἐόντες, Φ, 518. αἰὲν ἄπιστε, Ω, 63, omni tempore infidelis. αἰεὶ ῥίγιστα τετληότες εἰμέν, Ε, 873. Α, 107, 561. Γ, 272. Μ, 323. Ν, 634. Ξ, 210, 269. Χ, 488. Ψ, 478. α, 56. β, 232. δ, 89, 567. ε, 10. ζ, 42. η, 201, 294. θ, 248, 468. ι, 74, συνεχὲς αἰεί. 134, 386, 513, 545. κ, 330, semper, i. e. sæpe, *oft, (frequently.)* μ, 64. ν, 9, 144, *noch immer, (still.)* 148, 300. ξ, 19. ο, 331, 533. ρ, 218, 246. σ, 173. τ, 120, 591, 596. υ, 385. φ, 69, i. e. πολὺν χρόνον. 146, coll. 156. ω, 93, 395, 431, 482. αἰέν, α, 68, 379. β, 143. δύο δ' αἰὲν ἔχον πατρῷια ἔργα, β, 22, quod notat τὸ συνεχὲς τῆς τῶν

παίδων σπουδῆς ἐπὶ τοῖς πατρῴοις ἔργοις, γ, 147. ε, 210. Θ, 308. λ, 574, ξ, 458, ζέφυρος μέγας αἰὲν ἔφυδρος, ubi hoc αἰὲν idem notat quod πάννυχος: per noctem totam continue aquosus et pluviosus. π, 707, 366. υ, 40, 317. et hoc αἰὲν est ab αἰεὶ ex Dialecto Ἀργείων καὶ Κρητῶν, qui pro ι ponere solent ν, e. c. ἐνς pro εἰς, quemadmodum Siculi pro ν solebant ponere ι, e. c. ἔνδοι vel ἐνδοῖ pro ἔνδον.

ἀειγενέτης et αἰειγενέτης, ου. ὁ. (Γάω) est ὁ ἀεὶ ὤν. nam γίνομαι Ionibus est εἰμί. est ergo divinum epitheton. ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε (sacrificabat) θεῶν αἰειγενετάων, pro ἀειγενετῶν, Β, 400. εὔχοντο θεοῖς αἰειγενέτῃσι, pro ἀειγενέταις, Γ, 296. ἐπουρανίοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσι, Ζ, 527. ἐγὼν ὄπα ἤκουσα θεῶν αἰειγενετάων, Η, 53. ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων ῥεῖα κατευνήσαιμι, inquit ὁ Ὕπνος, Ξ, 244. et 333, εἴ τις νῶϊ θεῶν αἰ. εὕδοντε ἀθρήσειε, dormientes conspiceret. μή τίς ἀπ' Οὐλύμποιο θεῶν, Π, 93. ἀλλά γε καὶ σὺ θεοῖς εὔχεο, diis sempiternis vota fac, Ψ, 104. λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσι, β, 432. ἄργματα θῦσε θεοῖς, ξ, 446, primitias. χαλεπόν, σε θεῶν αἰειγενετάων δήνεα εἴρυσθαι, ψ, 81, consilia profunda observare. ἦ μάλα τίς σε θεῶν αἰειγενετάων εἶδός τε μέγεθός τε ἀμύμονα θῆκεν ἰδέσθαι, ω, 372. Vide sub γείνω, prope medium.

Ἀείδω, f. σω. (Εἴδω) quod per crasin dicitur ᾄδω, f. ᾄσω. cano, notitiam occultam profero. est ab εἴδω, scio, video; et α intensivo. spectat præcipue hæc vox ad artificiose et musice prolata sapientiæ aut verum gestarum arcana, vulgo ignota. hinc Musæ maxime dicuntur ἀείδειν, Α, 1, μῆνιν ἄειδε, θεά. et 604, Μουσάων, αἳ ἄειδον (pro ᾔειδον) ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ. εἴπερ ἂν αὐταὶ Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διός, Β, 598. ponitur et de cantu religioso hominum, καλὸν (neutrum adverbialiter, pro καλῶς) ἀείδοντες παιήονα (cantum in honorem Apollinis) κοῦροι Ἀχαιῶν, Α, 473. Χ, 391. et de cantu humano laudatorio, ἄειδε (ᾔειδε, sc. ὁ Ἀχιλλεὺς) κλέα ἀνδρῶν, Ι, 189, canebat, ad sonum lyræ, celebria facta et laudes fortium virorum, coll. 191, ὁπότε λήξειεν ἀείδων, quando desineret canens. ergo hic heros φιλῳδὸς καὶ μελικός. cæterum ἀείδειν et μέλπειν est idem: sed ψάλλειν differt, hoc enim fit instrumentis. Φήμιος ᾔειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ, α, 154. et 155, ἀνεβάλλετο καλὸν (καλῶς) ἀείδειν, ubi infinitivus est per ellipsin τοῦ ὥστε, ut caneret. et 325, τοῖσι δ' ἀοιδὸς ἄειδε. et 326, Ἀχαιῶν νόστον ἄειδε λυγρόν. et 339, τῶν ἕν γέ σφιν ἄειδε, cane, ubi est imperativus. et 350, τούτῳ δ' οὐ νέμεσις Δαναῶν κακὸν οἶτον ἀείδειν. et de Δημοδόκῳ, altero illo nobili cantore in poëta est ἀείδειν, θ, 45. et 73, ἀειδέμεναι (ἀείδειν) κλέα ἀνδρῶν. et 83, ἄειδε, pro ᾔειδε. et 87, ὅτε λήξειεν ἀείδων θεῖος ἀοιδός. et 266, ἀνεβάλλετο καλόν. et 367, ἄειδε. et 489, λίην γὰρ κατὰ κόσμον Ἀχαιῶν οἶτον ἀείδεις. et 492, ἵππου κόσμον ἄεισον, canta ornatum, i. e. apparatum et armaturam, equi illius lignei. et 514, ᾔειδεν δ' ὡς ἄστυ διέπραθον υἷες Ἀχαιῶν. et 516, ἄλλον δ' ἄλλῃ (alibi) ἄειδε πόλιν κεραϊζέμεν, incursare. et 521, ταῦτα ἀοιδὸς ἄειδε. et 538, οὐ γάρ πως πάντεσσιν χαριζόμενος τάδ' ἀείδει. et de cantu quovis est κ, 221, Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον (audiebant) ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ, ubi inter texendum canit, ut solent, qui opus libenter et facile faciunt. et 254, ἱστὸν ἐποιχομένη (telam tractans) λίγ' ἄειδεν. οἶνος ἐφέηκε (incitare solet) πολύφρονά περ μάλα ἀεῖσαι, ξ, 464, ubi non τὸ ἀεῖσαι simpliciter vituperatur; sed τὸ μάλα, καὶ πέρα τοῦ μετρίου, nimis. ἀνὰ γάρ σφισι βάλλετο (pro ἀνεβάλλετο) ἀείδειν Φήμιος, ρ, 262. et 358, ἧσθε δ' ὡς ὅτε (ἕως ὅσον, quamdiu) ἀοιδὸς ἄειδεν. et 385, ὅ κεν τέρπῃσιν (τέρπη, delectare possit) ἀείδων. et 519, 520, θεῶν ἐξ δεδαὼς, ἀείδει ἔπεα ἱμερόεντα, ὁπότε ἀείδῃ. et hic locus maxime laudem τοῦ ἀείδειν habet, vide ἀοιδός. ὅτε ἀηδὼν (luscinia) καλὸν ἀείδῃ, τ, 519. ᾔειδεν ἀνάγκῃ, χ, 331. et 346, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω. et 352, ἀεισόμενος μετὰ δαῖτας, inter epulas canturus. λέγειν est, dicere: hinc oratorum verba sunt λόγοι, sed de poëtis ἀείδειν dici solet, διὰ τὸ ἐμμελὲς, quia musici quid et magis articulati inest illis: hinc ᾠδὴ est λόγος μεμελισμένος, oratio cum cantu prolata. poëtarum præterea sermo dicitur ἔποχος, qui vehitur quasi curru vel equo: oratorum vero πεζὸς, pedester. præterea ἀείδειν signum est lætitiæ: nam οὐδὲν ζῶον λυπούμενον ᾄδει. antiquissimi Musicam valde σεμνῶς exercebant, omnesque liberi homines discebant eam.

ἀεικεία, ας. ἡ. (Εἴδω) indignitas, indigna et turpis tractatio; fœditas, fœdus adspectus. τοῦ δ' Ἀπόλλων πᾶσαν ἀεικείην ἄπεχε χροῒ, Ω, 19, hujus a corpore arcuit Apollo omnem fœdam formam, quæ exsistere potuerit per dilacerationem in raptando. coll. 21. ergo re ipsa h. l. est idem quod ἡ δρύψις. μή τις μοὶ ἀεικείας ἐνὶ οἴκῳ φαινέτω, υ, 308, ne quis mihi iniquitates suas ostendat in domo, *ungebührliches verhalten, (misbehaviour.)* alii scribunt ἀεικία, ἡ. sed in metro his locis id locum non habet, alibi vero bona est vox.

ἀεικέλιος, ία, ιον. (Εἴδω) indecens, indignus, fœdus. αἴθε ὤφελλες ἀεικελίου στρατοῦ ἄλλου σημαίνειν, Ξ, 84, utinam imperator esses alius exercitus indecori et informis. πρόσθεν γάρ μοι ἀεικέλιος ἐδόκει εἶναι, νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε, ζ, 242, ante mihi nullius formæ et vilis aliquis videbatur esse. ὡς ἂν ἀεικέλιος πᾶσι μνηστῆρσι φανείης, ν, 402, *unansehnlich, unkentbar, (mean, not to be recognised,)* turpis, nulli principi similis. ἀεικέλιον πάθεν ἄλγος, indignam calamitatem, fœdum malum, ξ, 32, ἀπρεπές. ἀεικελίῳ ἐνὶ κοίτῃ, τ, 341, in cella informi. δίφρον ἀεικέλιον καταθεὶς, sellam vilem ponens ei, υ, 259. χιτῶνα ῥαπτὸν ἀεικέλιον, ω, 227. αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσας, δ, 244, ipse se verberibus indignis et fœdis multans. ὀφθαλμοῦ ἀεικελίην ἀλαωτὺν, oculi fœdam excœcationem et miseram, ι, 503, ἀεικῶς γενομένην. ἀεικελίης ἐπὶ πήρης, ρ, 357, deposuit acceptum cibum super peram indecentem, quam pro mensa nunc adhibebat.

ἀεικελίως, (Εἴδω) adverb. fœde, misere, indigno modo. λίην γὰρ ἀεικελίως ἐδαμάσθην κύμασιν ἐν πολλοῖς, valde misere, θ, 231. δμωάς τε γυναῖκας ῥυστάζοντες ἀεικελίως, vexantes indignis modis, π, 109. υ, 319.

ἀεικής, έος. ὁ ἡ. (Εἴδω) non conveniens, non æquus, indignus, turpis, *ungleich, unanständig, unleidlich, garstig, (unsuitable, indecorous, insufferable, base.)* est ab α privat. et ἔοικε, convenit, decet. ἀεικέα λοιγὸν, turpem et indecorum interitum, Α, 341. et 398, indignum malum. et 456, fœdam pestilentiam nam omne malum *adspectu fœdum et miserum* est: et hæc est vis nominis ἀεικής. et Ι, 491, ubi ἀεικέα λοιγὸν vocat omne malum amico minitans. et Π, 32, cladem indignam, in bello. ἀεικίσσι (ἀεικέσι πληγῆσι πληγαῖς) turpibus verberibus, Β, 264. Τυδεὺς μὲν καὶ τοῖσιν ἀεικέα πότμον ἐφῆκε, etiam his invisum fatum immisit, Δ, 396, simul et ἀπρεπία, indecorum: nam turpe erat, tot viros ab uno vinci et interfici. τῶν δὲ στόνος ὤρνυτο ἀεικὴς ἄορι θεινομένων, Κ, 483, illorum gemitus excitabatur miser gladio cæsorum. sic et Φ, 20. indignus gemitus. sic et χ, 308. ω, 183. ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται, ut liberis suis miseram mercedem capiat, Μ, 435, nam omnis μισθὸς videbatur illiberalis et odiosus antiquis. conf. μισθός. hinc ἀεικῶς ζῶν est, qui vivit misere et inhoneste. πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην, Λ, 142, patris indignam luetis injuriam. τάχα δ' εἴσιδεν ἔργον ἀεικὲς, celeriter conspexit factum miserum et indignum, fœdum visu, Ξ, 13. ἐργὸν ἀεικὲς ἔχοντα, laborem indignitatis et miseriæ plenum habentem filium, Τ, 132, et simul iniquum, τὸ μὴ κατὰ τὰ λοιπὰ ἔργα ἀνθρώπων. ἔοικέ τοι, οὔτοι ἀεικὲς, Ι, 70, convenit tibi, nec sane indecens est. ubi poëta pro more suo etymologiam innuit. οὔ οἱ ἀεικὲς, ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης, τεθνάμεν, non ei indecorum, defendenti patriam, mori, Ο, 496. οὔ οἱ ἀεικὲς, ἀνάσσειν Ἀργείοις, non ei inconveniens est, imperare Argivis, Τ, 124, *er ists wohl werth, es stehet ihm nicht etwa übel, (he is worthy of it, it does not misbecome him.)* Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα, Χ, 396, contra præstantissimum Hectorem indignas res meditabatur: ubi sic vocat τὸν ἑλκυσμόν. sic et Ψ, 24, coll. seqq. οὔ μοι ἀεικέα δῶκεν ἄποινα, Ω, 594, non mihi vilia et indecora dedit pretia solutionis. et 733, ἔνθα κεν ἔργα ἀεικέα ἐργάζοιο, ubi certe indigna et inhonesta opera opereris. ἀεικέα πήρην, vilem et turpem et informem peram, ν, 437, *eine sehr schlechte hange-tasche, (a wretched wallet,)* τὴν μὴ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐσκευασμένην, διὰ τὸ πυκνὰ ῥωγαλέον, ὃ κωλύει πάντως τὴν πήραν τηρεῖν τὰ βαλλόμενα. *eine unscheinbare, elende, (a shabby, miserable one.)* sic et ρ, 197. καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν (nequaquam) ἀεικὴς, υ, 366, mens in pectore composita non ignobilis et iniqua et indecens. nam οὐδὲν h. l. est pro οὐκ. conf. τεύχω. ἀναίνετο ἔργον ἀεικὲς, γ, 265, renuebat facinus indignum et inhonestum, τὴν μοιχείαν sc. et λ, 428, ἐμήσατο ἔργον ἀεικὲς, struxit et paravit, ubi cædem mariti sic vocat. ἐτίσατο ἔργον ἀεικὲς, ultus est factum iniquum, ο, 236. ἔπος ἔκπαγλον καὶ ἀεικὲς, verbum minax et indignum, ρ, 216. τὴν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορεν ἔργον ἀεικὲς, Ψ, 222, hanc enim certe deus impulit facere factum indecorum et inhonestum. ἀεικέα πότμον, invisam mortem, β, 250. δ, 339, 340. sic et ρ, 130, 131. et τ, 550. χ, 317, 416. ἀεικέα μερμηρίζων, indigna et iniqua cogitans, δ, 533. et 694, ἀλλ' ὁ μὲν ὑμέτερος θυμὸς καὶ ἀεικέα ἔργα φαίνεται, vestra indigna facinora apparent. βουλοίμην τεθνάμεν (mori mallem) ἢ τάδε αἰὲν ἀεικέα ἔργα ὁράασθαι, quam semper hæc indigna et turpia facta videre, υ, 317. et π, 107. et 199, νέον (modo) ἦσθα γέρων καὶ ἀεικέα (turpes, inhonestas, vestes) ἕσσο, indutus eras. λώβην ἀεικέα μηχανόωνται, υ, 170. et 394, πρότεροι γὰρ ἀεικέα μηχανόωντο. sic et χ, 432. αὐχμεῖς τε κακῶς, καὶ ἀεικέα (deformia, turpia) ἕσσαι, i. e. ἐνδέδυσαι, indutus es, ω, 249. dicitur et αἰκής. Sophocl. Electra, 208, αἰκεῖς θάνατοι.

ἀεικίζω, f. ίσω. (Εἴδω) indigne tracto, fœde habeo, fœditate afficio. μὴ ἀεικίσωσι νεκρὸν, ne indignis modis tractent mortui corpus, Π, 545. et 559, ἀλλ' εἴ μιν (utinam eum, *ó wenn wir ihn doch) (O that we could but)* ἀεικισσαίμεθα, fœde tractare possemus! et in textu sigma est duplicatum, ob metrum. εἰ autem est h. l. optantis particula, cum optativo constructa. confer tamen etiam εἰ ad h. l. μὴ ἀεικίσωσι νεκρὸν μυῖαι, fœdidate afficiant, Τ, 26. nam muscæ generant vermes, et hi circumrodendo fœdum faciunt corpus mortuum et putridum. οὐ γὰρ ἐγώ σε ἔκπαγλον ἀεικιῶ, Χ, 256, non ego te immaniter deturpabo: et est futurum atticum, pro ἀεικίσω. et 404, τὸν Ζεὺς δυσμενέεσσι (hostibus) δῶκεν ἀεικίσσασθαι, tradit fœde tractandum. ὁ μὲν Ἕκτορα δῖον ἀείκιζεν (imperf. sine augmento) Ω, 22, indigne tractabat, *misshandelte, (maltreated, ill used.)* et 54, κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει, ubi sic vocatur mortuum corpus. ὃς τὸν ξεῖνον ἔασας ἀεικισθήμεναι (pro ἀεικισθῆναι, cum paragoge attica) οὕτω, σ, 221, qui passus es hospitem hunc tuum sic indigne haberi et deformari et contumelia affici. id Penelope intelligit de jactu illo Antinoi: sed Telemachus dissimulans id, respondet quasi mater loquatur de pugna cum Iro, ubi negat factam τὴν αἰκίαν, siquidem hospes fuerit victor. conf. Τηλέμαχος in R. verbum ergo hoc generaliter notat: facio ut aliquis ei similis non sit qualis ante fuit adspectu: fœdo aliquem. idem dicitur contracte αἰκίζω, cujus composita occurrunt in poëta.

ἀείρομαι, vide sequens, et ἀερσίπους.

Ἀείρω, f. ερῶ. (Ἄω) aor. 1. ἤειρα et ἄειρα. tollo, elevo in altum. *hebe in die höhe, (I lift up on high.)* elevatum quid fero, *trage, bringe, (I carry, bear.)* est ab ὁ ἀὴρ, έρος: εἰς ἀέρα κουφίζω. μή μοι οἶνον ἄειρε, ne mihi vinum fer, Ζ, 264. a qua notione et ὁ ἄρτος dictus videri posset, et τὰ προσάρματα, i. e. αἱ τροφαί. Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρε (imperf. pro ἤειρε) Α,

636, senex id sine difficultate aut molestia elevabat, ἐκούφιζε, *konnte ihn heben, (lifted.)* πειρήθη δ' ἕο αὐτοῦ ἐν ἔντεσιν, εἰ οἱ ἐφαρμόσσειε, τῷ δ' ἠΰτε πτερὰ γίνετο, ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν, experiebatur se in armis, an apta sibi essent; ei autem erant ut alæ, et levabant principem, T, 386, clevabant eum quasi, *sie huben ihn, (they lifted him;)* τῆς συμμετρίας κοῦφα ποιούσης αὐτὰ, ὡς φέρειν μᾶλλον ἢ φέρεσθαι, præterea, ut avis sine alis non volat, sic heros sine armis non pugnat: arma erant ergo ei ut alæ, quæ elevabant et alacrem faciebant eum ad pugnandum. notat ergo summam aptitudinem horum armorum. οἱ δ' ἀντίοι ἔγχεα ἄειρον Τρῶες, adversi hastas tollebant, Υ, 573, ex adverso, ἦραν εἰς ἀέρα: et dubium est ibi, an ἄειρον in imperfecto, an ἄειραν in aor. 1. sine augmento, sit legendum. Sensui id perinde est. πάντες ἐφ' ἵπποισιν μάστιγας ἄειραν, omnes in curribus scuticas elevarunt, Ψ, 362. et 730, κίνησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἀπὸ χθονὸς, οὐδέ τ' ἄειρε, de luctatore, qui alterum elevare in luctando conabatur ut deinde dejiceret: coll. 724, 725, seqq. Διὸς ἄντα πελώριον ἔγχος ἀεῖραι, magnam hastam erigere et tollere contra Jovem, Θ, 424. ἀπὸ ἕθεν ὑψόσε ἀείρας, a se in altum elevans, sc. id spolium, K, 465, coll. 461, ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρὶ, sc. spolia 458, s. memorata. et 505, ὑψόσ' ἀείρας ἐκφέροι, exportaret sublatum. τῶν (χερμαδίων) ἓν ἀείρας, Ξ, 411, unum horum tollens. sic et H, 268, πολὺ μείζονα λᾶαν. ἐκ βελέων Σαρπηδόνα δῖον ἀείρας, Π, 678, sublatum efferens ex pugnæ loco. στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας ἐπεθήκατο χαλκείην, K, 30. sic et T, 380, τρυφάλειαν ἀείρας περιέθετο κρατὶ, sublatam galeam imposuit capiti. ὑψόθεν ἔμβαλε ἀείρας, M, 383, i. e. μετεωρίσας τὴν χεῖρα, ἵνα βιαιοτέρα γένηται ἡ πληγὴ ἐκ τοῦ λίθου. et 453, λᾶαν ἀείρας. τὸν δὲ ἑταῖροι χερσὶν ἀείραντες φέρον ἐκ πόνου, sublatum manibus extulerunt ex prœlio, Ξ, 429. οἴχεται οἶος ἀείρας νεκρὸν, P, 588. et 718, νεκρὸν ἀείραντες φέρετε ἐκ πόνου, collato 722, νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζων. μητρὸς προπάροιθεν θῆκεν ἀείρας, sublata adportans posuit ante eam, Σ, 614. Αἰνείαν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας, Υ, 325. alte tollens eum. δμωὰς, νόσφιν ἀειράσας, Ω, 583, seorsum auferentes eum. et 589, τόνγε λεχέων ἐπέθηκεν ἀείρας. χεῖρας ἀείρων, manus tollens, λ, 422, ubi sensus est: χεῖρας αἴρων, ἐπέβαλλον αὐτὰς πρὸς τῷ φασγάνῳ ὡς ἐπὶ ἀμύνῃ, ἡ δὲ Κλυταιμνήστρη φθάσασα ἐστέρησέ με τοῦ ἀμυντηρίου, νόσφι ἐμοῦ ποιησαμένη αὐτό. moriens manus elatas volebam admovere gladio, sed illa cum mihi jam subduxerat. potest tamen ille locus potius sic intelligi: πρὸς τῇ γῇ τὰς χεῖρας αἴρων, ἔβαλλον αὐτὰς σφαδαστικῶς προσαρμόττων ἐν τῷ θνήσκειν περὶ φασγάνῳ: ἡ δὲ γυνὴ ἐχωρίσθη μου νόσφι γινομένη, καὶ μὴ τὰ ὅσια ἐπ' ἐμοὶ τελέσασα. et hic sensus est verus. in *media* forma, ἀείρομαι, sed significatu activo, non minus frequens est usus. τῶν ἕνα ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ, Z, 293, unum ex his peplis sumens tulit donum Minervæ. πάντας ἀειράμενος πελέκεας κλισίηνδε φερέσθω, auferens et tollens omnes, Ψ, 856. τῶν (πέπλων) ἕνα ἀειραμένη Ἑλένη φέρε, ο, 106. et in vere *medio* significatu, intransitive, ὑψόσ' ἀειρόμενος, alte se tollens, Φ, 307, *sich hebend, (rising.)* et 327, κῦμα ἵστατο ἀειρόμενον, unda stabat quæ alte extulerat se. sic et, κονίη ἵστατο ἀειρομένη, pulvis tollens se, Ψ, 366, εἰς ἀέρα ἐγειρομένη. et 501. ἵπποι ὑψόσ' ἀειρέσθην (3 dualis imperf. med.) equi erigebant se, ut solent in acri cursu. et ab hoc verbo est ἵππος ἀερσίπους, i. e. ἀειρόμενος ποσὶν, *der mit den vörderfussen sich hoch hebet, (rearing on his hinder legs.)* ἀέριος οἷον ποσίν. hinc competit equis duobus et τὸ, πετέσθην. sic et ν, 83. et forma *passiva* est μ, 249, πόδας ὑψόσ' ἀειρομένων, in altum sublatorum a Scylla. et 255, ἀσπαίροντες ἀείροντο, i. e. ἀέριοι ἐκουφίζοντο φερόμενοι. ὁ δ' ὑψόσ' ἀερθεὶς ῥηϊδίως μεθέλεσκε, sc. τὴν σφαῖραν, Θ, 375, i. e. ἀναπηδήσας, καὶ ἔτι μετέωρος ὢν, μετελάμβανε. et erat id genus ludendi vetustum, ut aliquis discum in altum projiceret, deinde subsiliens eundem decidentem exciperet in aëre. ἐγὼ πρὸς ἐρινεὸν μακρὸν ὑψόσ' ἀερθεὶς, μ, 432, ad altam caprificum me attollens. ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς δίνεον, desuper erigens me, ι, 383, suspendens me in digitos pedum et imminens. ὁ δ' ἐς αἰθέρα δῖαν ἀέρθη, tollebatur in ætherem, τ, 540, de aquilâ. Τρώων δὲ κῆρες πρὸς οὐρανὸν εὐρὺν ἄερθεν (ionice pro ἠέρθησαν) Θ, 74, i. e. ἤρθησαν μετέωροι. et id notabat victoriam, et vitam facilem, et sublatos spe animisque alta spectantes. vide porro α, 141, κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας, carnium lances apposuit afferens elatas. sic et δ, 57. ἱστὸν στῆσαν ἀείραντες, elevantes malum, β, 425. ο, 290. ἱστία νηὸς ἔστειλαν ἀείραντες, γ, 11, sursum subtrahentes vela convolvebant; ad differentiam τοῦ καταρρίψαι. συνέστειλαν γὰρ τὰ ἱστία, οὐ κάτω ῥίψαντες, ἀλλ' ἀναδήσαντες πρὸς τῷ κέρατι (ad antennam) τῆς νηός. sicut et fit in nostris navibus marinis plerumque. ὅσα οἱ νέες (κατὰ) ἄχθος ἄειραν, γ, 312, quanta naves sustulerant pro pondere, *so viel die schiffe zur fracht eingenommen hatten, (so much as the ships had taken on board for cargo.)* ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ὑψόσ' ἀείρας, ι, 240, 340. et 332, μοχλόν. et 537, πολὺ μείζονα λᾶαν. ἐς μυχὸν θαλάμου καταθεῖναι ἀείρας πάντα, π, 285, auferens sublata deponere. ἀμφ' οὖδας ἀείρας, ρ, 237, ubi sensus est: ἐβουλεύσατο, ἢ ἀνέλοι τὸν κακὸν τῷ ῥοπάλῳ, ἢ ἀείρας ἀμφουδὶς (sic enim legunt quidam,) i. e. ἐκ γῆς, πρὸς γῆν αὖθις ἐλάσειεν τὴν ἐκείνου κεφαλήν, consultabat secum, an interficeret eum clavâ, an comprehensum ex terra elevaret, et conversum caput ejus solo allideret. alii ibi pro ἀείρας legunt ἐρείσας, ut sit: πρὸς τῇ γῇ ῥίψας, ad terram statuens conversum caput. sensus manet idem: volebat enim caput ejus ad terram convertere: ἀείρας tamen multo præstat. conf. οὖδας. κανέου δ' ἐκ σῖτον ἀείρας, ρ, 335. sic, ἄρτους, σ, 119. μῆλα ἐξ Ἰθάκης νηυσὶν ἄειραν, φ, 18, sustulerant, ληϊσάμενοι nimirum. τεύχεα ἀείρας, ω, 164, arma asportans. ab hoc verbo ἀείρειν factum est per syncopen αἴρειν.

ἀείρω, f. ἀερῶ. (Ῥέω) conjungo, adjungo, ζευγνύω, συμπλέκω. est ab εἴρω, necto, cum α copulativo, *ich füge an einander, (I join together.)* ὁμοῦ εἴρω. hinc est παραείρω, juxta adjungo, παραζευγνύω. unde est ἵππος παρήορος, equus duobus ordinariis super adjunctus, *ein nebenpferd, (an extra horse,)* qui et ὁ παράσειρος et σειραῖος, dicitur: hinc et τὸ τέτρωρον (pro τετράορον) si quatuor equi juxta se sunt juncti; et ἡ ξυνωρὶς, si duo equi. et ἡ ὄαρ pro ἄορ, uxor. ab eodem isto verbo fit ἄρω, apto, jungo, per syncopen.

ἀεκάζομαι, (Χάω) invitus facio, animo invito sum; non consentio, ago tamen. factum verbum ab ἀέκων. πολλὰ ἀεκαζομένη, admodum invita, Z, 458, ubi sermo de fœmina illustri captiva, et ad serviles res depressa. sic, πολλὰ ἀεκαζομένους, ν, 277, ubi sermo de navigantibus, vi ventorum aliorsum actis. καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος, σ, 134, ubi sensus: veniente malo, etsi quis antea putarat, se id non laturum, tamen id sustinet et sustinere cogitur, etsi invitus. οἵ με ἀεκαζομένην μνῶνται, τ, 133, qui me ambiunt contra voluntatem meam.

ἀεκήλιος, ία, ιον. (Εἴδω) idem quod ἀεικέλιος, sed poëtice mutatis vocalibus. παθέειν τ' ἀεκήλια ἔργα, Σ, 77, indignas res. nam qui hanc vocem ad ἕκηλος, quietus, referunt, et exponunt, sollicitas, inquietas res; sensui quidem utcunque consulunt h. l. vocem tamen ipsam elumbem reddunt hac compositione frigida.

ἀέκητι, (Χάω) adv. contra voluntatem aut favorem. Ἀργείων ἀέκητι, Λ, 666, etsi obnitentibus Graiis; et est ad diff. ignium, qui a Græcis ipsis accenduntur, e. c. ad calefaciendum. θεῶν ἀέκητι, non propitiis diis, M, 8. O, 720. sed, α, 79, est simpliciter, contra voluntatem et decretum deorum. priore sensu, θεῶν, γ, 28, *in ungnaden der götter, (in disgrace with the gods.)* et 213, σοῦ, invito te. δ, 504, contra voluntatem deorum, sine eorum voluntate. et 665, τόσων ἀέκητι, sine voluntate tot et tantorum; ubi τόσων etiam pertinet ad præcedens ἐκ, et a duobus regitur, nisi id ἐκ malis avulsum putare, et referre ad οἴχεται. σοῦ, ε, 177. οὐ πάντων ἀέκητι θεῶν, non ingratiis omnium deorum, ζ, 240. et 287, φίλων, πατρὸς καὶ μητρὸς, ἐόντων, non cum voluntate suorum, patris nimirum et matris, eorumque adhuc superstitum. θεῶν ἀνάκτων, μ, 290, quod ὑπερβολικῶς dictum. σοῦ, ο, 19. π, 94. ἐμεῦ, ρ, 43, sine meo consensu. ἀθανάτων θεῶν, ω, 443.

ἀέκων, οντος. ὁ. (Χάω) invitus, non sponte agens aut eligens. ἀέκοντος ἐμεῖο, me invito, A, 301. et 327, τὼ δ' ἀέκοντε βάτην. et 430, ἥν ῥα βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρων, quam vi ab invito abstulerant. Δ, 43, vide ἑκών. ἀμφοτέρους ἐξ ἵππων ἔβησε κακῶς ἀέκοντας, male descendere fecit de curru invitos, i. e. dejecit moribundos, E, 164. H, 197, vide ἑκών. Τρωσὶν μέν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ φάος, invitis iis occidit sol, Θ, 487. ἤϊε ἀπὸ αὐτῶν πολλὰ ἀέκων, abiit ab iis multum invitus, Λ, 556, i. e. λίαν πάνυ ἀκουσιαζόμενος. et ad πολλὰ deest κατά. (sic et P, 666.) et 715, οὐδὲ ἀέκοντα λαὸν ἤγειρε, neque populum invitum congregabat, coll. 716. ἀέκοντας ἀπώσειν, invitos eos se depulsurum, N, 367. Ξ, 105. εἴ με βίῃ ἀέκοντα καθέξει, si me vi invitum continebit, O, 186, et h. l. est definitio (ὁρισμὸς) βίας: utpote quæ est ἀκούσιος κατοχή. ἀέκοντας ἑταίρους, Π, 204. et 264, τοὺς παρακιὼν ὁδίτης κινήσει ἀέκων, eos crabrones, jam a pueris irritatos, præteriens viator contra voluntatem suam ipsa præteritione sua in se commovebit; in opp. ad pueros consulto irritantes. et 369, οὓς ἀέκοντας τάφρος ἔρυκε, quos contra propositum suum fossa detinebat. P, 112, *ungerne, (reluctantly.)* ἀέκοντα ἔπεμψε ἐπὶ ῥοὰς ὠκεανοῖο νέεσθαι, Σ, 240, solem non spontaneum misit Juno ad fluenta Oceani ut occideret, i. e. vespera fiebat ante tempus solitum, ob nubes densissimas circa vesperam contractas. οὐδέ κε κούρην ἦγεν ἐμεῦ ἀέκοντος, nec, me invito, abduxisset puellam, T, 273, inquit Achilles. sed is, ob cunnum, deterrimam pugnandi causam, seditionem in castris movere noluit. Φ, 59. α, 199, 403. β, 311. οὐκ ἄκοντε πετέσθην ἵππω, γ, 484, 494. δ, 463, 646, ubi genitivus est pro ἀέκοντα. sic ι, 405. η, 315. κ, 266, 489, ἀέκοντες. ο, 200. φ, 348. et *fœmininum*, ἡ ἀέκουσα, A, 348. ἀέκουσαν, β, 130. τ, 374. υ, 343.

ἀέλιοι, mariti duarum sororum, dicuntur et αἴλιοι, vide sub εἰνάτερ.

Ἄελλα, ης. ἡ. (Ἕλω) turbo, ventus vehemens et contorquens. in genere, procella. est ab ἄω, spiro, et εἰλέω, compositum nomen: quam etymologiam, ex more suo, ipse poëta innuit B, 293, s. ἥν νῆα ἄελλαι χειμέριαι εἰλέωσιν, quam procellæ incluserint in portu. ut ergo repetendæ sint notiones verbi εἰλέω, supra indicatæ; ut intelligatur hoc nomen. ὑπεραέϊ ἶσος ἀέλλῃ, Λ, 297, ubi parabola notat τὸ ὀξυκίνητον τοῦ ἥρωος εἰς μάχην, et quod divinitus immissus sit Græcis. ἐμάρνατο ἶσος ἀέλλῃ, M, 40, i. e. cum continuo impetu. ὅτε σπέρχωσιν ἄελλαι, N, 334, ubi ut πρόσωπα finguntur, quæ per ἀνέμους ut instrumenta, efficiunt aliquid. et 795, s. ἴσαι ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ, ἥ ῥα ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε, seqq. ubi quoque personificata quasi ἡ ἄελλα: et ὑπὸ βροντῆς Διὸς, est, σὺν ἀερίᾳ βροντῇ. ὕψι δ' ἀέλλη σκίδνατο ὑπαὶ νεφέων, Π, 374, ubi hæc procella ut efficiens ponitur, et indicatur pulvis densus, ut consequens, actus per procellam et turbinem, et in aërem alte evectus. τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι ἐπὶ πόντον φέρουσιν, T, 377. ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι, quando urgerent et ingruerent procellæ, γ, 283. et 320, ὅν τινα πρῶτον ἀποσφήλωσιν ἄελλαι ἐς πέλαγος μέγα τοῖον, abegerint a cursu suo. πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας παντοίων ἀνέμων, ε, 292, Neptunus concitavit. et 304, ἐπισπέρχουσι δ' ἄελλαι παντοίων ἀνέμων. ἅρπαξ τὸ (ἔπος) φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι, θ, 409, venti abripientes ferant illud verbum, i. e.

oblivíscere illius. νῆας ἃς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι, quas ei quassaverunt venti vehementes, ζ, 383. μόλις δ' ὑπάλυξεν ἀέλλας, τ, 189, vix evasit procellas.

ἀελλής, έος. ὁ ἡ. (Ἕλω) turbinis modo actus. τῶν ὑπὸ ποσὶ κονίσσαλος ὤρνυτο ἀελλής, Γ, 13, horum a pedibus surgebat, excitabatur, pulvis turbidus, συνεστραμμένος δίκην ἀέλλης, turbinis more.

ἀελλόπους, (et ob metrum ἀελλόπος) οδος. ὁ ἡ. (Πάω) pes procellæ similis, pedibus velocissimus, *schnell wie der sturmwind, (swift as the tempest.)* idem quod ποδήνεμος. ab ἡ ἄελλα, ης, procella, et ὁ πούς, composita vox. apud poëtam est epitheton Iridis; quæ et physice celeriter exsistit, et de cœlo quasi duobus pedibus descendit in terram, inter imbres et pluvias. sed poëtice notat famam, vel nuntium dextre advenientem. ὦρτο δ' Ἶρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα, Θ, 409. Ω, 77, 159.

ἀελπής, έος, ὁ ἡ. (Ἕλπω) quod præter spem est. et hoc adjectivum immediate a verbo ἀέλπω factum. nam adjectiva ab ἡ ἐλπὶς formata hoc modo fiunt, εὔελπις, δύσελπις, etc. γαῖαν, ἀελπέα δῶκεν ἰδέσθαι Ζεύς, ε, 408, terram, de qua desperaveram jam, dedit mihi videre deus.

ἀέλπω, (Ἕλω) despero, non credo. ἀέλποντες σόον εἶναι, Η, 310, δυσελπιστοῦντες, cum vix sperassent eum incolumem futurum.

ἀέξω, (Χάω) (f. ἀεξήσω, quod futurum tamen apud poëtam obvium non est) augeo, promoveo, emergere facio, procedere facio; *ich mehre, vergrössere, (I increase, augment,)* fit ab ἔχω, f. ἕξω, i. e. ἐπέχω, detineo, teneo, *zurückhalten, (to detain;)* cum α privativo: ut hoc a futuro, ἀέξω, factum novum verbum notet, non detineo, non impedio, οὐκ ἐπέχω, *ich halte nicht auf oder zurück, ich hemme nicht, (I detain or impede not.)* per crasin fit, ex ἀέξω, ἄξω, et ut id distinguatur a futuro verbi ἄγω, f. ἄξω, interseritur post crasin factam, τὸ υ æolicum, ut fiat αὔξω, augeo. ἀέξειν vel αὔξειν ergo est, μὴ ἐπέχειν τῆς κατὰ φύσιν προκοπῆς, ἀλλὰ εἰς μέγεθος ἐᾶν προχωρεῖν, μεῖζον τοῦ καταρχᾶς, ut majus fiat quam ab initio erat. οἶνος μέγα ἀέξει ἀνδρὶ μένος, vinum valde auget viro vires et robur, Ζ, 261, quod dictum, quasi μένος esset corpus quod posset crescere. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, quamdiu antemeridianum tempus erat et crescebat sacer dies, Θ, 66. Λ, 84. ι, 56, et αὔξησις ἡμέρας est, τὸ, ἀπὸ πρωΐας μέχρις ἡλιακοῦ μεσουρανήματος. meridiem vero sic circumscribit Sophocles: ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος. σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν, Μ, 214, et tuam, O rex, potestatem semper augere, sc. debet quivis alius. μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων, magnum luctum in pectore fovens et alens, Ρ, 139. et 226, ὑμέτερον δὲ ἑκάστου θυμὸν ἀέξω, et vestrum cuique animum incito, sc. τῇ θεραπείᾳ, dum vobis bene facio, alacres simul et lætos vos facio. cives meos autem adfligo collationibus. χόλος, πολὺ γλυκίων μέλιτος, ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἠΰτε καπνός, Σ, 110, augetur in pectore hominum et crescit, sicut fumus. καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός, β, 315, et sane mihi augetur intus animus, fio animosior cum ætate; et loquitur ibi Telemachus jam adolescens, non amplius puer sine sensu et animo virili nam αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναυξάνονται καὶ τῆς λογικῆς ψυχῆς αἱ δυνάμεις, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι. simul notat h. l. τὴν προθυμίαν, alacritatem. ὄμβρος ἀέξει οἶνον, pluvia auget vinum, i. e. uvas, ι, 111, 158. μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει, magnum enim luctum fovet et alit in pectore, λ, 194. sic, addito nominativo, Τηλέμαχος ἐν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε (omisso augmento, pro ἤεξε, ἕνεκα) βλημένου, ob percussum eum jactu, magnum dolorem animo fovebat, ρ, 489. et ω, 230, πένθος ἀέξων. οὔποτε γὰρ ἀέξετο κῦμα ἐν αὐτῷ, sc. λιμένι, nunquam in eo portu attollebatur fluctus, κ, 93, *es erhob sich da nie eine welle, (the waves never rose there.)* Τηλέμαχος δὲ νέον μὲν ἀέξετο, is enim nuper quidem adolescens fiebat et ex ephebis excedebat, χ, 426, mater tamen eum nondum sinebat imperare ancillis. αἴ κεν μοὶ φίλον υἱὸν ἀέξῃ, ἡ Ἀθηναίη, ν, 360, si velit mihi filium meum augere, ad virilem ætatem producere. ἐμοὶ ἔργον ἀέξουσι θεοί, mihi rem meam rusticam augent et fortunant dii, ο, 371, *sie segnen meine arbeit, (they bless my labour.)* et ξ, 66, ἐμοὶ τόδε ἔργον ἀέξεται, augetur et crescit et fortunatur. σὲ ἀλκὴ παγκρατίου ἀέξει, Ne. 2, 24, te auget et celebriorem facit.

ἀέρα δέρειν, vide sub ἀήρ, prope finem.

ἀεργία, ας. ἡ. (Ἔρω) cessatio ab opere, pigritia. et notat non solum τὴν ἀργίαν, quæ per crasin ex ἀεργία est facta; sed et τὴν εἰς ἔργον ἀτεχνίαν, imperitiam et ineptiam ad opus faciendum, τὴν ἀνεπιστημοσύνην, *ungeschicklichkeit zur arbeit, (unskilfulness.)* οὐ γὰρ ἀεργίης ἕνεκεν ἄναξ οὔ σε κομίζει, non, non pigritiæ causa dominus te alit, ω, 250.

ἀεργός, οῦ. ὁ ἡ. (Ἔρω) sine opere, sine factis, otiosus, qui nihil efficit. κάτθανε ὁμῶς, ὅ τ' ἀεργὸς ἀνήρ, ὅ τε πολλὰ ἐοργώς, moritur æque, Ι, 320. οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, non tolerabo otiosum, sc. ὄντα, vel διάγοντα, τ, 27. huc refertur ἡ ὀργάς, άδος, locus sacer numini, et ab humano cultu intactus, quasi ἀεργάς. it. collis sacer et incultus. Ἴδης ὀργάδες, Eurip. Rhes. 282, i. e. λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία καὶ ἀνέργαστα, ἀγεώργητοι τόποι.

ἀερέθω, (Ἄω) verbum deductum per paragogen ab ἀείρω. in passivo vel medio est ἀερέθομαι, et ionice ἠερέθομαι, ἀκρίδες ἠερέθονται, Φ, 12, i. e. εἰς ἀέρα αἴρονται πετόμεναι, *sie erheben sich und fliegen weg, (they soar aloft and fly away.)* αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, Γ, 108, i. e. ἐκκρεμεῖς εἰσὶ ὡς ἐν ἀέρι, ἐλαφραὶ καὶ εὐσάλευτοι καὶ ἀβέβαιοί εἰσιν αἱ τῶν νέων φρένες, οὐκ ἔμπεδοι καὶ παγίως βέβαιαι καὶ ἀσφαλεῖς: εὐμετακίνητοί εἰσιν. *sind windig und leicht, unzuverlässig, (light, changeable, unsteady.)* τῆς ἑκα-

τὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθοντο, B, 448, suspensæ erant fimbriæ ex eâ, *schwebeten quasten dran, (tassels hung from it.)* nam ἀ. ἠερέθεσθαι proprie est, ἐν ἀέρι κρέμασθαι, *in der luft hangen, (to hang in the air.)*

ἀερσίπους, οδος. ὁ ἡ. (Πάω) pedes celeriter tollens, it. qui pedibus celeriter fertur, ὁ λίαν ταχὺς καὶ ὠκύπους, κουφιζόμενος καὶ ἀειρόμενος ποσὶν ὥσα καὶ πτεροῖς. qui quasi volat cursu. ab ἀείρω, in sublime tollo, f. ἀερῶ et æolice ἀέρσω: et ἀείρεσθαι est proprie, εἰς ἀέρα κουφίζεσθαι. est apud poëtam epitheton equorum nobilium, ob velocitatem et alacritatem eorum. ἵπποι ἀερσίποδες, Γ, 327. Σ, 532. Ψ, 475. Vide etiam sub ἀείρω, infra medium.

ἄεσα pro ἤεσα, vide ἌΩ.

ἀεσιφροσύνη, ης. ἡ. (Φέρω) incogitantia, defectus rationis firmæ, *unverstand, mangel des nachdenkens, (want of wit, want of reflection.)* ἐγὼν ἑπόμην ἀεσιφροσύνῃσιν, ο, 469, ego, cum essem infans, sequebar eam incogitanter, *aus unverstande, (ignorance.)* Vide sub ἌΤΩ, ad finem, necnon sub ἌΩ.

ἀεσίφρων, ονος. ὁ ἡ. (Φέρω) incogitans, negligens, *unachtsam, (careless.)* est ab ἀέσαι, (confer ἄω et ἀέω sub A) i. e. κοιμηθῆναι καὶ ἀναπνεῦσαι, per quietem respirare, dormire, jacere; quasi ὁ κοιμώμενος τὰς φρένας, cujus pectus est sopitum et non curiosum. inest simul fortasse notio τοῦ ἆσαι, i. e. βλάψαι, (conf. ἄτω) ut sit ὁ βεβλαμμένος τὰς φρένας, ὁ φρενοβλαβὴς, cujus pectus non est sanum, qui ratione recta læsus est. imo aliis placet etymologia ab ἀείρω, f. ἀερῶ et æolice ἀέρσω, in altum tollo, suspendo, quasi ἀερσίφρων, cujus mens suspensa et instabilis est, κοῦφος τὰς φρένας, οὐκ ἔμπεδος, οὐ στερεὸς καὶ βέβαιος, οὗ αἱ φρένες ἠερέθονται. quia epitheton est poëticum, ad omnia ista respexisse potuit poëta. ὁ δὲ ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων, Υ, 183, sc. ὁ Πρίαμος: οὐκ ἠερέθεται τὰς φρένας ὁμοίως τοῖς νεωτέροις ὁ γέρων, ἀλλὰ βέβαιός ἐστι. ἐπεὶ οὔτι παρήορος οὐδ' ἀεσίφρων ἦσθα πάρος, Ψ, 603, inquit Menelaus ad Antilochum Nestoris filium; nequaquam vagus et levis eras antea: ubi alterum per alterum ejusdem originis explicatur. ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσιν ἀασθεὶς ἤϊεν, ἣν ἄτην ὀχέων, ἀεσίφρονι θυμῷ, φ, 302, ille autem, in hanc fraudem et hunc errorem mentis suæ inductus, abiit suum erroris illius damnum secum asportans, animo insano; ubi sermo est de Centauro, qui in nuptiis Pirithoi turbas cœperat, et ab heroibus male mulcatus exactus fuerat e domo ebrius. atque ibi poëta innuere videtur, esse ab ἀάζειν compositum nomen, labefacio; ut notet τὸν φρενοβλαβέα καὶ μανέντα. si confers Hesiodum, Ἔργ. 313, 333, oscitantiæ notio apparebit. notat in genere, temere agentem et nimis fidentem sibi. Vide sub ἌΤΩ ad finem, necnon sub ἌΩ.

ἀετὸς et αἰετὸς, οῦ. ὁ. (Ἔω) aquila. est ab α intensivo, et ἐτεὸς vel ἐτὸς, verus, certus; quia augurium ejus valde certa, ex mente priscorum, portendebat: quasi ἀεὶ ἀληθὴς καὶ αἴσιος. hinc dicitur κατ' ἐξοχὴν ὄρνις, augurium, Θ, 251, ὅτι ἐκ Διὸς ἤλυθεν ὄρνις, coll. 247, αἰετὸν ἧκε τελειότατον πετεηνῶν, νεβρὸν ἔχοντα ὀνύχεσσι, et in hac διοσημίᾳ aquila significabat Hectorem et Trojanos, οἳ σήμερον κρατοῦσι διὰ τὸν Δία: ὁ δὲ κρατούμενος νεβρὸς notabat territos Græcos: ἡ δὲ καταβολὴ τοῦ νεβροῦ παρὰ βωμῷ Διὸς, notabat, ὡς ἐκφεύξονται οἱ Ἕλληνες διὰ τὸν Δία τοὺς κρατοῦντας, et amissuros esse istos victores victoriam suam e manibus, sicut aquila amiserit τὸν νεβρόν. nam semper in Homero est ἀμοιβὴ τῇ εὐσεβείᾳ, pietas suum habet præmium; et rex Græcorum coluerat semper aras Jovis. hinc et non post aliquot demum horas, sed nunc statim mittebatur aquila. vide, quam apte fingat poëta. præterea aquila dicitur τελειότατος, perfectissimus, sc. in auguriis dandis. sic Ω, 315—319, coll. 292, s. 310, s. ubi et μόρφνος, et θηρητὴρ, et περκνὸς dicitur, et οἰωνὸς, augurii avis, et Διῒ φίλτατος οἰωνῶν, καὶ οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον, cujus robur maximum, et cujus alæ velut valvæ portarum. ὄρνις et οἰωνὸς sæpe est, σημαντικὸς τοῦ μέλλοντος. ipse est igitur Jovis ales: nam habetur pro rege avium, hinc summo regi sacer est. in senectute inutile ei fit τὸ ῥάμφος, τῇ ἄγαν ἐπικάμψει: ergo tunc fame punitur quasi, ob tot cædes aliarum volucrium et ferarum. præter avem, etiam pars quædam in summo templorum dicebatur ἀέτωμα, vel et ἀετοὶ, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν ἀετοῦ. conf. Aristophanem, qui dicit, ἐρέφεσθαί τι πρὸς ἀετόν. ejus ovis infestus dicitur ὁ κάνθαρος, maxime ὁ ἱπποκάνθαρος, *der feuerwurm mit hörnern, (the horned fire-dragon.)* hinc fabula narrat, in Jovis gremio posuisse aliquando, securitatis causa, aquilam ova; sed et eo penetrasse κάνθαρον: et Jovem indignantem surrexisse ut excuteret κάνθαρον, atque sic imprudentem simul excussisse ova et fregisse; quod fieri voluerit κάνθαρος. unde proverbium: ἀετὸν κάνθαρος μαιεύσομαι: κάνθαροι enim perdunt aquilina ova, non vero obstetricantur iis. ὄρνις, αἰετὸς ὑψιπέτης, M, 201, 200, φέρων δράκοντα. sic et 218, seq. ubi aquila quoque est symbolum Trojanorum. ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, αἰετὸς ὑψιπέτης, N, 822. ὥστε ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων ἔθνος ἐφορμᾶται, χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων, O, 690. seqq. aquila nigra: et ibi parabola est de ea, sicut et P, 674, seqq. ὥστε αἰετὸς, ὅν φασιν ὀξύτατον δέρκεσθαι. et Φ, 252, αἰετοῦ οἴματα ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος, ὅστε ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν. ergo oculi ejus acerrimi, color, venatio, fortitudo et celeritas, laudantur. ὥστε αἰετὸς ὑψιπετήεις, ὅστε εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων (ex nubibus) ἁρπάξων ἢ ἄρνα ἢ λαγωόν, X, 308, seqq. ubi altus ejus volatus, et celer ex alto delapsus, et robur, describitur. αἰετὼ, duæ aquilæ, β, 146, seqq. ubi hæ aquilæ signant Ulyssem et Telemachum: hi sensim sunt venturi, unito consilio; multas sagittas pinnatas emissuri, planctum Ithacensibus facturi: volant μετὰ πνοιῇς ἀνέμου, i. e. πρὸς ἄνεμον, *mit dem winde, (with the wind,)* non motis alis, sed ab aura ipsa, lati; et notant lenem et taciturnum adventum heroum, sine tumultu

aut temeritate. ἐλθὼν δ' ἐξ ὄρεος μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχείλης πᾶσι χησὶ (anseribus) κατέαξεν αὐχένας, τ, 538, seqq. ubi somnium de aquila suum narrat Penelope, coll. 543. seqq. 548, seqq. ὄρνις, αἰετὸς ὑψιπέτης, υ, 243, coll. 245, s. nam quia avis regia est, hinc eam interpretantur de rege. ὄρνις αἰετὸς χῆνα φέρων ὀνύχεσσι, ο, 161. ubi ista avis statim post votum factum apparebat: inde colligebat Helena, pertinere id signum ad eum, qui vota conceperat, coll. 168, 174, seqq. ὥστε αἰετὸς ὑψιπετήεις, ω, 537. quia hæc avis vera portendere putabatur: hinc quævis verissima sententia et quodvis sanum mentis propositum, dicitur αἰετὸς. e. c. apud Theocrit. Id. 26, 31, ἐκ Διὸς αἰγιόχου τιμὴν ἔχει αἰετὸς οὗτος, qui ibi est sententia sequens. sic et Homerus eandem rem vocat οἰωνὸν, M, 243.

ἄετωμα, vide supra.

ἀέω, vide "ΑΩ.

ἀζαίνω, vide ἀζηνάσκω.

ἀζαλέος, έα. έον. ("Αω) siccus, aridus, humore suo privatus. *trocken, (dry,)* βῶν ἀζαλέην, siccum corium bubulum, i. e. scutum, H, 238, ad differentiam τῆς ὑγρᾶς, i. e. ζώσης βοός. sic διερὸς βροτὸς est ὁ ζῶν, οἱ ἀλίβαντες vero, humore vitali carentes, οἱ νεκροί. δρῦς ἀζαλέας καὶ πεύκας, Λ, 494, quercus aridas et larices, sive sint casu dejectæ et siccatæ, sive humano consilio: quod posterius sæpe fit, ut prope flumen dejiciantur arbores cædendo, relinquanturque ibi aliquamdiu, donec siccatæ deportentur fluvio. confer Δ, 487. ἀζαλέον ὄρος, i. e. ξηρὸν, Υ, 490, sic dictum a multitudine aridarum arborum aut virgultorum, quæ ignis facillime comprehendit et per ea late vagatur. sic ὕλη ἀζαλέα, ligna sicca, ι, 234, *trocken holz, (dry wood,)* ἐπείπερ ἡ τοιαύτη πρὸς λυχνοκαΐαν ἐπιδόρπιον χρήσιμος. antiquissimi enim accensis lignis in foco portatili, aut et ordinario, utebantur inter cœnandum, loco nostrarum candelarum tunc nondum inventarum.

ἄζη, ης. ἡ. ("Αω) est ἡ ξηρασία, ἡ τοῖς μυδῶσιν ἐγγινομένη λευκότης, ὁ παλάσσων εὐρώς, *der weisse schimmel an vertrockneten dingen, (the white mould on dried things.)* σάκος γέρον, πεπαλαγμένον ἄζῃ, scutum vetus, inquinatum situ, χ, 184.

ἀζηνάσκω et καταζηνάσκω, ("Αω) est forma ionica ab ἄζω. καταζήνασκε (sine augmento, pro κατηζήνασκε) δὲ δαίμων τὸ ὕδωρ, λ, 586, *Gott liess das wasser eintrocknen, (the Deity dried up the water.)* nimirum ab ἄζω est ἀζαίνω, inde ἀζήνω, et ἀζηνάσκω. si contendas, esse l. c. aor. 1. ionicum a καταζαίνω, f. ανῶ. aor. κατήζηνα, et ionicâ formâ καταζήνασκον, ασκες, ασκε: refragantem nullum habueris, est enim analogiæ consentaneum.

ἀζήνω, vide supra.

ἀζηχὴς, έος. ὁ ἡ. (Χάω) non intermissus, non interruptus, συνεχὴς, continuus, perpetuus, cohærens, ἀδιάλειπτος. est pro ἀδιεχὴς, contracto quasi ι in η, ob arctissimam soni cognationem, et mutato δ in ζ ob eandem cognationem. διέχω autem est, distineo, *ich halte von einander, (I hold asunder;)* et intransitive, discretus sum, distineor. neutrum ponitur adverbialiter. ἐμὲ οὐδὲ ὣς θυμὸς ἀνίει, ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος, O, 25, me ne sic quidem ira perdurans remittebat a dolore propter Herculem, *mein nicht nachlassender zorn und unmuth machete mich nicht los von der empfindung des schmerzens wegen des Hercules, (my unabated indignation did not alleviate the pain I felt on account of Hercules,)* et 658, ἀζηχὲς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισιν, indesinenter enim vociferabantur hortantes se invicem, *ohne ablassen, (incessantly)* ὄϊες, ἀζηχὲς μεμακυῖαι, oves sine intermissione balantes, Δ, 435, sicut solet in magno ovium grege. ἀζηχὴς ὀρυμαγδὸς, P, 741, non intermittens fragor et strepitus; et sermo est de pugna acri. ἀζηχὲς φαγέειν καὶ πιέειν, σ, 3, indesinenter edere et bibere.

"Αζομαι, (Χάω) revereor, sic ut cedam ei et fugiam, *ich scheue, (I am afraid.)* σέβομαι. est a χάζω, i. e. ὑποχωρέω, sicut σέβομαι est a σείω, et quasi σεύομαι. ἀζόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα, reveriti Apollinem, *aus scheu vor dem, (for fear of him,)* ne lædatur negatione ejus, quod a Græcis petebat sacerdos ejus, A, 21. sic et ι, 200, ἀζόμενοι, sc. τὸν Ἀπόλλωνα, cujus sacerdos erat is cui parcebamus. μὴ ἄζεο (imperat. pro ἄζεσο) Ἄρηα, ne verere Martem, E, 830. *scheue dich nicht vor ihm, (I am not afraid of him.)* χερσὶν ἀνίπτοις Διῒ λείβειν οἶνον ἄζομαι, manibus illotis Jovi libare vinum religio mihi est, Z, 267, et vide, reverso in urbem Hectori offerebat mater potum, ut primum libaret diis, 259, deinde ipse sitim restingueret, 260. sed quia jam ad lavandum manus non otium erat, ergo nec ipse bibere volebat. ergo religiosissimi antiqui ad potiones suas libabant diis. ὅγε οὐδὲ θεὸν μέγαν ἄζετο, non verebatur deum, nec abstinebat metu dei illius a lædendo Æneam, E, 434. ἄζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ ἀποθύμια ἔρδοι, verebatur enim, ne Nocti displicentia faceret, Ξ, 261. οὐχ ἄζεο, ξείνους ἐσθέειν σῷ ἐν οἴκῳ, nulla tibi religio erat, hospites tuos domi tuæ comedere, ι, 478. μήτε μητέρα ἐμὴν ἄζευ (κατὰ) τόγε, neque matrem meam verere in hoc, ρ, 401, *scheue dich hierbey vor meiner mutter nicht, (be not in this matter afraid of my mother;)* illa enim idem vult quod ego te jubeo facere: et est imperativus ionicus per contractionem, quam Attici faciunt in ου. hinc est τὸ ἄγος, εος, quod est nomen medium; descendens a futuro 2. ἀγῶ, verbi ἄζω, f. 1. ἄξω. inde est ἅγιος, ία, ιον, sanctus, venerabilis, cui quisque concedit et a quo abstinet manus profanas.

ἄζος, vide sub δούλη, prope finem.

ἄζυξ, vide sub ἄδμητος.

"Αζω, f. ἄσω, ("Αω) est fere idem quod αὔω, sicco, arefacio, ξηραίνω, *ich dörre, trockne, (I dry.)* et fit ab ἄω, spiro: nam notat proprie siccationem spiritu aliquo calido factam; imi-

tatur quoque ipsum vocabulum sonum eum, qui auditur, quando quis efflat calidum spiritum. notat ergo proprie τὸ ἆσθμα, καὶ ἀθρόως προσπνεῖν τῷ στόματι θερμόν. transfertur deinde et ad alia. αἴγειρος, populus arbor, ἣ ἀζομένη κεῖται, quæ arescens jacet, Δ, 487, jacet humore suo privanda per aëris calorem. hinc est et αἰάζειν, quod non semper est θρηνεῖν, sed et, calidum spirare.

ἀηδέω, vide ἀδέω.

ἀηδὴς, vide sub eodem.

ἀηδόνειος, ἀηδονιεὺς, ἀηδονὶς, ἀηδώ. Vide sequens, et sub ἀοιδὸς; necnon sub Πανδάρεος in R.

ἀηδὼν, όνος. ἡ. (Εἴδω) luscinia, *eine nachtigall, (a nightingale.)* χλωρηῒς ἀηδὼν καλὸν ἀείδει ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσι, ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν, τ, 518—523, ubi fabula de ea aliter narratur ac a recentioribus solet. conf. in R. Πανδάρεος, et Ἴτυλος, et Ζῆθος. nam fuit olim filia Pandarei, uxor Ζήθου, cujus filium Ἴτυλον mactavit ex insania, quem etiamnum luget mutata. æolice, et ex dialecto Mitylenæorum, dicitur ἡ ἀηδὼ, όος. dicitur eadem ἡ ἀηδονὶς, ίδος, et ὁ ἀηδονιεὺς, έος, et ἡ ἀδονὶς, ῖδος. adjectivum est ὁ ἡ ἀηδόνειος, ad lusciniam pertinens.

ἀηθέσσω, (Ἔθω) non sum adsuetus. *bin ungewohnet, (I am not accustomed.)* ab α privativo, et τὸ ἦθος, mos, grex consuetus. hinc est ὁ ἡ ἀήθης, εος, insuetus, insolens: et ἀηθέω, poëtice ἀηθέσσω. et id verbum primam augere non potest, ob κακαφωνίαν. ἀήθεσσον γὰρ ἔτι αὐτῶν, sc. νεκρῶν, K, 493, i. e. ἀήθεις ἦσαν καταπατεῖν νεκροὺς οἱ ἵπποι, utpote recens in castra bellica adducti, et qui nunquam strata mortuorum corpora viderant; adhuc insueti erant eorum, *waren der todten körper noch nicht gewohnet, (were not yet accustomed to dead bodies.)*

ἀηθὴς, vide supra.

ἄημα, vide sub ἍΩ.

ἄημι, (Ἄω) idem quod ἄω et ἀέω. spiro, πνέω, *ich wehe, blase, hauche, (I breathe, puff, blow.)* Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον, I, 5, nam castra ad Trojam habebant Thraciam versus septentriones: et ζέφυρος est ventus inter septemtriones et occasum spirans. cæterum media est producta poëtice et ionice, pro ἄετον, spirant ambo. possit hic locus ad ἄω referri, nam dualis præsentis eodem modo procederet. ἄνεμοι νέφεα πνοιαῖς διασκιδνῶσιν ἀέντες, spirantes, flantes, E, 526, nam aor. 2. ab ἄημι est, ἄην, cujus participium ἀείς. ἀνέμων ὑγρὸν ἀέντων, ε, 478, i. e. πνεόντων. sic et τ, 440. ἄη ζέφυρος μέγας, ξ, 458, spirabat, ἔπνεε. ἄη νότος, μ, 325. θεὸς τὸν οὖρον προέηκεν ἀῆναι, γ, 183. et 176, ὦρτο δ' ἐπὶ (pro ἐπῶρτο, *es stund auf,*) *(it rose.)* λιγὺς οὖρος ἀήμεναι, attica terminatione pro ἀῆναι. πνοιὴν ζεφύρου προέηκεν ἀῆναι, κ, 25. πόντον ἵκανον ἀήμεναι, ad pontum venerunt venti flando, Ψ, 214. possit quidem hic infinitivus ἀῆναι deduci a forma verbi ἀαίνω, f. ἀανῶ. aor. 1. ἄηνα, inf. ἀῆναι: sed quid opus est ambagibus? λέων ὑόμενος καὶ ἀήμενος, leo pluviis et ventis subactus, *beregnet und durchgewehet. (exposed to rain and wind,)* ζ, 131, χειμαζόμενος, καὶ οὕτω μᾶλλον ἀγριούμενος. δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο, dupliciter iis in pectore animus agitabatur, Φ, 386, imperf. med. pro ἤετο, omisso augmento, et producta media, ionice. vento quasi agitabatur animus et inflabatur. hinc dicitur θυμοῦ πνέειν, animosum esse, *vor muth schnieben, (to snort with courage.)*

Ἀὴρ, ἀέρος, ὁ et ἡ (Ἄω) aër. caligo, nebula. uterque significatus ex ἄω, spiro, halo. nam aër est commune spiraculum: et nebulæ sunt exhalationes aquosæ. *luft, nebel, (air, vapour.)* sed in posteriori significatu semper ponitur fœmininum, ἡ ἀὴρ, et ionice ἠὴρ, ἠέρος: in priori semper masculinum. ὁ ἀὴρ videtur esse Ξ, 288, ubi arbor dicitur ἱκάνειν αἰθέρα δι' ἀέρος, per aërem inferiorem in monte pertingere usque ad superiorem: ut notetur summa altitudo. ergo vere dicta ἡ ἐλάτη βλωθρὴ, quia βλωθρὸς est παρὰ τὸ, εἰς ἀέρα μολεῖν, in aërem longe exiens. reliquis omnibus locis est ἡ ἀήρ. et nota: in nominativo nunquam ionice dicitur ἡ ἠὴρ, nam concurrerent tunc in una voce duo η, quod κακόφωνον: sed in obliquis τὸ η ab initio habet locum. hinc et, ob eandem causam, verba ἀηδίζω, tædio afficio, et ἀηθέσσω, non adsuetus sum, et similia, non augent suum α. ἐκάλυψε δὲ ἠέρι πολλῇ, Γ, 381, nam involvit eum multæ caligini et ἀορασίᾳ. notat ergo ἡ ἀὴρ τὴν σκότωσιν, ἀφώτιστον ἀέρα, aërem non collustratum sole vel lunâ. et physice id fit per nebulam; aut in pugna per pulverem densissimum. potest et id fieri, si quis in turba hominum se subito subtrahit oculis, aut latet in virgultis, etc. quod poëtice refertur ad numen, tegens aliquem caligine. Sic de Neptuno, eripiente quosdam, dicitur Λ, 751, τοὺς ἐκ πολέμου (ex prœlio) ἐσάωσε, καλύψας ἠέρι πολλῇ, i. e. nebulâ densâ ex aquis surgente. ἠέρι γὰρ πολλῇ κεκαλυμμένος ἀντεβόλησε, Π, 790, coll. 789, ubi κλόνος, et inde ortus pulvis, impedierat oculos. sic et Apollo eripit aliquem, vel nebulâ, vel pulvere multo quem calidus sol effecerat, Υ, 444. κεκάλυπτο δὲ ἠέρι πολλῇ, Φ, 549, ubi explicatio physica addita, φηγῷ κεκλιμένος. nam Apollo, i. e. sol, adversus lucebat hosti, ut oculis minus bene uteretur; contra alter in opaco stabat. et 597, ubi ejusdem nemoris beneficio hic alter se subtrahit oculis hostis. Sic de Cimmeriis, ad perpetuas caligines damnatis, dicitur λ, 15, ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, ubi prius per adpitum alterum explicatur. περὶ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευε, E, 776, ubi adjectivum attice est in genere communi positum: et intelliguntur vel nebulæ vel virgulta. sic et Θ, 50, κατὰ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν. estque pro, περιέχευεν, κατέχευεν. ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο, E, 356, et cali-

gine hasta erat abdita. et 864, οἵη δ' ἐκ νεφέων ἐρεβεννὴ φαίνεται ἀὴρ, ubi mere physice dictum, de nubibus atris procellosis, *schwarze gewitterwolken steigen auf, (black thunder-clouds arise.)* ἠέρα ἑσσαμένω, Juno sc. et somnus, Ξ, 282, i. e. invisibiles, insensibiles. ἀμφὶ λαμπραῖς κορύθεσσι Κρονίων ἠέρα πολλὴν χεῦε, Ρ, 269, in lætis rebus splendent galeæ apud poëtam; in tristibus obfuscantur. nam hæc est fictio poëtæ, quasi aër una lugeat, maxime h. l. ob cæsum Patroclum, et multas alias mortes. præterea notat et fortunam adversam, ut lux notat secundam. cæterum physice id accidebat ex multo pulvere sursum sublato. et 368, ἠέρι γὰρ κατέχοντο, coll. 367, ubi apparet, hanc ἠέρα esse densissimum pulverem, pugnando excitatum. et 376, ἠέρι καὶ πολέμῳ, ubi ille densus aër pugnantibus visum impediebat, ut facilius vulnerarentur. hinc est 644, seqq. ἠέρι γὰρ κατέχονται ὁμῶς αὐτοί τε καὶ ἵπποι. Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν, ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. ubi vides talem ἠέρα oppositam esse τῇ αἴθρῃ, puro aëri. τρὶς δ' ἠέρα τύψε βαθεῖαν, Υ, 446, *stiess im dunkeln dreimal fehl, (thrice he struck to no purpose, in the dark.)* hinc est ἀέρα δέρειν vel δαίρειν, si quis quid facit sine effectu. ἠέρα δὲ Ἥρη πίτνα (expandebat) πρόσθε βαθεῖαν, profundam nebulam, Φ, 6. ipse etiam timor excæcat. cæterum ἀὴρ βαθεῖα est σκότος βαθύ. ἀμφὶ δ' Ἀθήνη πολλὴν ἠέρα χεῦε, η, 15, i. e. ἀορασίαν. nam prudens Ulysses eas quærebat vias, ubi quam minime conspici a multis posset. collato 41, ubi eandem ἠέρα dicit ἀχλύν. et 143, καὶ τότε δὴ αὐτοῖο πάλιν χύτο (removebatur ab eo) θέσφατος ἀήρ. collato 140, πολλὴν ἠέρ' ἔχων ἥν οἱ περίχευεν Ἀθήνη. i. e. ἀπροόρατος ἐπέρχεται, non provisus supervenit. ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμέναι, θ, 562. ἀὴρ γὰρ περὶ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν, οὐδὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε, ι, 144, ubi igitur nox naturalis describitur. sicut et loco ex θ, citato: nam Phæaces noctu transportarunt Ulyssem. περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν Παλλὰς, ν, 189, i. e. mane erat, et agnitio terræ suæ patriæ impediebatur crepusculo, et re inexspectatâ. et 352, θεὰ σκέδασε ἠέρα, εἴσατο δὲ χθὼν, diluxit tandem liquido, et ipse satis colligens se, agnovit terram suam. Vide αἰθήρ.

ἀήσυλος, ου. ὁ ἡ. (Κύω) idem quod αἴσυλος, abjecto iota, et interserto η, quale et in ὑπερήφανος, pro ὑπέρφανος, est insertum. σὺ ἔτικες ἄφρονα κούρην, οὐλομένην, ᾗτε αἰὲν ἀήσυλα ἔργα μέμηλεν, Ε, 876, cui semper injusta facta curæ sunt; inquit Mars de Minerva ad Jovem.

ἀήσυρον, vide sub ἌΩ, prope finem.

ἀήτης, ου. ὁ. (Ἄω) flatus, *das blasen, (the blowing.)* ἡ πνοή. ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης ἱστίῳ ἐμβρέμεται, Ο, 626. ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας, δ, 567. ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται, adspirent venti, ι, 139. ἀργαλέων ἀνέμων ἀήτας, Ξ, 254, ubi quidem possit esse ab ἡ ἀήτη, quæ quoque dorice in usu est: sed masculinum ὁ ἀήτης magis est in usu.

ἄητος, ου. ὁ ἡ. (Ἄω) ventosus, *windig, (windy)* it. impetuosus, *heftig und schnell, (impetuous,)* πολὺς καὶ γοργὸς, κατὰ ἄνεμον. θάρσος ἄητον ἔχουσα, audaciam vento impetuoso similem habens, Φ, 395, ab ἄω et ἄημι, i. e. πνέω, it. προθυμοῦμαι, ut Latini dicunt, quæ spirat amores. sic h. l. quæ spirat audaciam.

αθ, syllaba epenth. vide sub ΕἼΚΩ ad initium.

ἀθάνατος, ου. ὁ ἡ. (Τῶ) immortalis, *unsterblich, (immortal.)* et ionice in fœminino, ἡ ἀθανάτη. ἀθάνατοι, absolute positi, sunt dii, Α, 503, μετὰ ἀθανάτοις, inter et apud deos. ἔρδομεν ἀθανάτοις ἑκατόμβας, Β, 306. et 814, ubi ἀθάνατοι aliter nominant rem quam ἄνδρες. φίλος γένετο ἀθανάτοισιν, Ω, 61. ἐπιείκελος, Α, 265. Δ, 394. Λ, 60. ο, 415. φ, 14, 37. δέμας ὁμοῖος, θ, 14. ψ, 163. γ, 468. εἶδος (formam quod attinet) ἀλίγκιος, *ähnlich den unsterblichen, (like the immortals,)* θ, 174. οὐκ ἔοικα, non similis sum iis, η, 209. κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, de Jove, Α, 530. sic, ἐκ κράατος, Ξ, 177. θεοὶ μάκαρες ἀθάνατοι οὐκ ἐλάθοντό σου, non obliti erant tui in periculo mortis, Δ, 128, cum ipsi sunt expertes mortis: et apta ibi ista epitheta, nam de averruncanda morte sermo est. μάκαρ et ἀθάνατος est fere idem, fato gravi nulli obnoxius nec moriendi necessitati. οὐ φῦλον ὁμοῖον ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων (humi repentium) τ' ἀνθρώπων, Ε, 442. ἀθάνατος Ζεὺς, Β, 741. Ξ, 434. Φ, 2. ἀθάνατοι καλέονται, i. e. εἰσὶ, Ε, 342. τὶς ἀθανάτων, aliquis deus, Ε, 185. Ζ, 128. Σ, 186. η, 199. ο, 35. ψ, 63. υἷες, Π, 449. ἀθάνατος καὶ ἀγήραος, immortalis et non senescens, quod utrumque junctum esse debet, alias esset ἡ ἀθανασία maximum malorum, Θ, 539. Μ, 323. Ρ, 444. ε, 218, 136. η, 94, 257. ψ, 336. μετὰ ἀθανάτοις ἀνάσσεις, deorum rector es, Σ, 366, de Jove. sic, Μ, 242, ἀνάσσει. μεταπρεπέα ἀθανάτοις, Σ, 370, i. e. ἐν τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐκπρεπέα. οὐ δηναιὸς, ὃς ἀθανάτοισι μάχοιτο, non diuturnus est, qui contra deos pugnare audeat, Ε, 407. sic, καὶ μαχοίμην, Υ, 367, vel contra eos pugnarem. ἵνα ἠὼς ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι, Α, 2. Τ, 2. ε, 2. et γ, 2, φαείνῃ, ubi τὰ ἀθάνατα sunt corpora mundana, quæ non mutantur. sic et, ἠὼς, Ζηνὶ φόως ἐρέουσα (indicans) καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι, Β, 49, ubi Ζεὺς est aër, æther; et reliqui ἀθάνατοι sunt corpora mundana et ejusmodi vires. ποσὶν ὑπ' ἀθανάτοις, Ν, 19. δαμνᾷ (superat) ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς, Ξ, 199. ἀθανάτοις χόλος, ira Jovis contra deos, Ο, 121, ubi est dativus incommodi. ἔργα ἀθανάτων, Τ, 22, ἀμίμητα scilicet. ἵνα ἀθανάτοισι μετείη, Υ, 235. ο, 251, ut interesset iis. κρατέουσι ἀνδράσι τε καὶ, π, 265, Jupiter et Minerva, i. e. majestas et sapientia. ῥέζουσι ἑκατόμβας τοῖς, Ψ, 207. et 546, ὤφελεν εὔχεσθαι, debebat vota facere diis. et 788, ἀθάνατοι τιμῶσι παλαιοτέρους ἀνθρώπους. ἄριστοι ἀθανάτων, Υ, 123. ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτοὺς ἀγαπάζειν, Ω, 464. et 426, δῶρα διδοῦναι τοῖς. ἵπποις ἀθανάτοις, Π, 154. Ψ, 277, qui re

vera sunt mares non castrati, qui gignunt posteros. cæterum apparet, ἀθάνατον non semper notare deum, siquidem equi Achillis finguntur immortales. ἀθάνατος Πρωτεὺς, δ, 385. πὲρ ἐπελθὼν, ε, 73. et 209, εἴης. ὡς, ζ, 309. ἀθάνατον κακὸν, μ, 118, i. e. δαίμων κακοποιὸς, καὶ μὴ πεφυκὼς θανεῖν. ἀθάνατοι βάλλουσι ἐν θυμῷ, pro ἐμβάλλουσι, *eingeben, (inspire,)* α, 201. αὐτῷ ἤδη ἐφράσαντο θάνατον, γ, 242. δόμοι, δ, 79. et 564, πέμψουσι. ἔδοσάν μοι οὖρον, ρ, 149. ἑκάστῳ μοῖραν ἔθηκαν θνητοῖς, pro ἑκάστῳ θνητῶν, τ, 593. τεύξουσιν ἀοιδὴν, ω, 197. ὤλεσαν ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε, σ, 251. τ, 125, dii perdiderunt mihi meam præstantiam quam habebam præ multis fœminis, formam nimirum, et habitudinem corporis. ἀθανάτων ὁδὸς, ν, 112. ἀέκητι, ω, 443. ἀθανάτοις ἔλειβον, β, 432. πεποιθότες, ι, 107. ἀπειλήτην, minabantur ambo diis, λ, 312. ῥέξομεν, μ, 344. μελήσει, curæ erit diis, ρ, 601. ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, δ, 378, peccasse in deos. ἀθανάτη μήτηρ, Κ, 404. Ρ, 78. Κίρκη, μ, 302. ἀθανάτην αἰγίδα, Β, 447. θεὸν, α, 420. ἀθανάτῃσι θεῇσι, Γ, 158. Η, 32. ε, 213, οὐκ ἔοικεν θνητὰς (γυναῖκας) ἀθανάτῃσι δέμας καὶ εἶδος ἐρίζειν. sic de virgine pulcerrima, ἀθανάτῃσι φυὴν (statura, *an wuchs,*) *(in stature)* καὶ εἶδος ὁμοίη, ζ, 16. σὺν ἀθανάτῃσι ἁλίῃσι, cum deabus marinis, ω, 47, ubi τὰς Νηρηΐδας sic vocat. cæterum Iones sæpe fœmininum formant, ubi Attici habent genus commune, e. c. εὐποιήτη, εὐξέστη, ἀσβέστη, etc.

ἄθαπτος, ου. ὁ ἡ. (Ἅπω) insepultus, non combustus. κεῖται νέκυς, ἄκλαυστος, ἄθαπτος, Χ, 386, coll. Ψ, 52, s. et 76. quo loco simul infelicitas ἀθάπτου apud inferos describitur. σῶμα ἄκλαυστον ἄθαπτον, λ, 54, coll. 72, 74. et combusti ossibus superingerebatur tumulus insignis, ut l. c. apparet.

ἀθεεί, (Θάω) adverb. sine Deo. οὐκ ἀθεεὶ ὅδε ἀνὴρ ἐς δῶμα ἵκει, σ, 352. i. e. ἵκει κατά τι θεῖον, divino consilio et jussu.

ἀθεμίστιος, ου. ὁ ἡ. (Θέω) nefarius, injustus. ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ᾔδη, ι, 189, de Polyphemo. ut ergo ἀθέμιστος et ἀθεμίστια εἰδὼς differant. et 428. Κύκλωψ, ἀθεμίστια εἰδώς. nam reliqui Cyclopes, etsi nullo civili vinculo juncti invicem, erant tamen εὐσεβεῖς, sed hic unus simul erat ἄδικος. sic υ, 287, ἦν δέ τις ἐν μνηστῆρσιν ἀνὴρ ἀθεμίστια εἰδὼς, et hæc phrasis signat eum, qui data opera callet nefaria agere. μή τις πάμπαν ἀνὴρ ἀθεμίστιος εἴη, σ, 140, ne omnino quis sit homo nefarius, et jura humana respuens. nomen proprium ὁ Θεμίστιος est ab hac forma.

ἀθέμιστος, ου. ὁ ἡ. (Θέω) sine jure sociali, ὁ θέμιν μὴ εἰδώς. est vox media, ut ex exemplis apparebit. nam I, 63, ἀθέμιστος, est, qui jura socialia frangit et despicit, *ein geseeloser storer der menschlichen gesellschaft, (a despiser of laws, disturber of civilized society;)* vel et: qui partem in civitate nullam habet, qui civili jure non fruitur. sic et ρ, 363, γνοίη τ' οἵ τινές εἰσιν ἐναίσιμοι, οἵ τ' ἀθέμιστοι, contemtores omnis boni moris humani. et vides ibi opposita. sed ι, 106, seqq. Κυκλώπων ἐς γαῖαν ἀθεμίστων, posita vox est, ut sequentia ostendunt, οὐκ ἐφ' ὕβρει, sed ἐν ἱστορίας εἴδει, ὡς τῶν Κυκλώπων μήτε νόμους μήτε ἔθη κοινὰ ἐχόντων, μηδὲ στοχαζομένων τοῦ κοινῇ συμφέροντος, διὰ τὸ μηδὲ κοινῇ πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν οἰκοκρατεῖσθαι, ubi quisque pater familias est princeps domus suæ, cum aliis patribus familias autem in nullo communi nexu illigatus est. ergo duplex est τὸ ἀθέμιστον: unum, si adsunt communes leges et instituta, sed contemnuntur; alterum, si nullæ adsunt leges positivæ, ubi θέμις sua fora et jura non exercet, et ubi vivitur in statu mere naturali et libero. nam Themis respicit jus civile, est φυλακτικὴ δικαίου πολιτικοῦ maxime. tales Cyclopes fuere fortasse primi Patriarchæ, qui in compositam civitatem nondum coierant, sed quisque suam regebat domum, de aliis non sollicitus. conf. Κύκλωψ, in R. recentiores dicunt ἀθέμιτος. Vide sub ἐναίσιμος et ἀφρήτωρ.

ἀθερίζω, f. ίσω. (Θέρω) negligo, vilipendo, non curo. est ab ὁ ἀθὴρ, έρος, arista, quæ in specie et eas aristas vel partes earum notat, quæ post factam triturationem remanent, et ab agricola a reliquo frumento averruntur et inter paleas referuntur; *die ahren, die der drescher abahret, (the ears from which the husbandman has threshed the corn.)* etiam, quæ in agro neglectæ relinquuntur: culmus siccus. hinc et ὁ ἀνθέριξ, ικος, stramentum cum arista sua: et ἡ ἀθερίνη, piscis vilis. quatenus ἀνθέριξ in bono sensu ponitur, notat spicam in culmo suo maturam, quæ mox potest θερίζεσθαι. ἀθερίζω vero est, ἐξουθενόω, ἀποῤῥιπτέω. οὔ ποτέ με οἵγ' ἀθέριζον, pro ἠθέριζον, Α, 261, nunquam me illi contemserunt. τῶν δ' ἄλλων οὔ τινα ἀναίνομαι οὔτ' ἀθερίζω, Θ, 212, ex quo loco apparet, ἀθερίζειν esse et idem quod ἀναίνεσθαι, recusare, nolle. οὔτε μεγαλίζομαι, οὐδὲ ἀθερίζω, οὐδὲ λίαν ἄγαμαι, ψ, 174, neque effero me, neque contemno te, neque magnopere miror. et vide tres causas ἀποστροφῆς (aversationis) τῆς πρός τινα οἰκειοῦσθαι θέλοντα: nam vel ἐξαθερίζει τὶς τὸν οἰκειούμενον, i. e. ἐξουθενοῖ ὡς μὴ ἄξιον οἰκειώσεως, vel μεγαλίζεται, ὡς μείζων ὢν ἐκείνου, vel ἄγαται, τὴν αἰτίαν ἐννοούμενος τῆς ζητουμένης οἰκειώσεως. conf. π, 203.

ἀθερίνη, vide supra.

ἀθέσφατος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) valde a deo factus et constitutus. nam est cum α intensivo. per usum notat, valde magnus, ingens. ἀθέσφατον ὄμβρον, imbrem ingentem, Γ, 4. Κ, 6, ubi, magis augendi vel explicandi causa additur, πολύν. θάλασσαν ἀθέσφατον ὦρινε, η, 273, commovit mare magnum. ἀθέσφατος οἶνος, valde multum vinum, λ, 61. sic, σῖτος, ν, 244. νὺξ ἥδε μάλα μακρὴ ἀθέσφατος, λ, 372, erat enim præcipite autumno. sic, νύκτες αἵδε, ο, 391. i. e. μάλα μακραί. βόες γίνονται ἀθέσφατοι, armenta valde augentur numero, υ, 211.

ἀθὴρ, έρος. ὁ. (Θέρω) arista. notat vallos illos in spicis, *die [illegible], (the beard at the top*

of the ears of corn,) qui maxime in hordeo, deinde et in aliis frumentis, eminent in spica. ductum nomen est ab ariditate, quando maturuit frumentum: nihil enim tunc siccius illis est. ut ergo recte a θέρω, cum α intensivo, nomen deducatur. Vide sequens.

ἀθηρηλοιγὸς, οῦ. ὁ. (Λέγω) ob metrum pro ἀθερηλοιγός. ventilabrum, *eine wurfschaufel, (a fan for winnowing corn,)* ὁ τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικός. ab ὁ ἀθὴρ, έρος, arista, i. e. τὸ τοῦ στάχυος λεπτότατον ἄκρον, ὅ, δίκην αἰχμῆς, προβέβληται κατὰ (contra) τῶν ἀφανίζειν θελόντων σπερματολόγων ὀρνέων, *die achel oben an der ähre, (the beard at the top of the ear.)* quæ defendit frumenta stantia contra aviculas: et ὁ λοιγός. idem Sophocles dixit τὸ ἀθηρόβρωτον ὄργανον, *die acheln verzerend, (consuming the beards.)* nam ἐν τῷ λικμᾶσθαι, σῖτος μὲν ἀποτίθεται, καὶ ἄχυρον τημελεῖται, (curatur, adservatur.) ἀθέρες δὲ οὐδαμοῦ εἰσὶν, ἅτε (utpote) λεπτυνθέντες, καὶ ῥιπισθέντες ἀνέμοις. dicitur idem et τὸ πτύον. etiam κώπη, et πλάτη, quæ est vel θαλασσία, remus; vel χερσαία, *spatha, eine schüppe, (a shovel.)* et quia homo mediterraneus, maritimarum rerum ignarus, ventilabri solius figuram agnoscit, non vero remi: hinc apud eum oriri potest permutatio nominis. vide λ, 127, coll. 124, 128. et ψ, 275. nam Ulysses jussus erat remum in humero portare; et hunc homo mediterraneus vocat ἀθηρηλοιγὸν, quia uterque dicebatur ἡ πλάτη, et θαλασσία erat ἐρετμὸς, χερσαία vero πτύον. sic explicant veteres constanter, et ex contextu, hunc locum. sed recentiores ex ingenio aliam quoque commenti sunt explicationem. dicunt enim sic: ἡ ἀθήρη, dorice ἁ ἀθάρα, est ἡ ἑψημένη σεμίδαλις, *ein mehlbrey den man kochet, (boiled flour:)* unde est ὁ ἀθηρηλοιγὸς, instrumentum, quo farina inter coquendum subigitur et circummovetur, *eine rührkelle, (a stirrer,)* quæ et ἡ δοίδυξ, υκος, et ἡ τορύνη, dicitur, et ἡ κώταλις, τὸ τῆς ἀθήρης κίνητρον. ut ergo ἀστείως ὁ ἠπειρώτης ἐκφλυαρίζῃ τὴν κώπην ἢ τὸν ἐρετμὸν, τῇ πρὸς τορύνην ἢ δοίδυκα ὁμοιότητι. non per se quidem inepta est hæc explicatio; ex recentiorum tamen loquendi usu petita, atque hinc Homero non adfingenda. cæterum fieri quoque potuit, ut ludens tantum mediterraneus denominationem rei commutaverit, quemadmodum aliquis τῶν εὐτραπέλων, gladio accinctos dixit, οἰακίζεσθαι τῇ σπάθῃ αὐτοὺς, remo munitos esse ad posteriorem sui partem per gladium, velut naves: quanquam ne id quidem per contextum liceat fingere. figura autem remi et πτύου ex hoc apparet: utrumque instrumentum inferiori parte fuisse latum, sed planum, non vero excavatum, ad formam nostrarum spatharum. præterea hoc quoque notandum, etiam τοὺς ἀγεννεῖς ἀστάχυας, οὓς οὐκ ἔστι θερίζειν, vocatos esse ἀθέρας: quod tamen ad h. l. nihil facit.

ἀθηρόβρωτος, vide supra.

ἀθλέω, f. ήσω. ("Ελω) certo. it. conflictor laboribus et infortunio. ἀθλήσαντε, nos duo laboribus exerciti, H, 453, κακοπαθήσαντες. nam ὁ ἆθλος sæpe et τὸν μὴ ἐθελητὸν κόπον σημαίνει. καί περ πολλὰ ἀθλήσαντα, O, 30, multis licet malis exercitum: possit tamen et esse, νικήσαντα μάχην κρατεράν. Vide ἀεθλεύω.

ἀθλητὴρ, ῆρος. ὁ. ("Ελω) certans ... certamine. οὐδ' ἀθλητῆρι ἔοικας, non videris similis certatori et callenti certamina, θ, 164.

ἄθλιον, ἄθλιος, ἀθλιότης, vide sub ἀέθλιον, prope finem.

ἀθλοθετέω, vide sub ἄεθλος, prope medium.

ἆθλος, contract. pro ἄεθλος, quod confer.

ἀθλοφόρος, vide ἀεθλοφόρος.

ἀθρέω, f. ήσω. ("Ορω) attente specto, ἄγαν βλέπω, περισκοπέω καὶ μετ' ἐπιτάσεως ὁράω. est indidem a δράω vel δρέω, i. e. βλέπω, a quo erat δέρκω: cum α intensivo, et mutato δ in θ. Attici scribebant et cum spiritu aspero, ἁθρέω. ὅτε ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε, quando intentis oculis prospiceret in campum Troicum, K, 11. μή τις αὐτὸν βλήμενον ἀθρήσειε, ne quis eum vulneratum esse conspiceret, M, 391. εἴ τις νῶϊ εὕδοντε ἀθρήσειε, si quis nos ambos concumbentes conspiceret, Ξ, 334, curioso nos oculo lustrans et observans. οὐδέ πῃ ἀθρῆσαι ἐδυνάμην, neque conspicere Scyllam poteram, etsi accurate circumspiciens, μ, 232. ἣδε οὔτε ἀθρῆσαι δύνατο ἄντίη, οὔτε νοῆσαι, τ, 478, ea vero id nec conspicere nec animadvertere poterat: et utrumque est idem. notat ergo, cum apprehensione et consideratione videre. Vide sub 'Αθήνη in R.

ἀθρήνητος, vide νώνυμνος.

ἀθροίζω, vide ἀθρόος.

ἄθροισις, vide sub ἀγὼν, conventus.

ἄθροισμα, vide ibidem.

ἀθρόος, όα, όον. (Θρέω) et per contractionem ἄθρους (non vero ἀθροῦς) ἄθρη, ἄθρουν. confertus, densus; cum magna manu comitantium, condensatus. it. continuus, continuatus. est ab α copulativo, et ὁ θρόος, tumultus et clamor congregatorum multorum; et prisci Attici scribebant ἁθρόος, quia α copulativum, ab ἅμα ortum, amat asperum. Sed recentiores Attici hanc adspirationem, ob sequens θ, sustulerunt. ἄθροος vero, προπαροξυτόνως, est, sine tumultu prævio, subitus, ἄνευ θρόου, ἀθόρυβος, per α privativum. ἡμεῖς δ' ἀθρόοι ὧδε κατὰ στρατὸν ἴομεν, nosque, conferti et omnes simul sic per exercitum eamus, B, 439, inquiunt principes circa Agamemnonem congregati. sic dicitur, ἀθρόους ἐπελθὼν ὁ στρατηγὸς, quando accedit σὺν ὅλῳ τῷ στρατεύματι, καὶ συνηθροισμένος. ergo ἀθρόοι l. c. sunt ὁμοῦ πάντες. κίον ἀθρόοι, ibant simul, Ξ, 38, coll. 29. ubi vides, fuisse tres una euntes. ἔμειναν ἀθρόοι, οὐδ' ἐσκεδάσθησαν, O, 657, manebant ibi congregati suis ordinibus, nec dilabebantur, συνηγμένοι ὁμοῦ. λαοὶ δ' εἰν ἀγορῇ ἔσαν ἀθρόοι, Σ, 497, populus in foro erat frequens. ἀθρόοι ὁρμηθέντες, omnes simul impetum

facientes, Τ, 236. οἱ μὲν ἄρα Ζεφύροιο δυσαέος ἀθρόοι ἔνδον, εἰλαπίνην δαίνυντο, Ψ, 200, hi igitur (venti personificati) in domo, graviter spirantis Zephyri convivium celebrabant frequentes et congregati, συνηγμένοι. νῦν δ' ἀθρόα πάντα ἀποτίσεις κήδεα ἐμῶν ἑτάρων, Χ, 271. et nunc simul *auf einmal mit einander, (all together.)* omnes lues calamitates meorum amicorum. θεοὶ Ζηνὸς ἐν μεγάροις ἀθρόοι ἦσαν, α, 27. περὶ δὲ ἐσθλοὶ ἑταῖροι ἀθρόοι ἠγερέθοντο, una congregabantur, β, 392. ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες, γ, 34. αὐτοὶ δ' εἰς ἀγορὴν κίον, in forum ibant omnes simul, π, 361. ἐκέχυντο ἀθρόοι ἐν μεγάροις, τ, 540, de anseribus, quos omnes aquila interfecerat. ἐπέχωμεν αὐτῷ πάντες, χ, 76, contra eum omnes uno grege tendamus. οἱ μὲν δὴ πάντες ἐπὶ αὐλείαις θύραις ἀθρόοι, ψ, 50, de occisis procis, omnibus jacentibus ad fores exteriores domus sub porticu. εἰς ἀγορὴν κίον, ω, 419. et 463. τοὶ δ' ἀθρόοι αὐτόθι μεῖναν, conferti illic manebant, et exspectabant impetum hostium excepturi. et 467, ἠγερέθοντο πρὸ ἄστεος. φῶκαι ἀθρόαι εὕδουσι, δ, 405. ἔνθα ἄλλαι νῆες ἔμενον ἀθρόαι, ι, 544, νῦν δ' ἀθρόα πάντα ἀπέτισε, nunc omnia una vice simul luit, α, 43, et conf. πάντα. πάντα (ἤια, viatica) γὰρ ἤδη ἀθρόα ἐν μεγάρῳ, β, 411, coll. 356, τὰ δὲ ἀθρόα πάντα τετύχθω, ea omnia parata et collata sunto in unum locum. τὰ μὲν παρὰ πυθμένα ἐλαίης ἀθρόα θῆκαν ἐκτὸς ὁδοῦ, ν, 122, coll. 372. apud alios est ἀθρόος subitus, improvisus, e. c. Theocr. Id. 13, 50, 51, κατήριπεν ἐς ὕδωρ ἀθρόος, ὡς ὅτε ἀπ' οὐρανοῦ ἤριπεν ἀστὴρ ἀθρόος ἐς πόντον, decidit in aquam improviso et celeriter totus, sicut quum e cœlo cadit stella subita in mare; ut sit idem quod ἐξαίφνης, et ut Germani dicunt, *auf einmal, mit einemmale, (at once.)* ἀθροίζω, f. σω, confertim congrego, coacervo. ζυγωθρίζω f. σω, in libram congrego et pensito, expendo in summa: ab ὁ ζυγὸς, libra, Aristoph. Nub. 743.

ἄθροος, vide supra.

ἄθυμος, ου. ὁ ἡ. (Θέω) tristis, animum despondens, *muthlos, (heartless, desponding.)* ἄθυμοι, κ, 463, i. e. μὴ εὔθυμοι, οἷς οὐδέποτε θυμὸς ἐν εὐφροσύναις.

ἄθυρμα, ατος. τό. (Θέω) lusus puerilis; quod puer facit per lusum, et quo lusitans delectatur. *kinderspiel, (child's play.)* παῖς ποιεῖ ἀθύρματα νηπιέαις, Ο, 363, facit ludens quædam opera ex infantili simplicitate, e. c. si murum aut vallum ædificat ex arena, etc. deinde etiam sic vocantur omnia ea opera, quibus carere possumus, et quibus delectantur leves animi; *spielewerke, schöne bunte sachen, (play-things, toys.)* sic Eumæus severus vocat omnes elegantias minutulas, quibus fœminæ gaudent, ο, 415, μυρία ἄγοντες ἀθύρματα νηΐ, mercatores, advehentes navi innumera ludicra, κόσμια, φύσει μὲν ἀθύρματα ὄντα, ταῖς μέν τοι γυναιξὶ σπουδαῖα, quale est ille χρύσεος ὅρμος, 459, seqq. sic et σ, 322, ἐδίδου δὲ ἀθύρματα θυμῷ, ubi sermo est de puellula formosa, quæ delicate educatur, et accipit varia oblectamenta ex animi puellaris sententia et appetitu; παίγνια, σκιρτήματα, sivit eam lusitare, dabatque varia ludicra. σκαλαθύρειν est fossionem lusitare, a σκάλλω, fodio. Aristoph. Eccl. 607. et hinc τὸ σκαλάθυρμα est fossio per lusum puerilem, i. e. res inanis et puerilis. Aristoph. Nub. 630, ubi deminut. τὸ σκαλαθυρμάτιον, *ein kinderspiel, (child's play,)* i. e. res levis et nullius momenti, proverbialiter.

ἀθυρόγλωσσος, vide sub ἀθύρω, γλῶσσα, et στῆθος.

ἀθύρω, f. υρῶ. (Θέω) circumcurro lusitans, actuosus sum pueriliter. nam proprie de pueris hoc verbum dicitur. ab α intensivo, et θύω, feror cum impetu aliquo, cursito; interserto ρ, ut pro ἄϊδις, ab εἴδω, scio, est ὁ ἄϊδρις. est ergo, ago pueriliter sine consilio ulteriori. ἄγαν θύω, i. e. ὁρμῶ. possis et dicere, ἀθύρειν notare στέρησιν θύρας τῆς κατὰ νοῦν: unde ἀθυρόγλωσσος dicitur, qui linguam non cohibet. significat ergo τὸ, ἀνετῶ (laxa, dissoluta) βαίνειν, ἐκτρέχοντα (si quis evagatur) τοῦ καθήκοντος, ὡς οἷα παρὰ θύρας, ὅ φασιν, ἥκοντα, ἤ, μὴ εἰδότα θύραν, quod vulgaris usus vocat ἐκθυρίζειν, cui opponitur ἔσω κιγκλίδων μένειν καὶ θύραν ἐποχῆς εἰδέναι. παῖς ἀθύρων, puer lusitans et inquietus, nullo consilio agens quæ agit, Ο, 364, coll. 363.

ἀθῷος, ἄθῳος, ἄθωος, vide sub θωή.

ΑἼ. est particula θρηνητικὴ, εὐκτικὴ, μεμπτικὴ, δυσφορικὴ, qua luctum aliquem, votum, vituperationem, ægrimoniam, testamur. *ey! o!* et, si optat, regit optativum. αἲ γὰρ δὴ οὕτως εἴη, utinam vero sic esset, Δ, 189. et 288, s. αἲ γὰρ, Ζεῦ πάτερ, τοῖος πᾶσιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γένοιτο, utinam, O Jupiter, talis animus in pectore omnibus esset! sic Β, 371, s. utinam sane. sic et Η, 132, s. αἲ γὰρ, Ζεῦ, ἡβῷμι, utinam, O Jupiter, juvenis essem! εἴθε ἀκμάζοιμι! collato 157. αἲ γὰρ ἐγὼν ὣς εἴην ἀθάνατος, ὡς τοῦτο ἔσται, utinam ego sic essem immortalis, ut id erit, Θ, 538, seqq. est formula optantis simulque confirmantis aliquid; et sensus est: tam certum est, hoc futurum, ut optandum mihi sit, ut eadem certitudine ego talis vel talis fieri possim. sic et Ν, 825, seqq. et Σ, 464, seqq. similis conditionalis precatio et certa affirmatio est ι, 523—525, αἲ γὰρ δυναίμην τοῦτο ποιῆσαι, ὡς ἐκεῖνο οὐκ ἔσται. et ρ, 251—253, utinam Telemachus ita pereat, ut Ulysses jam periit. atqui hoc posterius factum non est; ergo et prius ne fiat. nam sic invertebat ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς tacitus hanc imprecationem; et est hoc exemplum φήμης, i. e. augurii ex vocibus hominum. αἲ γὰρ δὴ ὧδε ἐλάσαιντο ἵππους, Κ, 536, s. utinam sic adigerent equos, coll. 535. αἲ γὰρ, Ζεῦ, μήτε τὶς Τρώων φύγοι θάνατον, μήτε τὶς Ἀργείων, utinam, O Jupiter, Π, 97, seqq. αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο, pro ἀπογένοιτο, absit procul ab aure, Σ, 272. sic Χ, 454, αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμοῦ ἔπος: i. e. εἴθε μὴ ἀκούσαιμι, ἀλλὰ πόρρω εἴη τῆς ἐμῆς ἀκοῆς. conf. οὖας. αἰ δ' ἄγε δεῦρο, Ψ, 581, ubi id αἰ simpliciter est

pro εἰ, dorice, i. e. ἐὰν θέλῃς, si placet, si tibi videtur, accede huc. de qua formulâ vide εἰ. αἲ γὰρ δὴ, βασίλεια, τόδε πλεῖστον κακὸν εἴη, utinam hoc, O regina, maximum malum esset! δ, 697. αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις εἴη, ζ, 244. αἲ γὰρ τοῦτο γένοιτο, ἄναξ, θ, 339, utinam istud esset, O rex. αἲ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τετελεσμένον εἴη, utinam hoc verbum, O hospes, verum fieret, ο, 535, ρ, 163. τ, 309. αἲ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τελέσειε Κρονίων, υ, 236. Ζεῦ πάτερ αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ, φ, 200, αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω νέος εἴην, π, 99, utinam ego sic juvenis essem! αἲ γὰρ δή ποτε, τέκνον, ἐπιφροσύνας ἀνέλοιο, τ, 22, utinam tandem, fili, providentiam susciperes in te. αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον, τοῖος ἐὼν — η, 311, seqq. δ, 341, seqq. ρ, 132, seqq. ω, 375, s. αἲ γὰρ ἐμοὶ τοσσήνδε θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν, utinam mihi dii tantum virium darent, γ, 205, αἲ γὰρ ἐγὼν ὣς Ὀδυσσεῖ εἴποιμι, utinam ego sic Ulyssi narrare possim! ο, 156, s. αἲ γὰρ, Ζεῦ, οὕτω νῦν μνηστῆρες νεύοιεν κεφαλὰς δεδμημένοι, ὡς νῦν Ἶρος, σ, 234, seqq. αἲ γὰρ δὴ, Εὔμαιε, θεοὶ τίσαιντο λώβην, υ, 169, αἲ γὰρ πάντων τόσον φέρτερος εἴην, utinam tantum omnibus fortior essem, φ, 372. et 402, αἲ γὰρ δὴ τοσοῦτον ὀνήσιος ἀντιάσειεν (i. e. ὄναιτο) ὡς οὗτός ποτε τοῦτο δυνήσεται: utinam tantumdem commodi consequatur, ut hic hoc poterit: at poterit: ergo consequetur. et hæc quoque est φήμη, ut supra diximus. αἲ γάρ πως αὐτόν με — ὣς οὔκ ἐστι — Χ, 346, seqq. ubi optat, ut sibi veniat talis ὄρεξις. conf. πῶς. ergo in poëta semper optative exstat. et conf. εἰ. ab hac particulâ αἲ est verbum αἰάζω, lugeo. quod veteres τὸ αι pronuntiarint pæne ut ε, vide in R. Et sub φήμη.

αι pro ο, vide sub μεσαιπόλιος.

αἶα, ας. ἡ. (Γάω) est eadem quæ γαῖα. ἀπόλοντο φίλης ἄπο πατρίδος αἴης, Β, 162. τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα, Γ, 243, i. e. mortui erant. μνήσονται πατρίδος αἴης, Δ, 172. τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης, Λ, 816, Π, 539. ἐπὶ Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν, Ν, 4. ἑκὰς ἥμεθα πατρίδος αἴης, Ο, 740. ἕστηκε ξύλον αὖον ὅσον τ' ὄργυιά ὑπὲρ αἴης, Ψ, 327. et 742, κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν πολλόν. ἠὼς δὲ ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν, Ω, 695. ἧς ἱμείρεται αἴης, suam desiderabit terram, α, 41, *sein land, (his land,)* nam sermo ibi de regis filio. et 75, πλάζει δ' ἀπὸ πατρίδος αἴης. et 203, οὔτι ἔτι δηρόν γε φίλης ἄπο. χαίρων ἐπεβήσετο πατρίδος αἴης, δ, 521. ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης, κ, 236. τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα, λ, 300. τὴν τηλοῦ φασὶν Ἀχαιΐδος ἔμμεναι αἴης, ν, 249. ἀνδρὸς, ὃν οὐκ ἔτι φημὶ φίλων καὶ πατρίδος αἴης δηρὸν ἀπέσσεσθαι, σ, 144. ἀλκῇ τ' ἠνορέῃ τε κεκάσμεθα πᾶσαν ἐπ' αἶαν, ω, 508. Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἴη, Β, 850, ubi est locus vexatus: nam quidam leg. αἴῃ, quidam αἴη, quidam αἴης, quidam αἶαν, et multi habent pro nomine proprio fontis, qui καθαρώτατον ὕδωρ emittit in fluvium Axium, prope urbem Ἀμυδῶνα. conf. Strabonem in fine L. VII. in excerptis; ubi dicitur sic legi et explicari debere: Ἀξιοῦ (a nominativo ὁ Ἀξιὸς), ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἴης, additque, non Axium habere pulcerrimam aquam, sed infundi ei talem ex fonte Æa. Sed conf. Φ, 158, ubi poëta dicit, Ἀξίου, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ἐπὶ γαῖαν ἵησιν, ubi vides explicatam mentem poëtæ ab ipso: simulque vides, quid boni in explicando scriptore afferant concordantiæ. inique igitur l. c. vexatur a quibusdam.

αια terminatio pro η, vide sub καλάμη, et ἀναγκαία.

αἰάζω, vide sub ἄζω.

αἰανὸς, ἡ, ὀν, et αἰανὴς, έος. ὁ ἡ. (Αἲ) cum tristitia et lamentatione ferendus, durus, molestus. *elend, (miserable.)* est ab αἲ αἲ, particula lamentandi.

Αἰγαί, vide sub Αἲξ, prope finem.

αἴθων, ωνος. ὁ ἡ. (Θέω) ardens, ardorem faciens vel habens, sive id proprie sive improprie intelligatur. αἴθωνες ἵπποι, equi quibus splendet cutis a cura, et qui cum ardore multo movent se, animosi, celeres, Β, 839. Μ, 97. αἴθων σίδηρος, chalybs rutilans et splendens, Δ, 485. Η, 473. Υ, 372. α, 184, ἄγω αἴθωνα σίδηρον, ubi quidem ferrum a mercatore advectum est ἀκατέργαστον, sed quod tamen in splendorem præparari potest: et sermo est de ferro illo, quod chalybs dicitur. αἴθων λέων, i. e. ὁ διάπυρος καὶ θερμὸς, impetuosus, plenus ignis animique, Κ, 23, s. 177, Λ, 547. Σ, 161. nam de colore hoc nomen intelligere, frigidum est. αἴθωνας λέβητας, Ι, 123, 265, viginti splendidos lebetas. sic et Τ, 244. δύω αἴθωνας τρίποδας, Ω, 233, τοὺς λάμποντας, ὡς γεγανωμένους. αἴθωνα, μεγάθυμον ταῦρον, Π, 488. ferventem, animosum. αἰετὸς αἴθων, animosa et celeris impetus aquila, Ο, 690. βόες αἴθωνες, μεγάλοι, σ, 371. sic et ἄνθρωπος αἴθων dicitur, impetuosus, fervidus ingenio, ardens. alio sensu dicebatur ὁ Ἐρυσίχθων ille vorax, αἴθων, ab ardente fame, *der heisshungrige, (the voracious,)* de quo et Ovidius Metam. 8, 828, seqq. διὰ τὸ εἶναι βορᾶς ἄπληστος, quia ignis ejus in ventriculo, omnia vorando tamen extingui non poterat. et equus Hectoris, a nobilitate sua, nomine proprio dictus ὁ Αἴθων, Θ, 185.

αἰ̈ pro αἴ, vide sub Ἀχαιϊκὸς in R.

αἰκάλλω, f. αλῶ, (Κλάω) blandior, assentor, palpum facio. ab α intensivo, et κηλέω. Aristoph. Equit. 48, δεσπότην ἤκαλλε, ἐθώπευε, ἐκολάκευε, quæ tria unum fere idemque. et 211, τὰ λόγια αἰκάλλει με, oraculum blanditur mihi. et Thesm. 876, αἰκάλλει τί καρδίαν ἐμὴν, blanditur aliquo modo cordi meo. et hinc

αἰκάλος, ου, ὁ, adsentator. proprie dicitur, quando canis noto alicui blanditur, auribus ad caput reclinatis et cauda mota.

αἴκε, (Αἴ) particula, est pro εἴκε, per Dorismum. si forte, si sane. etsi. *ob etwa, obwol, wenn etwa, (if perchance, if indeed, although.)* si modo, *wenn nur, (if but.)* αἴκεν ἴδῃ, si modo videat, Δ, 98. et 170, αἴκε θάνῃς, si forte moriaris. et 249, ὄφρα ἴδητε, αἴκε ὔμμιν (ὑμῖν) ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων, ut videatis, an vos manu protegat Jupiter. et 353, ἢν (ἐὰν) ἐθέλῃσθα καὶ αἴκεν σοὶ τὰ μεμήλῃ, et si hæc tibi curæ sunt. est ergo sæpe et pro ἐάν. αἴκε θεὸς ἐνθάδε ἵκηται, si forte, ἐάν, Ε, 129. et 260, αἴκεν μοι κῦδος ὀρέξῃ. et 279, αἴκε τύχοιμι, si valeam indipisci, *ob ich treffen kann, (if I can get.)* et 762, αἴκεν Ἄρηα μάχης ἐξαποδίωμαι; si Martem ex pugna fugaverim? sic porro pro ἐάν, Ζ, 50, 94, 96, 260, 281, 309, 443, 526. Η, 118, 173, 243, 375, 387. Θ, 142. et 282, αἴκεν τι φόως Δαναοῖσι γένηαι, an forte lux Danais fieri possis. etiam, ut fortasse fias. 287, 471. et 532, s. εἴσομαι-αἴκεν ὅ με — ἤκεν ἐγὼ τόν. et 535. Δῖ ἀρησόμεθα, αἴκε ἐλεήσῃ, si velit misereri, et ut velit, Ι, 172. 255. et 359, ἢν ἐθέλησθα, καὶ αἴκεν σοὶ τὰ μεμήλῃ. Α, 66, 128, 207, 408, 420. Β, 72. Κ, 55. Λ, 790, 796, 798. coll. 391. 404, 405. Μ, 275. Ν, 236, 260, 743, 829. Ξ, 110, 310. Ο, 213. Π, 41, 725. Ρ, 121, 652, 692. Σ, 91, 143, 180, 199, 213, 278, 306, 457, 601. Τ, 71, 147. Υ, 186, 301, 436. Φ, 293, 437. Χ. 256. Ψ, 82, 413, 543. Ω, 116, 301, pro εἴπως, ὅπως, ut. 357, 592, 687. α, 279, 379. β, 144, 102, 133, 186, 188. γ, 92. δ, 34, 322, 391. ε, 169. η, 314, si quidem. θ, 496. ι, 502, 520. λ, 104, 347. μ, 49, 53, 163, 215. ν, 182, 358. ξ, 118, *ob, (if.)* ο, 311. π, 43, 445. ρ, 51, 60, 230, 549. σ, 82. τ, 147. υ, 233. φ, 213, 305, 314, 348. χ, 7, 167, 252. ψ, 78. ω, 136, 216, 510.

αἴκη, ης. ἡ. (Ἄω) motus, festinatio, accessus celer. τόξων ἀΐκας καὶ ἀκόντων, Ο, 709, arcuum, i. e. sagittarum impetus et jaculorum. est et alius nominativus ejusdem notionis ἡ ἀΐξ, ϊκος: unde et ἡ αἴξ, capra, dicta videri possit.

αἰκής, vide ἀεικής.

αἰκία, vide sub ἀεικίζω.

αἰκίζω, pro ἀεικίζω, quod vide.

αἴκλον, αἶκλον, vide sub νεογιλός.

αἰκῶς, (Εἴδω) adverb. pro ἀεικῶς, turpiter, indigne, misere. σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσι ἀϊκῶς, Χ, 336, inquit Achilles ad Hectorem morientem. trahent et lacerabunt te fœde.

αἴλινος, vide sub Αἶνος in R.

αἷμα, ατος. τό. (Θέω) sanguis. est ab αἴθω, quasi αἴθημα, a forma verbi αἰθέω, et adspiratio

in ϑ latens, post factam syncopen abiit in spiritum asperum primæ syllabæ. nam sanguis motu suo perpetuo calorem corporis continet et facit: certe, etiamsi veteres circularem ejus motum ignorarunt, calorem tamen ejus naturalem noverunt. ἔῤῥεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς, Δ, 140. et 149, μέλαν καταῤῥέον. et 146, μιάνθην αἵματι μηροί: conf. μιαίνω. et 158, οὐ μέν πως ἅλιον πέλει ὅρκιον, αἷμά τε ἀρνῶν. et 218, αἷμα ἐκμυζήσας, sanguinem exsugens ex vulnere. et 451, ῥέε δ' αἵματι γαῖα. sic et Θ, 65. Ο, 715. μιάνθησαν δὲ ἔθειραι αἵματι καὶ κονίαις, Π, 796. παλάσσετο δ' αἵματι θώρηξ, Ε, 100. et 113, αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος. et 208, ἐξ ἀμφοτέροιϊν ἀτρεκὲς αἷμ' ἔσευα βαλών. et 289, αἵματος ἆσαι Ἄρηα. sic et Υ, 78. Χ, 267. ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο, Ε, 339, seqq. et 798, κελαινεφὲς αἷμα ἀπεμόργνυ. et 870, δεῖξεν δ' ἄμβροτον αἷμα καταῤῥέον ἐξ ὠτειλῆς, Mars, vulneratus a Diomede. μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα, Η, 262. et 329, τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐσκέδασεν Ἄρης. αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει ἀμφὶ δουρί, Α, 303. π, 441. διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, Κ, 298, fusum in campo. et 484, ἐρυθαίνετο δ' αἵματι γαῖα. Ζεὺς ἧκεν ἐέρσας αἵματι μυδαλέας, Λ, 54. et 164, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ. et 176, αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει, λέων. sic et Σ, 583. Ρ, 64. αἷμα ἔτι θερμὸν ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς, Λ, 266. et 267, ἐπεὶ τὸ ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα. sic et 847. et 394, ὁ δὲ αἵματι γαῖαν ἐρεύθων πύθεται. et 458, αἷμα δέ οἱ σπασθέντος ἀνέσσυτο. et 459, ἐπεὶ ἴδον αἷμ' Ὀδυσῆος et 477, ὄφρα αἷμα λιαρὸν, sc. ἔνεστι. et 534, αἵματι δ' ἄξων νέρθεν ἅπας πεπάλακτο. (sic et Υ, 499.) et 812, μέλαν κελάρυζε. et 828, ἀπ' αὐτοῦ δ' αἷμα κελαινὸν νίζε ὕδατι λιαρῷ. πάντη δὴ πύργοι καὶ ἐπάλξιες αἵματι φωτῶν ἐῤῥάδατο, Μ, 430. αἷμα νεουτάτου κατέρεε χειρὸς, Ν, 539. et 655, αἷμα μέλαν ἐξέῤῥεε, δεῦε δὲ γαῖαν. sic et Φ, 119, κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσεν, Ξ, 437. αἷμα ἐμέων, vomens, Ο, 11. et 118. κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσι μεθ' (ἐν) αἵματι καὶ κονίησιν. πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινὸν, Π, 159, de lupis. et 162, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος, de iisdem. et 333, πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι. (sic et Υ, 476.) et 349, ἐνέπληθεν δέ οἱ ἄμφω αἵματος ὀφθαλμοί. et 518, οὐδέ μοι αἷμα τερσῆναι δύναται. et 529, τέρσηνε. et 639, οὐ τις αὐτὸν ἔγνω, ἐπεὶ αἵματι καὶ κονίαις εἴλυτο διαμπερές. et 667, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον. αἵματι δὲ δεύοντο κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Ρ, 51. et 86, ἔῤῥει δ' αἷμα κατ' οὐταμένην ὠτειλήν. et 360, αἵματι δὲ χθὼν δεύετο πορφυρέῳ. et 572, λαρὸν δέ οἱ (muscæ) αἷμα ἀνθρώπου. εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοίνεον αἵματι φωτῶν, Σ, 538. ἀλλὰ φόνος τε καὶ αἷμα, μέλει αὐτῷ, Τ, 214. ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ, Φ, 21. et 123, ἰχθύες σὲ αἷμα ὠτειλῆς ἀπολιχμήσονται. et 167, σύτο κελαινεφές. et 325, μορμύρων ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσιν, ποταμός. ἐμὸν αἷμα, πιόντες, Χ, 70, sc, κύνες. πάντη δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔῤῥεεν αἷμα, Ψ, 34. et 697, αἷμα παχὺ πτύοντα. et 717, σμώδιγγες αἵματι φοινικόεσσαι ἀνέδραμον. et 806, ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα, ubi conf. διά. περὶ δ' αἷμα νένιπται, Ω, 419. ergo sanguis in venis, et extra venas effusus, dicitur αἷμα. τῆς δ' ἐπεὶ ἐκ μέλαν αἷμα ῥύη, pro ἐξερύη, γ, 455, e victima. τὸν (μοχλὸν) δ' αἷμα περίῤῥεε θερμὸν ἐόντα, ι, 388. et 397, μοχλὸν πεφυρμένον αἵματι πολλῷ. inferi sunt cupidi sanguinis, eumque gustant, κ, 537, λ, 50, 36, 97, 95, 227, 231, i. e. sunt vitæ corporalis cupidi, mallentque redire in vitam, quæ in sanguine corporis est, et 419, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν, cum Agamemnon occideretur cum suis. sic et χ, 309. ω, 184. αἵματί τ' ἐγκεφάλῳ τε παλαξέμεν ἄσπετον οὖδας, ν, 395, i. e. γῆν. μή σε στῆθος καὶ χείλεα φύρσω αἵματος, σ, 22, conf. φύρω. γαστέρας αἰγῶν, κνίσσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες, ventriculos caprarum adipe et sanguine implentes, σ, 45, et 118, παρέθηκε μεγάλην γαστέρα ἐμπλείην κνίσσης τε καὶ αἵματος, ubi sermo est de specie aliqua farciminum, *magenblutwürste*, (*black-puddings*;) quæ assabantur igne, υ, 25, seqq. ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα, σ, 96, ivit per os ruber sanguis. et 335, φορύξας αἵματι πολλῷ. ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον, incantatione sanguinem cohibuerunt, τ, 457. αἵματι δ' ἐῤῥάδαται τοῖχοι, υ, 354. αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν αἵματος ἀνδρομέου, χ, 19. et 402, αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον Ὀδυσῆα. et 407, νέκυάς τε καὶ ἄσπετον εἴσιδεν αἷμα. Sed per *tropum* αἷμα notat et, majores aut posteros, consanguinitatem, stirpem, semen. τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ τ' αἵματος ἐξ ἐμοῦ εἰσίν, Τ, 105, inquit Jupiter: qui ex meo semine sunt. et 111, τῶν ἀνδρῶν οἳ σῆς ἐξ αἵματος, εἰσὶ γενέθλης. ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι, Ζ, 211. Υ, 241. γαμβρὸς ἢ πενθερὸς, οἵ τε μάλιστα κήδιστοι τελέθουσι, μεθ' αἷμά τε καὶ γένος αὐτῶν, θ, 583. αἵματος εἶς ἀγαθοῖο, ex bona stirpe et semine es, δ, 611, i. e. σπέρματος. sic π, 300, εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι, καὶ αἵματος ἡμετέροιο. cæterum αἵματι πεπαλαγμένος non potest libare, Ζ, 266, seqq. et rem divinam facere. Proverbium est, πρότερον αἷμα ὕσει, de iis quæ fieri nequeunt.

αἱμασιὰ, ᾶς. ἡ. (Θέω) est proprie, sepes ex sentibus acutis. nam est ab αἱμάσσω. deinde per usum etiam, paries ex lapidibus in agro lectis constructus. αἱμασιὰς λέξοντες, ἕρκος εἶναι ἀλωῆς, ω, 223, ubi significantur ἄκανθαι, δι' ὧν αἱμάσσεται χεὶρ, *dornen, einen zaun zu flechten*, (*thorns for forming a fence.*) αἱμασιάς τε λέγων, σ, 358, ubi videntur intelligi λίθοι, χάλικες, quibus coagmentatis fit φραγμός. nam et structuris ex ejusmodi generis lapidibus tribuitur hoc nomen. sic apud Herodot. 1, 180, est αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων, septum ex coctis lateribus. alias τὸ τειχίον ἐκ χαλίκων dicitur θριγκός. conf. λέγων.

αἱματόεις, όεσσα, όεν. (Θέω) cruentus. αἱματόεσσα σμῶδιξ, Β. 267, *mit blut unterlaufen*, (*dripping with blood.*) αἱματόεσσα χεὶρ, Ε, 82, manus cruentata. αἱματόεις βρότος, Η, 425, Ξ, 7. Σ, 345. Ψ, 41. αἱματόεντα ἤματα, i. e. τὰ ἐν τῷ φιλαιμάτῳ πολέμῳ, Ι, 526. αἱματόεις πό-

λεμος, pugna cruenta, I, 646. T, 313. *αἱματόεσσα κόνις*, N, 393. Π, 486. *ἔντεα αἱματόεντα*, N, 640. et 617, *ὄσσε αἱματόεντε*, oculi sanguine fœdati: ubi alii scribunt *αἱματόεντα*, pluralem adjectivi jungentes duali substantivi, non omnino insolenter. *αἱματόεις ἐγκέφαλος*, i. e. *ὃς ἐκράθη αἵματι*, P, 297. et 541, *αἱματόεις χεῖρας καὶ πόδας*. *αἱματόεσσαι ψιάδες*, cruentæ guttæ, Π, 459, i. e. *αἱματηραὶ, ὕφαιμοι*. et 841, *αἱματόεις χιτών*. *τεύχεα αἱματόεντα*, X, 369. *αἱματόεντα παρήϊα*, genæ cruore oblitæ, χ, 405.

αἱμοφόρυκτος, *ου. ὁ ἡ.* (Φέρω) sanguine permixtus, sanguine oppletus, *αἱμοβαφής*. est per syncopen ex *αἱματοφόρυκτος*: nam ex solo *αἷμα* deberet esse *αἱμαφόρυκτος*. sic per eandem syncopen est *αἱμόῤῥυτος*, *αἱμοβαφὴς*, *αἱμόφυρτος*, etc. *αἱμοφόρυκτα δὲ δὴ κρέα ἤσθιον*, υ, 348, edebantque sane carnes cruentatas; quales esse solent crudæ. cæterum *τὰ αἱματηρὰ σύμβολα* nihil fausti portendunt.

αἱμύλιος, *ία*, *ιον*. et *ὁ ἡ.* (Θέω) idem. *αἰεὶ τὸν μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι θέλγει*, α, 56, assidue eum mollibus et sanguinem commoventibus verbis extra se rapit et obstupefacit: ubi sunt *λόγοι, οἱ κατὰ ἔρωτα κολακεύοντες, καὶ οὓς ἂν εἴπῃ γυνὴ ἐρῶσα, καὶ μὴ ψοφήσαντες εἰκῇ περὶ τὰ τῆς ἀκοῆς πρόθυρα, ἀλλὰ ἔσω παρεισδύντες, καὶ οἷον ἁψάμενοι αἵματος: θερμοὶ καὶ ἐνεργοὶ, οὐ μὴν ψυχροὶ καὶ ἄπρακτοι*. Sermones blandi et amorum pleni et ad animum audientis alte penetrantes: qui sanguinem blande movent, et a sanguine amoris adfectu et desiderio moto oriuntur: *die das blut mit angenemen regungen erfüllen, (which excite agreeable motions in the blood.)*

αἵμων, *ονος. ὁ ἡ* (Δάω) idem quod *δαήμων*, ex eoque factum per aphæresin, et contractionem *τοῦ αη* in *αι*: *ἀφαιρέσεως* vero factæ signum vel compensatio est spiritus asper, *μεμαθηκὼς, ἐπιστήμων*. *αἵμονα θήρης*, peritum venationis, E, 49.

αἰναρέτης, *ου. ὁ.* (Ἀρὰ) et in vocativo *αἰναρέτη*, nam sic legit Aristarchus cum optimis, Π, 31. et vox mire composita, ex laude ab *ἀρετὴ*, et ex vituperio ab *αἰνός*. ut *αἰνόπαρις*, *αἰνελένη*, i. e. *ὁ Πάρις ἢ ἡ Ἑλένη ἐπὶ κακῷ ὢν ἢ οὖσα*: sic *ὁ αἰναρέτης* est *ὁ ἐπὶ κακῷ τὴν ἀρετὴν* (præstantem fortitudinem) *ἔχων*. *der tapfer ist zum unglücke anderer, (he who is valiant to the misfortune of others.)* alii scribi volunt; *αἰν' ἀρετῆ*: pro *αἰνὲ*, et intelligunt sic: *ὦ αἰνὲ, τίς ἄλλος σῆς ἀρετῆς* (i. e. *ἀνδρίας*) *ὀνήσεται*. sed melior est *ἡ Ἀριστάρχειος γραφή*. alii hanc vocem ponunt h. l. in nominativo, *αἰναρέτης*, et trahunt ad *χόλος*, ut sit *χόλος ὁ κακύνων τὰς ἀρετάς*. frigide satis.

αἰνελένη, vide supra.

αἰνέω, f. *νήσω* et *νέσω*. (Αἶ) laudo, comprobo, adsentio, consentio. *heisse gut, lobe, (I commend, praise.)* *ἅμα πάντες αἰνεῖτε*, (est imperat.) Θ, 9, adsentiatis omnes, *συναινεῖτε συγκατατίθεσθε*. *μήτε με μάλα αἴνεε μήτε νείκει*, K, 249, neque me valde lauda neque vitupera, nam prudentes non semper ferunt laudari se in faciem apud notos. *ἵνα σὲ αἰνήσωσιν Ἀχαιοὶ*, Ψ, 552, ut te laudent et probent. *τὴν δ' ᾔνησε*, eam sententiâ suâ probavit, et admiratus est præ cæteris, Ω, 30, sc. Venerem. *οἱ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκούοντες κακὰ ἔργα*, π, 380, et illi non probabunt audientes mala facinora. et 403, *εἰ μέν κε αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες*, si Jovis magni jura comprobaverint et fieri permiserint id. ponitur *αἰνεῖν* et pro, valere jubere, *ἔῤῥειν ἐᾷν*, *sich wovor bedanken, etwas nicht mögen, (to decline, to be unable to do a thing;)* quo sensu Hesiodus dicit, *νῆα ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δὲ φορτία ἐνθέσθαι*, Ἔργ. 641, aliud *αἰνεῖν* vel *ἀνεῖν* (nam utrumque scribitur) est, macerare, aqua madidum facere, *einweichen, (to steep.)*

αἰνίζομαι, f. *ίξομαι*. (Αἶ) est idem quod *αἰνέω*. laudo, comprobo. sic *πολεμίζω, προκαλίζω, νεμεσίζω*, etc. sunt deducta. notat et, probo, æstimo, *schätze hoch, halte für gut, (I esteem, think fit.)* *πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομαι ἁπάντων*, N, 374. *ἔξοχα δή σε* — θ, 487, supra mortales te laudo omnes. est et loquor, narro, in specie ut vates: vaticinando loquor paullo obscuriora. scribitur et *αἰνίττομαι* hoc verbum.

αἰνόθεν, (Αἶ) adverb. ex duro et gravi. H, 97.

αἰνόθρυπτος, vide sub *θρύπτω*.

αἰνόμορος, *ου. ὁ ἡ.* (Μείρω) gravi fato pressus, miser, *δύσμορος*. *ὃς μ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐοῦσαν, δύσμορος αἰνόμορον*, X, 481. *κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη ἡμῖν αἰνομόροις*, ι, 53, nobis infelicibus. *ἡμῖν αἰνομόροισιν ἄεθλια*, ω, 168, inquiunt umbræ procorum.

αἰνοπαθὴς, *έος. ὁ ἡ.* (Πήθω) qui gravia est passus et patitur. *ἐμὲ μάλα αἰνοπαθῆ*, σ, 200, inquit Penelope.

αἰνόπαρις, vide sub *αἰναρέτης*.

Αἶνος, *ου. ὁ.* (Αἶ) vox facta ex *αἶ*, voculâ admirantis aut comprobantis aut intelligentis aliquid. in poëta ponitur primum pro *laude*, *οὐ μέν τοι μέλεος εἰρήσεται αἶνος*, Ψ, 795, non sane a te frustra dicta erit hæc laus, coll. 793, 792. et 652, *ἐπεὶ πάντα αἶνον ἐπέκλυε*, postquam omnem eam laudationem a Nestore sibi dictam audivit. optimus enim quisque maxime delectatur verâ laude ex ore laudatorum hominum prolatâ. *τί με χρὴ μητέρος αἴνου*, φ, 110, quid opus est ut ego laudem matrem? est ergo, laudatio, admirans narratio. *deinde* notat *αἶνος* quoque *ἀπόκρυφον λόγον, καὶ ἐσχηματισμένον*, si quid narratur quod ulteriorem habet respectum; *eine erzählung, die eine bitte oder lehre verborgen in sich hält oder zum zwecke hat, (a fable, apologue, parable.)* tale exemplum est ξ, 459—502, ubi sub ea narratione, fictâ sine dubio, latebat petitio hæc: date mihi vestium aliquid, quo contegam me, ne algeam hac nocte frigida. et hanc applicationem addere non debuisset: sed quia loquebatur ad *ἀγροίκους* et hebetiores, hinc addidit ipse eam, 503, seqq. hinc dicit Eumæus, 508, *αἶνος μέν τοι ἀμύμων, ὃν*

κατέλεξας, narratio illa (qua præterea aliquid aliud pro scopo habuisti quam solam eam narrationem) est sane honesta quam enarrasti: et *αἶνος* ergo jam a me est intellectus quid velit. sic Hesiodus canit *αἶνον* de lusciniâ, Ἔργ, 200. seqq. sed explicationem vel applicationem non addit: prædicit enim, se narraturum *αἶνον βασιλεῦσι, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς*, i. e. *δυναμένοις νοεῖν ὅπερ αἰνίζομαι*, qui ipsi per se intelligent scopum narrationis meæ. sic est et *αἶνος*, si narratur docendi aut monendi causâ, quod in se tali modo fieri non potuit, ut Jothami *αἶνος* est in libro Judicum sacro, cap. 9, 8, seqq. sæpe et *αἶνος* narratio est in genere: unde est *τὸ ποταίνιον*, i. e. *πρόσφατον*, (a *ποτὶ*, i. e. *πρὸς*, et *αἶνος*, i. e. *φατὸς λόγος*) ut sit, *περὶ οὗ ἐγγὺς καὶ προσεχῶς ἐλέγετό τι*, de quo paullo ante dictum et laudatum est. Vide sub *ἀναίνομαι* ad finem, et sub *παραμυθέομαι*.

αἰνὸς, ἡ, ὸν, (Αἴ) est idem quod *αἰκνὸς*, et vel ab eo ortum per syncopen; vel illud ab hôc per intersertum *α*. nam utrumque est ab *αἶ αἶ*. est ergo: durus, inclemens, sævus, lugubris, terribilis. *streng, hart, furchtbar, (severe, cruel, terrible.)* est tamen et in *bono* sensu, gravis, *ernsthaft, wichtig, majestätisch, ehrfurchtswürdig, (grave, serious, majestic, worthy of reverence.)* *αἰνῆς δηϊοτῆτος*, E, 409, ex gravi et duro prœlio. sic *ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι*, H, 40, 51, 119, 174. N, 603. O, 512. X, 64. λ, 515. μ, 257. *αἰνὴ φύλοπις*, grave certamen bellicum, Δ, 15, 65. E, 379, 496. Z, 1. Λ, 213. Π, 256. Σ, 171. ω, 474. *ὀϊζὺς*, gravis ærumna, ο, 541. *αἰνὸς χόλος*, sæva ira, X, 94. *κάματος*, labor et defatigatio gravis, K, 312. ε, 457. *κότος*, acerbum et crudele odium, Θ, 449. Π, 449. *τρόμος*, horribilis tremor, H, 215. Λ, 117. Υ, 44. *μόρος*, gravis et dura mors, Σ, 465. *ὄνειρος*, τ, 568, grave et lugubre somnium, collato 541, seqq. vel et *αἰνιγματώδης*, coll. 545, seqq. nam *αἶνος*, i. e. ænigma inerat ei somnio. *αἰνὸν ἄχος*, gravis luctus, Δ, 169. Θ, 124, 147, 316. O, 208. Π, 52, 55, 508. P, 83. T, 307. X, 43. π, 87, σ, 273. *μένος*, horrenda vis, terribile robur, P, 565. *ἐν αἰναῖς νεκάδεσσιν*, inter horrendas strages cadaverum, E, 886. *αἰνὰ παθοῦσα*, quæ passa sum dira, tam gravia, X, 431. sed A, 414, *τί νυ σὲ ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα*, ubi est pro *αἰνῶς*, quæ peperi te tristi modo, ad tristitiam tuam meamque. et inest tacitum votum, utinam ne peperissem; alterum, utinam ne educassem. sic et *αἰνὰ* pro *αἰνῶς*, π, 255, *μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι ἐλθὼν*, vereor, ne valde amaris et miseris modis vim, quam paras contra procos, luas *(bezahlen müssest) (will have to pay for)* postquam rediisti domum tuam: lugubri modo, *kläglich, (mournfully, lamentably.)* *αἰνὰ ὀλοφυρόμεναι*, miserabiliter ejulantes, χ, 447. *ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικὸς*, ut nihil est sævius et audacius muliere, λ, 426, nihil intolerabilius. *αἰνότατε Κρονίδη*, gravissime Saturnie, *gestrengester herr, ungütigster, (most severe, most unkind master ;-)* et *ἐπιπλήττουσα* hoc vocabulo utitur, Δ, 25. sic et Ξ, 330, ubi tamen mitius sonat: *höchstgebietender, (most imperious.)* qui imperio suo onerat et premit. sic Θ, 462. Σ, 361. Π, 440. A, 552. et his omnibus locis Juno querula sic alloquitur Jovem, quasi nimis gravem et imperiosum sibi. *ἀλλὰ σύ γ' αἰνοτάτη, κύον ἀδδεὲς*, Θ, 443, ubi sic loquitur indignabunda Iris ad Minervam pugnaturam cum patre suo Jove. tu es sane impetuosissima et maxime intolerabilis, O intrepida audacula. nam *κύων* apud antiquissimos non ignominiosa vox erat, sicut apud nos est; sed solam audaciam nimiam exprimens, et 476, *μάχονται στείνει ἐν αἰνοτάτῳ*, in gravissima et miserrima angustiâ, *in dem härtesten gedränge, (in the greatest straits,)* ob cædes ibi innumeras. *αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο*, gravissimam et maxime terribilem contentionem pugnæ, Ξ, 389. *τῇ δὲ* (hac parte vero) *δὴ αἰνότατον περιδείδια* (gravissime nimium quantum metuo) *μή τι πάθωμεν*, ne malum nobis accidat, N, 52, ubi neutrum adverbialiter: et *περὶ* quoque intendit significatum. miserrime timeo. *αἰνότατος λόχος*, molestissimæ insidiæ insidiantibus, δ, 441, *das beschwerlichste auflauern, (to lie in wait for the worst.)* *αἰνότατον πόλεμον*, pugnam gravissimam, *das saureste gefechte, (the most obstinate engagement,)* θ, 519. *αἰνότατον κακὸν*, μ, 275, gravissimum malum et miserrimum, *das härteste unglück, (the severest misfortune)* et *αἰνὸς* coincidit sæpe cum *δεινὸς*, a quo et quidam factum putant, abjecto δ, et mutato dorice ει in αι. *αἰνὸς* fere semper in malo et molesto significatu.

Αἴνυμι, et *αἴνυμαι*. (Ἄω) vox poëtica, *πεζογράφοις* inusitata. fit ab *αἴρω, αἴρνω, αἰρνύω, αἴρνυμι*, et extruso ρ, *αἴνυμι*. notat *ἀφαιρέω*, detraho; sumo, capio, *ich nehme ab, nehme ein, fasse, (I take away, take up, seize.)* *θώρηκα τοῦ αἴνυτο* (imperf. pro *ἤνυτο*) *ἀπὸ στήθεος*, detrahebat ejus thoracem de pectore ejus, Δ, 374. et 579, *αἴνυτο τεύχεα ἀπ' ὤμων*. sic et N, 550. *ἄλλον ὀϊστὸν αἴνυτο*, aliam sagittam capiebat, depromebat ex pharetrâ, O, 459. *ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξα*, Φ, 490. *τυρῶν αἰνυμένους, ἰέναι πάλιν*, si ex caseis quosdam sumsissent, retro ire, ι, 225, quæ phrasis est attica, pro *ἐκ τῶν τυρῶν τινάς*. nam talis genitivus partem de aliquo toto designat. sic et 232. et 429, *σύντρεις αἰνύμενος*, tres una jungens et copulans, *drey zusammennehmend, (taking three together.)* *ἀλλά με Ὀδυσσέως πόθος αἴνυται*, ξ, 144, capit me desiderium ejus. *ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον*, i. e. *ἔλαβεν*, φ, 53. *αἰνύμεναι*, capientes, *fassende, (seizing,)* χ, 500.

αἰνῶς, (Αἴ) adverb. duriter, moleste, misere, graviter, severe. et sæpe est pro *λίαν*, valde, nimium. sicut Romani suum miseré. *νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα*, A, 555, nunc misere timeo pectore, *fürchte gar sehr, (I am extremely afraid.)* sic I, 244. Σ, 261. timor enim valde molestus et miser est. *μάλα αἰνῶς δείδω*, K, 38, s. et 93, *αἰνῶς γὰρ Δαναῶν πέρι* (ob Danaos, de

Danais) δείδια. et 538, αἰνῶς δείδοικα. δείδια δ' αἰνῶς Αἰνείαν, N, 481, s. Υ, 23, s. X, 454, s. δείδιε δ' αἰνῶς, Ω, 358. αἰνῶς ἀθανάτοισι θεοῖς εἰς ὦπα ἔοικεν, Γ, 158, valde diis vultu similis est. αἰνῶς ἀκτίνεσσιν ἐοικότες ἠελίοιο, K, 547, omnino radiis solis similes sunt, ob albedinem et nitorem. et sermo est de equis albis. αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας κείνῳ, α, 208, τείρετο δ' αἰνῶς, vehementer et misere vexabatur dolore, E, 352, ex vulnere. τεῖρε (ἔτειρε) γὰρ αἰνῶς ὀδμὴ, δ, 441, s. odor graviter molestabat nos. χώσατο αἰνῶς, irascebatur vehementer, Θ, 397. N, 165. ἑταίρου χώεται αἰνῶς, ob amicum irascitur graviter, Υ, 29. φιλέεσκε (ἐφίλει αὐτὸν) γὰρ αἰνῶς, amabat enim valde, α, 264, αἰνῶς γὰρ μύθοις τέρπομαι, vehementer delector verbis, δ, 597, s. δείδιά τ' αἰνῶς γούνων ἅπτεσθαι, ζ, 168. εἰ δὴ τοῦτον τρομέεις καὶ δείδιας αἰνῶς, σ, 79. νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, ω, 352. ἵεται αἰνῶς, vehementer cupit, β, 327, *er ist sehr hitzig, er ist sehr aufgebracht, (he is very warm, greatly incensed.)* διεφαίνετο δ' αἰνῶς, vehementer candebat, *war sehr glüend, (was very hot,)* ι, 379. et 353, ἥσατο δ' αἰνῶς, vehementer delectabatur, i. e. λίαν. αἰνῶς γὰρ τάδε εἵματα ἔχω κακὰ, ρ, 24, cum molestiâ habeo hæc vestimenta lacera. μάλα περ κεχολωμένος αἰνῶς, τ, 324. ἄγχι γὰρ αἰνῶς, nimis prope, χ, 136, ubi videtur esse κατ' ἀντίφρασιν, i. e. minime prope. et est in sensu primo τὸ αἰνῶς ibi, misere prope, *kläglich nahe, (lamentably near,)* i. e. non potest iis appropinquari. αἰνῶς γάρ μ' αὐτόν γε μένος καὶ θυμὸς ἀνώγει κεῖσε ἴεναι, Ω, 198, valde jubet animus, me ipsum ire illuc. ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς αἰδέομαι Τρῶας, Z, 441, revereor valde. ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς, H, 97, certe sane dedecus hæc erunt nimium quantum, ἐκ δεινῶν δεινοτέρως.

Αἴξ, αἰγός. ἡ. (Αἴ) attice etiam ὁ. capra. *eine ziege, (a goat.)* nomen a sono quem edunt capræ, αἴ, si id legas ex ore Græco, sicut Latinorum æ; non vero ex ore barbaro sicut ai. est ζῶον ὀχευτικὸν, animal salax: hinc Paris ei oblique comparatur, Γ, 24, ἄγριον αἶγα, capram vel caprum ferum. ubi est vel ὁ ἡ ἄγριος, vel ὁ αἴξ. utrumque attice. μηρία αἰγῶν, in sacrificiis, A, 41. et 66, αἰγῶν τε τελείων κνίσσης. et 316, ταύρων ἠδ' αἰγῶν ἑκατόμβας. αἰπόλια πλατέα αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες ῥεῖα διακρινέωσιν, B, 474, greges diffusos caprarum caprarii facile secernunt. τόσα αἰπόλια πλατέα αἰγῶν, Λ, 678. ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου, Δ, 105, coll. 107, 108, ubi est ὁ αἴξ, caper. et ἴξαλος est ὁ τέλειος, salax. νῶτον πίονος αἰγὸς, *ein zimmer von einer fetten ziege, (the buttock of a fat goat,)* I, 207, μήλοις, αἴγεσιν ἢ ὀΐεσσιν, pecudibus, capris aut ovibus, K, 486, 485, ergo αἶγες pertinent ad μῆλα ut ad genus. αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς (ὄϊας) Λ, 245. et 383, μηκάδες αἶγες, *meckernde ziegen, (bleating goats.)* sic et Ψ, 31. ὥστε δύο λέοντε αἶγα, N, 198, ἄγριον αἶγα, caprum ferum, O, 271, μηρία ἔκηε βόων αἰγῶν τε τελείων, combussit femora, Ω, 34, in sacrificiis. βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς (ὄϊας) καὶ πίονας αἶγας, β, 56. et caro ejus valde laudata apud antiquos et in terris felicibus, ut τροφιμώτατος cibus, et nervos roborans. et 300, αἶγας ἀνιεμένους, capras excoriantes. ἐν δὲ αἶγες ἀπειρέσιαι ἄγριαι, *unzählige wilde ziegen sind da, (innumerable wild goats are there,)* ι, 118, seqq. et 124, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας. et 155, seqq. αἶγας ὀρεσκῴους, in montibus cubantes, ad cibum. et 167, αὐτῶν τε φθογγὴν, οἰῶν τε καὶ αἰγῶν. et 184, πολλὰ μῆλα, ὄϊές τε καὶ αἶγες. et 244, ἤμελγεν (mulgebat) ὄϊς (ὄϊας) καὶ μηκάδας αἶγας. sic et 341. earum fœtus dicuntur ἔριφοι, 220, s. δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς, ξ, 50. et 106, ζατρεφέων αἰγῶν, ubi sequitur ὅστις, ut intelligatur masculinum. simul ibi ex 105 apparet, pertinere αἶγας inter μῆλα. et 101, αἰπόλια πλατέα αἰγῶν, et 103. nam hæc animalia in pascendo late diffundunt se. et 519, εὐνὴν, ἐν δ' οἰῶν τε καὶ αἰγῶν δέρματα ἔβαλλεν, *legte schaaf- und ziegenfelle hinein, (he threw in the skins of sheep and goats.)* et 530, ἀνείλετο νάκην (pellem) αἰγὸς εὐτρεφέος μεγάλου. ἵρευον ὄϊς μεγάλους καὶ πίονας αἶγας, ρ, 180. et 213, αἶγας ἄγων, δεῖπνον μνηστήρεσσι et 247, αἰπόλος αἰγῶν, caprarius pastor. et 295. αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας, *auf die wilden ziegen, (against wild goats.)* 369, 535. γαστέρες αἰγῶν, σ, 44, ventriculi caprarum, *ziegenmagen, (stomachs of goats,)* qui implebantur sanguine et adipe, et ad ignem coquebantur. *magenwürste von ziegen, (puddings made with the stomachs of goats stuffed.)* vide porro υ, 173, s. 186, 250. φ, 265, s. χ, 199. οἱ τέλειοι vocantur τράγοι καὶ ἴξαλοι: ἡ δὲ ἐχομένη ἡλικία, χίμαροι: τὰ δὲ νεώτατα, ἔριφοι. Homerus τὰ τέλεια vocat προγόνους, mediæ ætatis μετάσσας, recens nata ἕρσας, ι, 221, 222. quædam ætas vocabatur et ἐσσῆνες, et πρηστῆνες, et ἐπιπρηστῆνες. Prætcrea multæ urbes dictæ Αἰγαὶ, etiam in singulari ἡ Αἰγὰ, etiam alia urbs τὸ Αἴγιον, cujus cives οἱ Αἰγιεῖς, et a qua fabula orta, τὴν Αἶγα τῷ Διῒ μαζὸν ἐπισχεῖν, quæ fabulosa αἴξ vocatur ἡ Ἀμαλθεία, et οὐρανία αἴξ, ἣ τροφὸς ἦν τοῦ Διός. Vide ἀϊκή.

ἀΐξασκε, vide sub Ἀΐσσω.

αἰόλη νὺξ, vide sub νύξ.

αἰολίζειν, αἰολικὸς, vide sub αἰόλος, prope finem.

αἰολλέω, vide αἰολόπωλος, et sub αἰόλλω.

αἰόλλησις, vide sub sequente.

αἰόλλω, est κινέω, (Ἕλω) in specie κινέω κατὰ εἴλησιν, moveo volvendo et orbes faciendo. contremiscere motu undulante facio. conf. αἰόλος. ὡς ὅτε ἀνὴρ γαστέρα (ventriculum mactati suis, aut magnum ile) ἐμπλείην κνίσσης καὶ αἵματος, (refertum adipe et sanguine, *eine blutwurst) (a blood pudding)* πυρὸς αἰθομένου, igne ardente, ἔνθα καὶ ἔνθα αἰόλλει, huc et illuc versat et volvit, υ, 27, circumagit ad ignem, *beym feuer umwendet, und sie bratet, (turns and roasts at the fire.)* hinc est et ἡ ἀπαιόλη, quando aliquem avertimus et deflectere facimus

ab aliqua re, ἡ ἀπάτη καὶ ἀποστέρησις. sic et τὸ ἀπαιόλημα, i. e. ἀποπλάνημα καὶ ἀποκάθαρμα. dicitur verbum et αἰολλίω, unde est ἡ αἰόλλησις, i. e. κίνησις. Vide αἰολόπωλος.

αἰολοθώρηξ, ηκος. ὁ ἡ. (Ὄρω) vario et colorato thorace indutus. vel et, thorace ex catenulis composito indutus. vel, celeriter movens se in thorace ab αἰόλλω, variego, it. moveo huc illuc. Ἄντιφος αἰολοθώρηξ, Δ, 489. Μενέσθιος, Π, 173.

αἰολομίτρης, ου. ὁ. (Μίσγω) qui coloratam varie gestat μίτραν. Ὀρέσβιον αἰολομίτρην, Ε, 707, ubi μίτρα in sensu Homerico est intelligenda.

αἰολόπωλος, ου. ὁ ἡ. (Ἄλλω) est ὁ ἐφ' ἵππων ταχέως κινούμενος. qui celeribus equis utitur et circumvectatur, *ein schneller leichter reiter, (a swift rider.)* αἰολλειν enim est, ταχέως δίκην ἀέλλης κινεῖν, celeriter, procellæ modo, movere, αἰολοπώλους Φρύγας, i. e. ταχυΐππους, Γ, 185, qui periti sunt equos celeriter et varie agitare. nam potest et esse, ὁ ποικίλως ἱππαζόμενος. Vide παναίολος.

αἰόλος, η, ον. (Ἕλω) celer, agilis, facilis flexu et motu. *was sich leicht und geschwinde wendet und drehet, (what turns and winds swiftly and easily,)* deinde et, varius. sed prior significatus est proprius, versutus, facile vertens et flectens se. *sich krümmend, zappelnd, (to twist or bend one's self, to struggle with hands and feet,)* hinc est αἰόλλω, i. e. ποικίλως καὶ πυκνῶς καὶ ταχέως στρέφω καὶ κινέω. τεύχεα αἰόλα, Ε, 295, arma agilia, quæ in prœliis varie circumaguntur et convertuntur. σάκος αἰόλον, Η, 222, Π, 107, nisi quod tamen et idea varii et variegati ibi adhærere possit; vel varie contexti et complicati; ut habeat ποικιλίαν a pluribus στερεαῖς ὕλαις, et ut sit δαιδαλθὲν ἐπιπολῆς (in superficie varie exornatum) εἰς τι κάλλος. πόδας αἰόλος ἵππος, flexipes equus, celer et agilis pedibus, Τ, 404, ubi est idem quod πόδαργος. αἰόλαι εὐλαὶ, vermes varie se moventes et flectentes, *maden die sich mannifaltig krümmen, (worms which twist about in various ways,)* Χ, 509, ὡς ἴδον αἰόλον ὄφιν, ut viderunt serpentem varie se curvantem, facili flexu repentem et volventem se, Μ, 208. et 167, σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠδὲ μέλισσαι, vespæ et apes in medio flexiles, κατὰ τὸ μέσον εὐκίνητοι, διὰ τὴν ἐντομὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν πτέρωσιν, quia in medio sectæ quasi sunt (unde et insecta dicta) et ibi alas habent. αἰόλος οἶστρος, χ, 300, celer œstrus, *die schnelle bremse, (the swift gad-fly.)* αἰολικὸν (pro quo vitiose a quibusdam legitur αἰπολικὸν) θάμα, Theocr. I, 56, res artificiosa oculis proposita. et ipsi οἱ Αἰολεῖς ab hoc nomine sunt dicti; unde αἰολίζειν est, arte vel fraude agere. præterea οἱ Καλυδώνιοι erant Æoles vel Ætoli: ut ergo, loco Theocriti citato, eo magis τὸ αἰολικὸν rectum credi possit, coll. versu 57. ipse etiam ventorum præses Æolus hinc nomen habet, quia venti valde celeriter flectunt se in locum alium unde spirent, *der wind drehet sich bald und wendet sich in eine andre himmelsgegend, (the wind soon changes and blows from a different quarter.)*

αἰονάω, vide sub ἠιών.

αἰπεινὸς, ή, όν. (Ἀπὸ) altus, arduus. ἔναιε Πήδασον αἰπεινὴν, Ζ, 35, Pedasum habitabat in alto sitam et probe munitam, ut hostes a se (ἄπο) arcere posset. αἰπεινῇ Καλυδῶνι, altæ, munitissimæ, Ν, 217. Ξ, 116. Ἰλίου αἰπεινῆς, Ι, 419, 682. ubi non solum situs, sed et id innuitur quod sit χαλεπὴ τοῖς Ἀχαιοῖς. sed et Hector eam sic vocat a situ et potentiâ, νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης Ἴλιος αἰπεινὴ, Ν, 773, nunc perit toto e culmine Ilios alta. Ρ, 328. αἴκεν Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται (φείσεται, parcet) Ο, 215. et 558, αἰπεινὴν ἑλέειν, cepisse. et huc alludit ὁ αἰπὺς ὄλεθρος. Μυκάλης (montis) αἰπεινὰ κάρηνα, *erhabene höhen, (lofty hills.)* Β, 869. sic ὀρέων, Υ, 58. ζ, 123. αἰπεινὴν Γονόεσσαν, Β, 573, αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον, Trojam Ο, 257.

αἰπήεις, εσσα, εν. (Ἀπὸ) idem. Πήδασον αἰπήεσσαν, in alto sitam Pedasum, Φ, 87. ubi tamen multi id pro nomine proprio habent. Vide R.

αἰπόλιον, ου. τό. (Πέλω) grex caprarum, pastio et cura caprarum. αἰπόλια πλατέα αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες ῥεῖα διακρινέωσι, Β, 474, et genitivus ex abundanti additur. sic, συῶν συβόσια καὶ αἰπόλια πλατέα αἰγῶν, Λ, 678. ξ, 101, 103. αἶγας ἄγων, αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισι, ρ, 213. υ, 174. sic αἶγας ἄγειν, αἳ πᾶσι μέγα ἔξοχοι αἰπολίοισιν, φ, 266.

αἰπόλος, ου. ὁ. (Πέλω) caprarius, qui capras curat et pascit. Μελάνθιος, αἰπόλος αἰγῶν, ρ, 247, 369. υ, 173. φ, 175, 265. αἰπόλος ἀνὴρ, Δ, 275, qui pascit in monte, nam capræ amant loca ardua et alta. hinc hoc nomen non modo ut αἰγοπόλος, sed ut αἰποπόλος quoque, per syncopen concipi potest, ab αἰπὸς vel αἰπὺς, altus. αἰπόλοι ἄνδρες, Β, 474.

Αἰπὸς, ἡ, όν. (Ἀπὸ) celsus, arduus, altus. *hoch, sauer zu ersteigen, tief, stürzend, (high, difficult of ascent, deep, precipitous.)* est vox conflata ab αἲ et ἀπὸ, quando querimur, aliquid longe esse a nobis aut a pede. Ζεὺς ποτὲ ὔμμι (ὑμῖν) διαφθέρσει πόλιν αἰπὴν, aliquando diruet vobis vestram altam et in colle sitam urbem, Ν, 625. Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπὴν, γ, 130. πόλιν κεραϊζέμεν αἰπὴν, incursare et hostiliter invadere, θ, 516, munitam naturâ et situ alto: simul ergo et, difficilem superatu. Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα, Θ, 369, τὰ δύσβατα, καὶ ὑψηλὰ, quæ transiri facile non possunt. βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα, alta fluenta Xanthi fluvii sonabant graviter, Φ, 9.

αἰπὺς, εῖα, ὺ, (Ἀπὸ) idem. difficilis superatu ob altitudinem aut magnitudinem, aut alia ardua. *schwer zu übersteigen, (difficult to surmount.)* Κυλλήνης ὄρος αἰπὺ, Β, 603, excelsum montem. αἰπὺν Ὄλυμπον, Ε. 367, 868. Ο, 84. αἰπὺ πτολίεθρον, altam urbem, Β, 538. Ἴλιον

αἰπὺ, O, 71. *τεῖχος*, altum murum, Z, 327, Λ, 181. *αἰπεῖα κολώνη*, editus collis, B, 811. Λ, 710. *Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν*, Scyrum insulam altam, I, 664. hinc metaphorice, *αἰπὺς πόνος*, labor arduus, et cujus finis procul est a nobis, Λ, 600. Π, 651. *ἀλευάμενος χόλον αἰπὺν ἡμέτερον*, devitans nostram gravem iram, ipsi non superabilem, O, 223, inquit Jupiter de Neptuno. *αἰπὺς ὄλεθρος*, grave exitium, sicut Romani dicunt, *ultimam* pœnam, i. e. mortem, Z, 57. K, 371. Λ, 174, 441. N, 773. Ξ, 99, 507. Π, 283, 859, quibus locis est de hominibus, notatque mortem. nam mors hoc epitheto velut præcipitium quoddam pingitur, in quod detruditur homo. de urbe est P, 155, *Τροίῃ δὲ πεφήσεται* (i. e. *φανήσεται*, apparebit, aderit manifesto) *αἰπὺς ὄλεθρος*, *der umsturz, der untergang, (overthrow, destruction.)* sic porro de hominibus, Σ, 129, *τειρομένοις ἑτάροισιν ἀμυνέμεν αἰπὺν ὄλεθρον*, ab afflictis sociis defendere mortem et ultimum exitium. *νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος*, ε, 305, præsens mihi et parata est. α, 11, et 37, *εἰδὼς αἰπὺν ὄλεθρον*, sciens mortem suam certo futuram. μ, 446. ρ, 47. ι, 286. *νῦν σοι σῶς*, χ, 28. et 43. *φύγοι. αἰπὺς φόνος*, ultima cædes, *die völlige klægliche ermordung, (complete defeat,)* δ, 843. π, 379. *αἰπύ οἱ ἐσσεῖται*, arduum et insuperabile ei erit, N, 317. *λισσὴ αἰπεῖά τε πέτρη*, γ, 293. et 287, *Μαλειάων ὄρος αἰπὺ*, quibus locis non tantum altum et arduum, sed et periculosum et exitiale, significat. *Πύλου αἰπὺ πτολίεθρον*, γ, 485, in edito loco sitam, et difficilem expugnatu. *duran sich mancher den kopf zerstossen kann, (difficult to be taken by assault.)* sic et ο, 193. *ποτὶ πτόλιν αἰπύ τε τεῖχος*, Trojæ scilicet, ξ, 472. *αἰπὺ δ' ὄρος προσέβαν*, τ, 431. *Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον*, κ, 81, ubi non situm solum editum innuit, sed et *τὴν χαλεπότητα τῶν ἐκεῖσε.* crudelitatem civium, qui non solum *ἄξενοι* eo tempore erant, sed et *ἀνθρωποφάγοι. ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου*, nectens laqueum exitialem de alta trabe, λ, 277, ubi epitheton non solum notat, *ἐκδήσασα ὑψόθεν βρόχον*, sed et atrocitatem mortis.

αἶρα, vide sub *ῥαιστήρ.*

αἱρετὸς, vide *ἐξαίρετος.*

Αἱρέω, f. *ήσω.* (*Ἄω*) capio, sumo. *ich fasse, nehme, (I seize, take.)* etiam, expugno et vasto, aut captivum duco. it. præfero, *προκρίνω.* est ex *αἴρω* ortum, Attica mutatione spiritus, nam ii amant asperum; et terminatione mutatâ. *φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ*, putabat enim ille, se expugnaturum esse Priami urbem die illo, B, 37, et ibi error erat in, *ἤματι κείνῳ.* et 141, *οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν.* vide et 329, 332. sic et I, 28. non capiemus. *ἔλποντο δὲ, νῆας Ἀχαιῶν αἱρήσειν*, sperabant enim, se capturos, et in suam potestatem redacturos esse, naves Græcorum, N, 42. *ἐλπόμενος νῆάς γ' αἱρησέμεν*, pro *αἱρήσειν*, ionice, Σ, 260, quasi *αἰχμαλώτους*, et quasi naves essent *ἔμψυχά τινα. ἀλλ' οὐχ ἥρει φῶτας*, *er bekam sie nicht zu fassen, konnte ihnen keinen fang geben, (he could not seize them, could not make any capture,)* P, 463, ut ergo et *αἱρεῖν* notet interficere. *αἱρήσει μὲ καὶ ὧς*, interficiet me etiam sic, Φ, 555. sic tamen, ut antecedens, adsequi, consequi, proprie notetur. *ἀπ' ἀπήνης ᾕρεον*, de curru tollebant, *nehmen herunter, (took down,)* Ω, 579. et 206, *εἰ γάρ σε αἱρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν*, si te tenebit in potestate suâ: ubi poëta naturâ prius postposuit ex more suo. *τὸν μὲν δὴ ἕταρόν γ' αἱρήσεαι ὅν κ' ἐθέλῃσθα*, socium eliges tibi quem volueris, K, 235, *kannst nehmen zum gehülfen, kannst auslesen, (mayest take, choose, for an assistant:)* nam h. l. *προκρίνειν* notat. ponitur hoc verbum metaphorice etiam de affectibus, si illi nos capiunt et occupant. *μὲ γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ*, Γ, 446, ubi de Paride sermo, qui est imago hominis voluptati sensuali venditi. et metaphora est de venatione, similisque est *τῷ ἀμφικαλύπτειν*, quasi *δικτύοις τοῦ ἱμέρου*: me dulce desiderium capit. sic et Jupiter ad Junonem loquitur, Ξ, 328, nam sæpe et summi decipiuntur cupiditatibus. *χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει*, Δ, 23, ira ceperat eam. sic Θ, 460. *μαλὰ γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ*, Σ, 322. *μάλα γὰρ χλωρὸν δέος* (pallidus timor) *αἱρεῖ*, P, 67, ubi alii legunt *δριμὺς χόλος*, acris ira, et referunt ad leonem: sed meliores, *χλωρὸν δέος*, relatum ad *νομῆας*, pastores. et hæc parabola *ὅλη ὅλῳ προσαρμόζει τῷ πράγματι, καὶ πάντα πᾶσι παραβέβληνται. τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει*, H, 479, *μηδέ τινα ὕπνος αἱρείτω*, neminem somnus occupet, K, 193. *οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει*, Ω, 5. *οὐδέ σε λήθη αἱρείτω*, nec te oblivio capiat, B, 33. *χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει*, Θ, 504. *ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει*, λ, 43, 632. *τοὺς δὲ χλωρὸν*, μ, 243. *τὸν δὲ γλυκὺς ἵμερος*, χ, 500. *ἐελποίμην αἱρησέμεν*, pro *αἱρήσειν*, sc. *ἵππους*, P, 488, nos excipere et capere posse hos equos, *können sie wegfangen, (may take them away.)* *ἑσπέριος γὰρ αἱρήσομαι*, β, 357, accipiam, *will es zu mir nehmen, holen, (will take it, fetch it away.)* *τὸ τόξον οὔποτε ᾑρεῖτο*, non secum sumserat, φ, 40, *hatte nicht omitgenmmen, (had not taken with him.)* confer ad hoc simplex ejusque composita, *ἕλω* cum suis compositis.

αἴρω, f. *ἀρῶ.* (*Ἄω*) tollo, elevo, aufero. est per syncopen idem *ἀείρω*, et ponitur proprie de *ὄγκῳ τινὶ καὶ ὑψώσει*, *ich hebe in die höhe, (I lift up.)* *ὡς εἴδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιοὺς*, cum viderent Achæos tollentes et auferre volentes mortuum, P, 724. frequentius in forma *mediâ* occurrit. *οἱ δ' αὐτῷ κῦδος ἄροιτο*, sibique ipsi gloriam pareret, K, 307. et hæc phrasis valde frequens in poëta. *ἦ γάρ κέ σφι μάλα μέγα κῦδος ἄροιο*, I, 303. *du könntest gewiss, ihnen zum besten, sehr grossen ruhm erwerben, (thou mightest indeed acquire for them very great glory.)* *δώῃ κῦδος ἀρέσθαι, Ζεὺς*, Π, 88. *καὶ κῦδος ἀρέσθαι*, et gloriam plenam capere, P, 287. 419. *ἄσπετον ἤρατο κῦδος*, Γ, 373. Σ, 165. *κῦδος ἄροιτο βαλὼν*, X, 207. *ἄρηται*, Ξ, 365. *θυμὸς ἔλπετο κῦδος ἀρέσθαι*, M, 407. *ἵετο*, Y, 502. *μενέαινε δὲ*, Φ, 543, et 596. *ἐὲ γ' ἔασσεν Ἀπόλλων κῦδος*

ἀρέσθαι. οὐδ' ἂν ναῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο, Υ, 247, ne navis quidem centiremis hoc onus portaret. μὲ ἔα κλέος ἐσθλὸν ἐνὶ Τρώεσσιν ἀρέσθαι, sine, me gloriam nobilem inter Trojanos reportare, Ρ, 16. νῦν δὲ κλέος ἐσθλὸν ἀροίμην, Σ, 121. et 294, ὅτε μοι ἔδωκε Κρόνου παῖς κῦδος ἀρέσθαι ἐπὶ νηυσὶ, apud naves. Δὸς νίκην Αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι, Η, 203, gloriam claram referre. δίδομεν δέ σοι εὖχος, Φ, 297. οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο, pro ἤροντο, de equis, qui victoriæ præmia pedibus retulerunt, Ι, 124, 266, 269. πᾶσι δέ κε (ἐν) Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο, inter eos gratiam et gloriam referres, Δ, 95. ὥς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄροιο, Π, 84, ubi μοι abundat, sequiturque πρὸς πάντων, apud omnes. ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο, Ε, 3. et 273, ἀροίμεθα κἂν κλέος ἐσθλόν. et semper notio τοῦ ὑψοῦν adhæret huic verbo. ἣν ἀρόμην, quam reportavi, ὅπως ἂν καὶ ἠρόμην, Ψ, 592. τὴν (pro ἣν, sc. φόρμιγγα) ἄρετο ἐξ ἐνάρων, Ι, 188, quam ceperat ex spoliis: et est ibi τρόπος ἐτυμολογίας τῶν ἐνάρων, qui valde frequens in poëta. ὅστις πρῶτος 'Αχαιῶν ἀνδράγρια ἤρατο, exuvias sustulit et deportavit, Ξ, 510, ubi alii aor. 2. m. legunt, ἤρετο. τὴν ἄρετο (ἤρετο) ἐκ Τενέδοιο, quam cepit, Λ, 624, coll. 626, datam ergo accepit honoris causâ, *hat sie bekommen, (has accepted it.)* et 290, ἵνα ὑπέρτερον εὖχος ἄρησθε, ampliorem gloriam referatis. ἵνα παισὶν μισθὸν ἄρηται, ut mercedem in commodum natorum capiat, Μ, 435. μή πού τις ἐφ' ἕλκεϊ ἕλκος ἄρηται, Ξ, 130, super prius vulnus aliud vulnus ferat, *davon trage, hole, (receive.)* ἠράμεθα μέγα κῦδος, Χ, 393, ubi Pæan canitur. ἀρθεὶς, levatus in altum, Ν, 63, de accipitre. ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἤρατο, α, 240, filio magnam gloriam peperisset. sic et ξ, 370. sic et in eodem contextu ἤρao, conciliasses, ω, 33. ὅσα ἤρατο, δ, 107, i. e. ὑπέμεινεν, ἐβάστασε, suscepit in se: imo adhæret etiam aliquid ἐκ τοῦ "Αρεος, a Marte, ὅσα ἐπολέμησε, et quasi ἐνήρατο. καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός γε διδόντος ἀρέσθαι, α, 390, suscipere, quamvis onerosum. κῦδος ἀρέσθαι, χ, 253. ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο, ν, 422. μεγάλου ὑπο κύματος ἀρθεὶς, ε, 393. τιμωρεῖν, est, τιμὴν (ultionem) αἴρειν ποθὲν ὑπέρ τινος. hinc est ὁ τιμάορος et τιμωρός. Vide sub 'Αείρω ad finem.

"Αϊς, ἄϊδος. ὁ. (Εἴδω) est physice, locus mortuorum tenebricosus: deinde mythice, præses illius loci Orcus. ab α privativo, et εἴδω. vide Jobi, x. 21, 22. ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν, Α, 3. οὔτις μὲ ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει, Ζ, 487, nemo me præter fatum orco mittet. ἔμελλε πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς ἄϊδι προϊάψειν, Λ, 55, quod dicit Ν, 425, ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι. ψυχὴ ἄϊδόσδε βεβήκει, ad orcum ivit, Π, 856. Χ, 362. γ, 410. ζ, 11. κ, 560. ἄϊδόσδε κατῆλθε, λ, 65. ψυχαὶ δ' ἄϊδόσδε κατῆλθον, Η, 330. δαμεὶς ἄϊδόσδε κάτεισι, descendit, Υ, 294. ἕταρον γὰρ πέμπε ἄϊδόσδε, Ψ, 137. εἰ κεῖνόν γ' ἴδοιμι κατελθόντα ἄϊδος εἴσω, Ζ, 284, i. e. εἴσω vel εἰς δόμον ἄϊδος. et 422. πάντες ἰῷ κίον ἤματι ἄϊδος εἴσω. εἰς "Αϊδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο, sc. δόμον, Ν, 415. ἄχος ὀξὺ μὲ κατοίσεται (deferet) ἄϊδος εἴσω, Χ, 425. εἰς ἄϊδόσδ' οὔπω τις ἀφίκετο νηῒ μελαίνῃ, κ, 502, quanquam ibi præstat τὸ δὲ separare, et notat, nam, *denn, (for.)* πῶς ἔτλης ἄϊδόσδε κατελθεῖν; λ, 474, et quidem vivus. plena phrasis est Γ, 322, τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον ἄϊδος εἴσω. θυμὸν ἀπὸ μελέων (vitam ex membris corporis) δῦναι δόμον ἄϊδος εἴσω, Η, 131. ἔδυν δόμον, Λ, 263. κατίμεν δόμον, Ξ, 457. μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἄϊδος εἰσαφίκηαι, Υ, 336. βαίην δόμον, Ω, 246. πέμψαι δόμον, ι, 524. ψυχὴ μὲν ἔβη, λ, 149. ὅτε δὴ κατέβην, ψ, 252. δώσειν ψυχὴν ἄϊδ κλυτοπώλῳ, Λ, 445 i. e. εὐίππῳ, qui celebres habet equos, διὰ τὸ πανταχοῦ φθάνειν τὸν θάνατον, celeriter venire potest quovis. sic et Π, 625. εἰν ἄϊδός περ ἐὼν, sc. δόμῳ, Ω, 593, vel τόπῳ. εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼ ἄϊδι κεύθωμαι, Ψ, 244, donec ipse ego in domo Orci condar et occulter. ἥμενοι ἑσταότες τε κατ' εὐρύπυλες ἄϊδος δῶ, pro δῶμα, λ, 570. conf. ἀΐδης. necnon 'Αΐδης in R.

Αἶσα, ης. ἡ. (Δάω) debita portio: τὸ καθῆκον. deinde et fatum, *das Schicksal, (fate.)* e posterior sensus in poëta frequens. est a δαίω, i. e. μερίζω, quasi δαῖσα, per aphæresin. hinc eadem dicitur et ἡ μοῖρα, et ἡ εἱμαρμένη, a μείρω, divido, tribuo: quæ cuique suam fatalem partem destinat et tribuit. dicitur et ἡ πεπρωμένη, vel τὸ πεπρωμένον, per syncopen ex πεπερατωμένον. ὅτι πάντα εἰς πέρας (ad finem iis destinatum) φέρει, et quia omnibus constituit suum πέρας, modum et terminum, *ziel und maas (end and aim.)* ergo est hoc sensu ὁ τοῦ παντὸς λόγος, ratio universum regens, *die alles regierende ewige vernunft, (reason which governs al things.)* quatenus quidam antiquorum id extra Deum posuerunt, errarunt: res ipsa est certa et *fatum* sano sensu nil aliud est, nisi decretum divinum de existentia mundi, rerumque omnium quæ in eo fiunt. Romani id dixere Parcam: finxereque nentem: quo innuunt, fatalia esse cuncta; et præterea significatur hac imagine ἡ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐν λεπτᾷ στροφὴ, (versatio rerum humanarum in minutiis tenuibus; simul tamen quod minutiæ concurrentes contineant in se rationem magnorum eventuum) καὶ ὁ ἐν τούτοις εἱρμὸς, nexus perpetuus. Sic Υ, 127, τὰ πείσεται, ἅτινά οἱ Αἶσα (Parca) γεινομένῳ (nascenti) ἐπένησε λίνῳ, filo suo adnevit. et ab hoc nendo dicuntur Καταχλῶθες, quas conf. ἐπεί σοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δὴν, Α, 416, siquidem fatum tibi est, paullulum admodum, non valde diu, sc. esse et vivere. ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, Γ, 59, siquidem me ex merito reprehendis, non præter meritum; δικαίως, κατὰ καθῆκον, sic ut convenit in me. atque ibi est ingenua confessio Paridis, fatentis se accipere per eam reprehensionem fratris majoris, quæ meritus sit. id alibi dicitur κατὰ μοῖραν, ut oportet, ut decet, ut par est, pro parte virili. cæterum additum per οὐδὲ, est ut in Sophocle, γνωτὰ καὶ οὐκ ἄγνωτά μοι, nota, et non ignota mihi. et: ἡδὺς οὐδὲ δυσ-

χερὴς μητρὶ, gratus et non ingratus aut molestus matri. eadem verba dicit idem Paris, Z, 333. ἠὲ κατ' αἶσαν ἔειπον ἐν ὑμῖν, i. e. κατὰ τὸ ἀληθὲς, ut convenit rei ipsi, *wie sichs gehöret, (as it is fit,)* K, 445. πάντα κατ' αἶσαν ἔειπες, omnia ut decet, dixisti, P, 716. οὐ γάρ τις με ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει, nam nemo me præter fatum mihi destinatum morti dabit, Z, 487, coll. 488, ubi eandem αἶσαν vocat μοῖραν, quam nemo possit effugere. hoc se solatur, quod contra fatum suum sibi nocere queat nemo. *wenn es nicht über mich verhänget ist, wenn es mir nicht bestimmet ist, (if I am not doomed.)* καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν, P, 321. ubi agnoscit poëta, αἶσαν esse Jovis, i. e. summi dei; non vero aliquid extra eum. φρονέω δὲ, τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ, sentio enim me honorari Jovis decreto, I, 604. et 605, ἥ με ἕξει, i. e. quod favens mihi habebo, ubi tamen conf. ἔχω. ὑπὲρ αἶσαν Ἀχαιοὶ φέρτεροι ἦσαν, supra fatum ipsis jam destinatum tamen præstantiores erant, Π, 780, *mehr als ihr Schicksal mit sich brachte, (more than Fate decreed them:)* sed tamen ad tempus et specie tantum. ἰῇ ἄρα γεινόμεθα αἴσῃ ἀμφότεροι. simili et eodem fato nati sumus, X, 477, i. e. μιᾷ, uno. et sic dicit τὴν ἐπίσης ἐπὶ ἀμφοῖν ἔχουσαν κατὰ τὸ δυστυχὲς αἶσαν. ἰσόμορον, καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ, ubi utrumque est idem, posterius est explicatio prioris, O, 209, cui æqua dignitatis portio est constituta, et qui iisdem fati terminis continetur. ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον destinatum) αἴσῃ, fato mortis, Π, 441. X, 179. καὶ ἐν θανάτοιό περ αἴσῃ, etiam in morte, Ω, 428. et 224, εἰ δέ μοι αἶσα τεθνάμεναι παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν, si mihi fato constitutum est mori ibi. οὐ νύ σοι αἶσα, tibi non est fato datum, Π, 707. λαχὼν ληΐδος αἶσαν, sortitus prædæ portionem, Σ, 327. σὲ κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροισι, A, 418, te malo fato peperi. κακῇ αἴσῃ ἀπὸ πασσάλου τόξα ἑλόμην, E, 209. mala fortuna arcum sumsi. τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, I, 378, æstimo eum in parte Caris: ubi vide Κὰρ, in R, breviter: καρὸς est pro κηρὸς, mortis: est mihi æque carus ac mors ipsa, i. e. odi et aversor eum ut mortem. οὐ γάρ οἱ αἶσα, τῆδε ὀλέσθαι, non ei fatale est, hic perire, ε, 113. et 206, εἴγε μεν εἰδείης, ὅσσα σοὶ αἶσα κήδεα ἀναπλῆσαι, si quidem scires, quantas tibi fatale esset molestias exhaurire. et 288, ἔνθα οἱ αἶσα ἐκφυγέειν μέγα πεῖρας ὀϊζύος. ἔνθα πείσεται (patietur) ἅσσα οἱ Αἶσα, Κατακλῶθές τε βαρεῖαι γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, η, 107, quæcunque ei fatum et graves Parcæ nascenti neverunt filo suo. αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, fatale enim erat perire. Θ, 511. τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη ἡμῖν αἰνομόροις, ι, 52, tunc sane adversum Jovis fatum accessit ad nos infelices. ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ, errare me fecit numinis fatum adversum, λ, 61. cui opponitur ἀγαθὴ αἶσα vel τύχη, ἀγαθὸς δαίμων. εἴπω δὲ, ὅσα σοὶ αἶσα κήδεα ἀνασχέσθαι, ν, 306. ἔτι γάρ νύ μοι αἶσα βιῶναι, ξ, 359. ἐπεί νύ μοι αἶσα κατ' ἀνθρώπους ἀλάλησθαι, ο, 276, quia sane mihi fato impositum est per homines vagari. ἔτι γὰρ καὶ ἐλπίδος αἶσα, τ, 84, adhuc enim etiam sperare licet: *noch lässet sichs hoffen, (still it is to be hoped.)* sic et π, 101, ubi conf. ἀλητεύων. οὐδέ πω αἶσα ἦν, nondum fato concessum erat, ψ, 315, nondum fatale tempus aderat. κακῇ αἴσῃ Ὀδυσσεὺς ᾤχετο, τ, 259, malo fato proficiscebatur, *zum unglück, (to misfortune.)* λαχὼν ἀπὸ ληΐδος αἶσαν, ε, 40. ν, 138, portionem debitam ex præda consecutus. Quod autem αἶσα sit a δαίω, i. e. μερίζω, apparet ex ξ, 433, ubi αἴσιμα et δαιτρεύσων conjunguntur, et ubi sermo est de æquis portionibus in carnibus dissecandis, de rite dividendis æqualiter et κατὰ αἶσαν, *wie sichs gehöret, (as it is right, fit:)* fatum autem dividit mortalibus ut convenit iis. recentiores τὴν αἶσαν dixere et ἐπί τινος τάξεως, de ordine quodam. in Homero ergo αἶσα notat tria: τὴν εἱμαρμένην, τὸ καθῆκον καὶ προσῆκον, τὴν μερίδα. Vide sub Κλωθὼ, in R.

αἰσθάνω, αἴσθησις, vide sequens, et sub Ἀΐω.

ἀΐσθω, (Ἄω) exhalo, exspiro. factum a fut. ἀΐσω, inserto θ. ὁ δ' ἔβραχε, θυμὸν ἀΐσθων, vitam exhalans, Π, 468. αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, pro ἤϊσθε, Y, 403, ille vitam exspirabat et mugiebat. hinc est deinde αἰσθάνω, et ἡ αἴσθησις.

ἀμβολάδην, (Βάλλω) adverb. est ἀναβλητικῶς vel ἀναβολικῶς, ab ἀναβάλλειν, in altum ejicere, *aufwallen, in die höhe treiben oder werfen, (to shoot up, to throw up.)* λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, πάντοθεν ἀμβολάδην, Φ, 364, ubi est de aqua fervente, et notat ἀναζεῖν διὰ φλογὸς ὑπερβολὴν, καὶ ἄνω κάτω ποιεῖν τὸ ὕδωρ ἐν τῷ παφλάζειν. eandem vocem ponit Herodotus de fonte, ἔνθα ἱστορεῖ, κρήνην περὶ μέσας νύκτας ζέουσαν ἀμβολάδην. ἀναβάλλειν dicitur et de fodientibus, τὸ ἄνω ῥίπτειν τὸ χῶμα, et talem terram vocant τὴν ἀμβολάδα; cujus oppositum est, γῆν ἐπιβάλλειν, *erde drauf werfen, (to throw earth upon.)* ἀναβάλλεσθαι est et, τὸ πνεῦμα ἀνάγειν, *tief othem holen, (to breathe hard.)*

ἀμβολιεργὸς, vide sub ἀναβάλλω.

ἀμβρόσιος, ία, ιον. (Ῥέω) immortalis, divinus. dulcis, valde suavis. et ex hac posteriori notione est nomen proprium ὁ Ἀμβρόσιος, sicut et ὁ Νεκτάριος. ἀμβρόσιος ὕπνος, i. e. γλυκὺς, Β, 19. ἀμβροσίη νὺξ, i. e. γλυκεῖα, ob somnum dulcem, Β, 57. Κ, 41, 142. Σ, 268. Ω, 363. δ, 429, 574. η, 283. ι, 404. ο, 8. maxime autem nox habet hoc epitheton ob refectionem virium. sic, ἀμβροσίῳ ἐλαίῳ, Ξ, 172, i. e. εὐώδει, et maxime recreante. imo omnia valde pulcra et præstantia sic dicuntur. ἀμβροσίου πέπλου, divinam et fragrantem vestem, Ε, 338. ἑανὸν, vestem, Ξ, 178. 177, πλοκάμους, ubi sermo est de Junone, ornante se exquisitissimo modo. ἑανὸς, Φ, 507. ῥοδόεντι ἐλαίῳ ἀμβροσίῳ, Ψ, 187, quo ungit Venus corpus Hectoris mortuum, ne computrescat. ἀμβρόσια πέδιλα, de Mercurio, Ω, 341. α, 97. ε, 45. κάλλεϊ ἀμβροσίῳ, σ, 192, ubi est unguenti divini, recreantis et formam augentis, species: maxime σμῆγμά τι odoratum. sic et, Ξ, 170, ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς λύματα πάντα κάθηρε. et Π, 670, χρῖσον αὐτὸν ἀμβροσίῃ, inunge cum immortali oleo. et 680, ἔχρισε. ἀμβρόσιαι χαῖται, divina cæsaries Jovis, Α, 529. maxime autem ἡ ἀμβροσία, sc. τροφὴ, est cibus deorum, quo immortalitatem suam sustentant; ea dulcedine, ut mel nostrum ad eam collatum nonam dulcedinis partem habeat. hinc omne id, quod maxime recreat et reficit et jucunditate perfundit, ἀμβρόσιον dicitur, quasi ὑπεραναβαῖνον ῥοὴν, i. e. ὑπεράνω ὂν φθορᾶς. nox non solum suavis ob somnum, sed et recreans et alens plantas, quædam etiam animalia nutriens, et multa tuens a corruptione. equis quoque deorum apponitur ἀμβρόσιον εἶδαρ, Ε, 369. Ν, 35. et stant ἐπὶ ἀμβροσίαις κάπαις, ad præsepia, plena ambrosiæ, Θ, 434. poëta id liquidius ostendit, quid sit, Ε, 777, τοῖσιν δ' (equis divinis) ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε νέμεσθαι, crescere fecit ad pascendum: ubi est ἀνθηρόν τι, pabulum floribus suavibus et herbis permixtum. conf. ἀνατέλλειν. ἀμβροσίῃ vescitur Calypso, ε, 199, sed non Ulysses, 197, nam qui illam gustat, ἀθανατίζεται, quod Ulyssi fatale non erat. ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἀπορρὼξ, ι, 359, ubi sic vocatur vinum excellentissimum, gustu et odore mirifico et viribus quoque. ἀπορρὼξ ibi proprie pertinet ad νέκταρ. sic de cibo deorum, ε, 93. et μ, 63, πέλειαι φέρουσι ἀμβροσίην Διΐ. ἀμβροσίην θῆκε ὑπὸ ῥῖνα, δ, 445, ubi est εὐῶδές τι et corroborans. allegorice est ἡ ἀγαθὴ ἐλπὶς, καὶ τὸ διὰ τοῦ τοιούτου λόγου ἐλπίζειν, εἰς τὴν πατρίδα ἐπανελθεῖν. Vide sub νέκταρ.

ἄμβροτος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) immortalis, est cum α privativo, interserto μ euphonico. ἄμβροτον αἷμα, Ε, 339, 870, fluens ex vulnerato divino corpore. ἄμβροτοι ἵπποι, Π, 381, 867, quos dii Peleo donaverant. ἄμβροτα εἵματα, immortales vestes, putredini non obnoxias, Π, 670, 680. τεύχεα, immortalia arma, i. e. firmissima, Ρ, 194, coll. 195, quæ dii donaverant Peleo. et 202. θεὸς ἄμβροτος, Υ, 358. Ω, 460. θεὸν, Χ, 9. nam antiqui omnia, mutationi totali non obnoxia, vocabant deos, e. c. flumina, sidera; etiam virtutes, quarum subjecta quidem variant, ipsæ tamen assidue in aliis recurrunt. κρήδεμνον ἄμβροτον, vitta deæ, ε, 347. εἵματα, η, 260, 265. ω, 59. et sic dicuntur vestes pretiosæ. ἐλαίῳ ἀμβρότῳ, θ, 365, quo ungitur Venus. ἱστὸν, κ, 222, quo texens Circe utitur. νὺξ ἄμβροτος, λ, 329. δῶρα ἄμβροτα, σ, 190. θεὸν, ω, 444.

ἀμβωμοῖς, vide sub βωμὸς, et 'ΑΝΑ', prope finem.

ἄμβων, vide sub ἄκρις.

ἀμέγαρτος, ου. ὁ ἡ. (Ἄω) minime invidendus, si cum α privativo compositum concipitur, quem nemo suspicit aut veretur. sin cum α intensivo, est, quem cum magna molestia ferimus, valde molestus, intolerabilis. πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλεν, Β, 420, augebat laborem non

invidendum; vel et, non maligne, sed copiose datum, *τὸν ἀφθόνητον διὰ τὴν κάκωσιν: οὐδεὶς γὰρ φθονεῖ, ἐπὶ κακοῖς.* Sed potius h. l. cum *α* intensivo, *τὸν εἰς μέγα αἰρόμενον, eine sehr hoch gekommene mühseligkeit, (a very great hardship.) ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμὴν,* excitans difficilium ventorum intolerabilem flatum, λ, 399, 406, i. e. *εἰς μέγα αἰρομένην.* vel: benigne et largiter, non invidâ manu, datam spirationem. *πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις, ἀμέγαρτε συβῶτα,* ρ, 219. et φ, 362, *πῆ δὴ καμπύλα τόξα φέρεις, ἀμέγαρτε συβῶτα,* ad Eumæum; quo agis vel fers, subulce invidiâ non digne, *ὁ εὐτελὴς καὶ ἄζηλος, ᾧ οὐκ ἄν τις φθονήσοι τοῦ συβωτεῖν:* imo et *ἀχρεῖος*, non pro re magnâ habendus, *καὶ διὰ τὴν ἀτεχνίαν ἀμέγαρτος. du taugenichts, du unnützer, (thou worthless, good for nothing fellow.)* pertinet hæc, sicut plurima alia, inter voces subtiles vix sibi pares in aliis linguis habentes; et cogitationum plus quam aptæ versionis præbentes. in Hesiodi Θεογονίᾳ, 666, est: *μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν,* pugnam arduam excitarunt; ubi ad etymologiam verbi respicitur, *εἰς μέγα αἴρω,* cum *α* intensivo. Germanorum *gross* in malo sensu fere par erit huic Græcæ.

'Αμείβω, f. ψω. (Βάω) muto, commuto, permuto, alterno, reddo quid pro accepto. *wechsele, erwiedere, setze darneben, (change, return.)* et est ab *ἅμα*, una, simul; et *βάω* in sensu activo, incedere facio. *ὃς πρὸς Διομήδην τεύχεα ἄμειβε,* (imperf. pro *ἤμειβε*) qui cum Diomede arma commutabat, Z, 235. *ἀρήϊα τεύχεα ἄμειβον,* arma componebant et commutabant, Ξ, 381, sic ut imbecilliores darent arma sua graviora et validiora fortioribus; fortiores vero sua imbecilliora arma imbecillioribus. *ἔντεα ἄμειβεν,* P, 192, Hector mutabat arma; sua propria exuens, et Achillis arma loco eorum sibi induens. *ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων,* Λ, 546, unum genu cum altero lentis passibus alternans, i. e. *βραχὺ προποδίζων, καὶ μὴ μακρὰ βιβάζων, mit kurzen schritten, (with short steps,) προϊὼν ἠρέμα ἢ ἠρέμα ὀπίσω χωρῶν, allmählich sich zurückziehend, oder vorwärts rückend, (incessantly retreating or advancing.) οἱ ἀμείβοντες,* Ψ, 712, sunt *ξύλα ὑπανέχοντα τὴν στέγην, ἅπερ σύνδυο, ἐξ ὑποστασέως τῆς κάτω, ἄνω συναγόμενα ἀντερείδουσιν ἄλληλα,* tigna tecti, quæ pedibus distant, capitibus vero sibi invicem obnituntur, *die dach-sparren, die sich oben an einander stemmen, und unten weit von einander stehen, (the rafters of the roof, which join at top, but stand wide apart at bottom.)* et his comparat duos luctatores, qui *τὰ μὲν ἄνω εἰς ἓν ἥκουσι, κατὰ τὰς δοκοὺς, καὶ ἐρείδονται: τὰ δὲ κάτω διεστῶτές εἰσιν.* et vide ex his veritatem etymologiæ: nam his duobus posterioribus locis maxime proprie positum hoc verbum. *οἱ μὲν ἀμειβόμενοι φυλακὰς εἶχον,* alternantes, et sibi invicem succedentes, vigilias agebant, I, 467. nam succedentes sibi, congrediuntur eodem loco. *ἀμείβεσθαι* in media forma in genere est, excipere per successionem; sic Eurip. Rhes. 615, *ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος,* donec nox exceperit lucem succedentem sibi. et 639, *λόγοις αὐτὸν ἀμείψομαι,* confabulabor cum eo, excipiam eum sermonibus. *Μοῦσαι, αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ,* A, 604, quæ alternantes canebant voce suavi, *sungen eine um die andre, (sung one after another;)* vel et, *ἠμείβοντο τὸν Ἀπόλλωνα,* 603, *ὑπ' ἐκείνῳ γὰρ ὡς κορυφαίῳ τῆς ᾠδῆς, ᾄδειν αὐταὶ λέγονται, er fänget an und singet erst; sie erwiedern ihn, und singen darauf ebenfalls, (he begins and sings first, they then likewise sing and answer him;)* et quidem *ἀμειβόμεναι* quoque *ἑαυτὰς ἐν μέρει.* hinc *ἀμοιβαῖοι λόγοι, wenn einer dem andern antwortet, und einer um den andern redet, (when one answers the other, and one speaks after another;)* quale exemplum est in Virgilio, Ecloga 3; et in Horatio Lib. 3, Ode 9. et *οἱ ἐπημοιβοὶ ἐπίκουροι,* qui succedunt in locum defatigatorum, *die ablösen und helfen, (who relieve, take the place of.) ψυχὴ, ἐπεί κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων* I, 409, vita, si commutaverit septum dentium et transierit; et sermo est de morte. hinc *ἀμείβεσθαι ὁδὸν,* progredi per viam. *ἀμειβόμενος προσηύδα,* P, 33, vicem loquendo reddens alloquebatur eum, *er antwortete und sprach zu ihm, (he answered and said to him.)* sic et Ξ, 270. *ὁ δὲ ἀμείβετο,* pro *ἠμείβετο, versetzte, erwiederte, (answered, replied.) ἀμείβετο μύθῳ,* regerebat verbis, Ω, 200, 424, et est is ablativus. *τὸν δ' ἠμείβετο ἔπειτα Ἀχιλλεὺς,* A, 121, 172, 413, 544, 551. et plena phrasis est Γ, 171, *τὸν δ' Ἑλένη μύθοις ἠμείβετο,* ubi vides accusativum personæ cui respondetur, et ablativum rei quæ respondetur. sic et 437, coll. 199. Δ, 317. E, 375. Z, 359. *ὅς μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,* H, 356. sic et O, 48. Ψ, 557. *τὸν ἠμείβετο ὁ,* Θ, 145, 151. K, 60, 128. Λ, 654. N, 231. Ξ, 52, 193. O, 92, 200. Π, 439. P, 715. Σ, 127, 181, 393, 428. T, 28. Υ, 132. *τὸν μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπεν αὐτὸς,* Ψ, 794. *ὄφρα τί μιν προτιείποι ἀμειβόμενος ἐπέεσσιν,* ut aliquid eum alloqui posset regerens verbis, X, 329. *τὸν δ' υἱὸς Καπανῆος ἀμείψατο,* respondit ei, Δ, 403. *Ἀντίλοχος Ἀχιλλέα δίκῃ ἠμείψατο,* Ψ, 542, ex jure regessisset. *οὔτις ἀνὴρ τάδε φάρμακα ἀνέτλη, ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων,* κ, 328, ubi ellipsis sic est supplenda, *οὗ τὸ ἕρκος ὀδόντων ἀμείψεται τὸ φάρμακον,* et est *περίφρασις τοῦ πίῃ,* per *σχῆμα πρωθυστέρου,* cum quod prius natura est, *τὸ* transire per septum dentium, posterius ponitur: *πρῶτον* vero est adverbium. cujus septum dentium primum transierit hoc medicamen. *τοῦ γὰρ πιεῖν προτερεύει τὸ, ἀμείβεσθαι ἕρκος ὀδόντων.* simul indicativus ionice positus pro conjunctivo *ἀμείψηται,* i. e. *παρέλθῃ.* ergo hoc *ἀμείβεσθαι ἕρκος ὀδόντων* est aliud ac in Iliade: nam hic non est *ἐκ τῶν ἔσω ἔξω,* sed *ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὰ ἔσω ἰέναι. ἀμειβόμενοι κατὰ οἴκους,* α, 375, vices epularum instituentes per circulum in domibus vestris, et hæc erat species *ἐράνου,* quam Germani vocant *ein kränzchen, wenn die tractirung reih*

umgehet, (a sort of club in which each in turn entertains the rest.) sic et β, 140. ὀρχήσθην ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ ταρφέ' ἀμειβομένω, θ, 379, i. e. ὀρχούμενοι ἀνὰ μέρος πυκνῶς, sie wechselten oft im tanzen einer um den andern. ein jeder tanzte solo, (they frequently succeeded each other in dancing, each danced alone.) τὸν δ' ἠμείβετο ἔπειτα Ἀθήνη, α, 44, 80. γ, 102, 202. ἡ δ' αὐτίκα ἀμείβετο δῖα θεάων, δ, 382, 398. ὁ δὲ πάντα νόει, καὶ ἀμείβετο μύθῳ, ζ, 67. ὁ δέ με αὖτις ἀμείβετο νηλέϊ θυμῷ, ι, 272. et 287, ὁ δέ με οὐδὲν ἀμείβετο νηλέϊ θυμῷ. 368. et 506, ὁ δέ με οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ. οἱ δ' ἄνεῳ ἐγένοντο, πατὴρ δ' ἠμείβετο μύθῳ, κ, 71. et 487, αὐτίκα. οἰμώξας, λ, 59. et 224, νῶϊ μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβόμεθα, nos sic alternabamus inter nos verbis, wir wechselten so worte mit einander, (we thus exchanged words with each other.) et 562, μὲ οὐδὶν· αὐτίκα δ' Εὐρύλοχος στυγερῷ μ' ἠμείβετο μύθῳ, μ, 278, odii et indignationis pleno, Eurylochus voll unmuth, (Eurylochus full of indignation.) τὸν δ' αὖτε προσέειπε γυνὴ καὶ ἀμείβετο μύθῳ, ο, 433. et 438, τοῖς δ' αὖτις προσέειπε γυνὴ καὶ ἀμείβετο μύθῳ. ubi vides, hos duos casus personæ cui respondetur, esse indifferentes ad προσειπεῖν, et 484, τὸν δ' αὖ διογενὴς Ὀδυσσεὺς ἠμείβετο μύθῳ. σίγα, μή μοι τοῦτον ἀμείβεο πολλὰ ἐπέεσσιν, tace, nec mihi huic multa regere verbis, ρ, 393. ὣς τὼ μὲν χαλεποῖσιν ἀμειβομένω ἐπέεσσιν ἕστασαν, γ, 148. ἐξαῦτις μύθοισιν ἀμειβομένη προσέειπεν, δ, 234. et 375, ἐγώ μιν ἀμειβόμενος προσέειπον. et 471, ὁ δέ με αὖτις ἀμειβόμενος προσέειπεν. et 484, ἀλλὰ καὶ ὥς μιν ἐπέεσσιν ἀμειβόμενος προσέειπον. et 554. et 706, ὀψὲ δὲ δή μιν ἔπεσσιν ἀμειβομένη προσέειπεν. καὶ τότε δή μιν, ε, 96. ἀλλὰ καὶ ὥς μιν, ι, 258. αὐτὰρ ἐγώ μιν, κ, 336. λ, 79. et 81, νῶϊ μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβομένω στυγεροῖσιν ἥμεθα, ubi sermo est de Ulysse vivo, et anima Elpenoris apud inferos. ergo est, verbis tristibus et misericordiæ plenis. et 464, νῶϊ μὲν ὣς ἐπέεσσιν ἀμειβομένω στυγεροῖσιν ἕσταμεν ἀχνύμενοι, stabamus mœsti, alternantes inter nos verbis tristibus. καὶ τότε μὶν μύθοισιν ἀμειβομένη προσέειπεν, τ, 252. ἐξαῦτίς σφε ἔπεσσιν ἀμειβόμενος προσέειπεν, φ, 206, eos ambos. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, ω, 60, alternantes voce pulcra. et 349, ἐξαῦτις μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπεν. οὐδέ τις ἔτλη Τηλέμαχον μύθοισιν ἀμείψασθαι χαλεποῖσιν, β, 83. et 84, Ἀντίνοος δέ μιν οἶος ἀμειβόμενος προσέειπεν. Ἀντίκλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν ἤθελεν, δ, 286. ἐπεὶ θήν μοι καὶ ἀμείψασθαι θέμις ἐστίν, π, 91. χαλεποῖσιν ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν, Ψ, 489. et 492, μηκέτι νῦν χαλεποῖσιν ἀμείβεσθον ἐπέεσσιν, Αἶαν Ἰδομενεῦ τε, κακοῖς. ubi est sine casu personæ. εὖ σε δώροισιν ἀμειψάμενος ἀπέπεμψε, ω, 284, bene te donis remunerans dimisisset.

ἀμείλικτος, ου. ὁ ἡ. (Μέλω) non lenis et mitis, sævus, non placabilis aut placatus, non suavis. ἀμείλικτον ὄπα ἤκουσαν, vocem duram, Λ, 137. sic et, ἤκουσε, Φ, 89.

ἀμείλιχος, ου. ὁ ἡ. (Μέλω) idem. qui blandis verbis non lenitur. ἀΐδης ἀμείλιχος, mors implacabilis, I, 158. et 568, ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα, de furia. ἄνακτος ἀμειλίχου, immitis heri, Ω, 734.

ἀμείνων, ονος. ὁ ἡ. (Νέω) melior, utilior, constantior, fortior. ab α intensivo, et μένω, maneo, persto, adsum, cupio: ut ergo hoc nomen, comparativi notionem habens, maxime significet valde constantem et certum, cui fidere præ aliis possis, valde probandum, cui mens sit valde fida et stabilis. εἰ τόγε ἄμεινον, si id est præstantius, A, 116. et 217, ὣς γὰρ, sic enim est melius. et 274, πείθεσθαι ἄμεινον, obsequi utilius est. αὐτὸς βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων, A, 404, ipse viribus præstantior patre suo. Ἀχιλλῆα, οὗ μέγα ἀμείνονα φῶτα, se longe præstantiorem virum, B, 239, sc. Agamemnone: et videtur Thersites laudare Achillem; sed ambigue tamen. nam fortasse Thersites anteponebat se Achilli, etsi Achillem præferat Agamemnoni. τῷ κλέπτῃ ἢ ὁμίχλη ἀμείνων ἐστὶ νυκτὸς, Γ, 11, ubi nomen in sensu primo, furi nebula densa magis adsistit et favet quam nox: noctu enim apponuntur custodes gregibus, interdiu minus attente custodiuntur. υἱὸν ἐγείνατο, οὗ χείρονα μάχῃ, ἀγορῇ δὲ ἀμείνω, pro ἀμείνονα, extruso ν et facta contractione, Δ, 400, genuit filium, deteriorem se in pugna, sed præstantiorem in concione et ad loquendum. οἵ τις ἐν Λυκίῃ σεῦ εὔχεται εἶναι ἀμείνων, gloriatur se præstantiorem esse te, E, 173. et 411, μή τις αὐτῷ, ἀμείνων σεῖο, μάχηται, ne quis cum eo pugnet, qui fortior est te et magis cedendi nescius: ubi quoque vides significatum primum. ἀνδρὸς ὤφελλον ἀμείνονος εἶναι ἄκοιτις, viri fortioris et constantioris, Z, 350. et 479, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων, patre etiam multo fortior et præstantior hic est. σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι, Ἕκτορι, cum Hectore, te fortiore, pugnare ne velis, H, 111. et 114, ὅσπερ (Hector) σεῦ (te, O Menelaë) πολλὸν ἀμείνων. sic et de Achille, Π, 709. et Patroclo, Φ, 107. apparet ergo bellicus et primarius significatus hujus comparativi. nam orbis antiquus maxime admiratus est virtutes militares: et hinc orta sunt pleraque laudum nomina. et 358, οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι, sententiam aliam hac præstantiorem. sic M, 232. οὐ γάρ τις νόον ἄλλος ἀμείνονα τοῦδε νοήσει, I, 104. et 256, φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων, humanitas enim præstantior. et 423, ὄφρα ἄλλην φράζωνται ἐνὶ φρεσὶ μῆτιν ἀμείνω. ἀμείνονας ἵππους, præstantiores equos, K, 556. βίῃ δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων, hic viribus longe præstantior, Λ, 786. et 469, ἀλέξειν γὰρ ἄμεινον, præstat opitulari et defendere. νῦν δ' εἴη, ὃς τῆσδέ γ' ἀμείνονα μῆτιν ἐνίσποι, nunc utinam sit, qui melius consilium indicare possit, Ξ, 107. ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων παντοίας (κατὰ) ἀρετὰς, ἠμὲν πόδας ἠδὲ μάχεσθαι, καὶ νόον, O, 641, ubi quoque vides, quo sensu ἀμείνων dicatur, bellico nimirum præcipue. et 509, ἡμῖν δ' οὔτις τοῦδε νόος καὶ μῆτις ἀμείνων. et 139, ἤδη γάρ τις, τοῦδε βίην καὶ χεῖ-

ρας ἀμείνων, ἢ πέφαται ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται. ἀγορῇ δὲ ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι, Σ, 106. πρόσθε μὲν ἐσθλὸς (Hector) ἔφευγε, δίωκε δέ μιν μέγα ἀμείνων, (Achilles) X, 158. et 333, αὐτοῦ ἀοσσητὴρ μέγα ἀμείνων, ejus defensor longe fortior. μήτι (consilio et prudentia) τοι δρυτόμος μέγα ἀμείνων, lignator longe fortior, Ψ, 315. et 479, πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι, præstantiores adsunt. et 605, βέλτερον αὖτε ἀλέασθαι, ἀμείνονας ἠπεροπεύειν, aptius etiam est, cavere, ne quis fortiores et præstantiores decipiat. οὐ μήν οἱ τόγε κάλλιον, οὐδὲ ἄμεινον, Ω, 52, non sane ei id pulcrius neque utilius; et comparativus est, ut apud Romanos sæpe, pro, non nimis pulcrum et utile. εἰ δὲ ὑμῖν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον εἶναι, α, 376. β, 141. et 180. ἐγὼ σοῦ πολλὸν ἀμείνων μαντεύεσθαι, te longe præstantior ad vaticinandum. οὔ τι πάρα ἄμεινον προνοῆσαι, ε, 364, nihil adest utilius ad providendum. θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισιν τελέθει, η, 51. et 310, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. sic et ο, 71, i. e. πάντων μέτρον ἄριστον. ἔπος, ὅπερ ἄῤῥητον ἄμεινον, ξ, 466, i. e. ὅπερ ἄμεινον ἦν ἄῤῥητον ὄν. μή τίς σοι τάχα Ἴρου ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ, σ, 333, fortior Iro; et intelligit suum Eurymachum, quo fidebat hæc superba ancilla. τετευχῆσθαι γὰρ ἄμεινον, fortius et utilius est, armari, χ, 104. et 156, τῶν δὲ σκοπὸς ἦεν ἀμείνων, et horum speculator erat magis industrius. et 374, ὡς (quam) κακοεργίης εὐεργεσίη μέγα ἀμείνων. ἦ μάλα τίς σε θεῶν εἶδός τε μέγεθός τε ἀμείνονα θῆκεν ἰδέσθαι, ω, 373, nam sic legunt quidam; pro quo alii habent ἀμύμονα.

ἀμείρομαι, vide ἀμείρω, et sub ἀσπαίρω, ad initium.

ἄμειρος, vide ἥμερος.

ἀμείρω, (Μείρω) non tribuo, privo parte sua. vide simplex ΜΕΙ'ΡΩ, ad finem.

Ἀμέλγω, f. ξω, (Ἕλω) lac ex uberibus exprimo, *ich melke, (I milk.)* est ab α intensivo et continuativo, et ἕλκω, traho, tracto, conflatum verbum; quod et dicitur per ἀφαίρεσιν, μέλγω. μῆλα πάντα, ὅσα ἤμελγε, omnes pecudes, quas mulgere solebat, ι, 238. et 244. ἑζόμενος δ' ἤμελγε ὄϊς (pro ὄϊας, oves) καὶ αἶγας, mulgebat. et 308, ἤμελγε κλυτὰ μῆλα. et 341, ὄϊς. quibus locis de Cyclope. ὄϊες, ἀμελγόμεναι γάλα λευκὸν, quæ mulgentur et præbent lac, Δ, 434. μ huic verbo per usum et euphoniam est intersertum; nisi malis dicere, esse ab ἅμα, simul, et ἕλκω, quia mulgendo plures rumæ uberis pecuini trahi solent: ionice mutato spiritu. ὁ ἀμολγεὺς, έος, mulctra, *der melkeimer, (the milk pail,)* Theocrit. 8, 87.

ἀμελέω, f. ήσω. (Μέλω) non curo, curam non habeo. Αἴας δ' οὐκ ἀμέλησε (pro ἠμέλησε) κασιγνήτοιο πεσόντος, Θ, 330, non neglexit fratrem cadentem, sed accurrens protexit eum. sic, ἑταίρου, N, 419. sed, P, 9, Πατρόκλου, sinebat hostili animo, sc. ἵνα σκυλεύσῃ, ut spoliaret armis occisum. et 697, οὐκ ἀμέλησε Μενελάου ἐφημοσύνης, non neglexit mandatum Menelai. τημελέω, f. ήσω, curo accurate, est verbum Homero recentius. Eurip. Iphig. A. 731, παρθένους τημέλει, cura virgines filias. ἐπιμελέομαι, curam gero, sum præfectus operis. unde ὁ ἐπιμελητὴς, οῦ, Theocrit. 10, 54.

ἄμεναι, vide sub ἄδω, prope finem.

ἀμενηνὸς, ὴ, όν. (Νέω) sine robore et viribus, sine nervis, sine subsistentia firma, ἤ κεν ζὼς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῦ τυπαῖς, E, 887, aut fortasse debilis fuissem ab ictibus ferri, *wäre zu nichte gehaven worden, so verwundet dass ich nachher kraftlos geblieben, (should have been so cut up, so wounded as to be left disabled,)* etsi vivus quomodocunque. νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, mortuorum personas inanes, i. e. mortuos, sine nervis aut vera aliqua subsistentia exsistentes, sed umbras tantum, κ, 521, 536. λ, 29, 49, in quibus nulla caro, nullus sanguis, nullum robur, quia vanæ sunt imagines. δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων, duæ portæ inanium somniorum, quæ sunt εἴδωλα tantum, τ, 562, ad similitudinem τῶν σκιῶν, quæ nec tangi nec tangere possunt.

ἀμενηνόω, f. ώσω. (Νέω) sine viribus et effectu facio. ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν, cuspidem ejus inutilem fecit, ut vires non haberet, N, 562, i. e. ἠχρείωσε.

ἀμέργω, f. ξω. (Ἕλω) exprimo, extergo, *ich drücke aus, (I press out,)* idem quod ὀμόργω. dicitur et μέργω. est cum ἀμέλγω quoque idem fere. Vide sub ἐναμέλγω.

ἀμέρδω, f. σω. (Μείρω) notat proprie, ἀποστερέω μερίδος, privo aliquem portione ei debita, ab α privativo et μερίζω, non attribuo in divisione partem. in specie est, privo aliquem facultate videndi, ἀμαυρόω, ἀποστερέω τοῦ μέρδειν, i. e. βλέπειν, ut notet στέρησιν ὄψεως, et ponatur ἐπὶ τυφλότητος καὶ σκοτώσεως. deinde in genere est, privo, facio ne quis sit particeps. ὄσσε δ' ἄμερδεν (pro ἤμερδεν) αὐγὴ ἀπὸ κορύθων, splendor a galeis perstringebat oculos, N, 340, *blendete die augen, (dazzled the eyes.)* ὁπότε τὸν ὁμοῖον ἀνὴρ ἐθέλῃ ἀμέρδειν, privare parte sua, Π, 53, στερῆσαι μερίδος. μὴ αὐτὸς φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς, ne priveris vita tua, X, 58. ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, pro ἤμερσε, oculis quidem privavit eum, θ, 64, i. e. permisit Musa, ut casus aliquis eum privaret visu. nam et casus fortuiti subjacent dei nutui. hinc precabatur aliquis veterum in nimia felicitate: ὦ Ζεῦ, μίξον τὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυστύχημα: ut ostenderet, καὶ τὸ κακὸν εἶναι θεόσδοτον. τεύχεα ἀκηδέα (arma ista neglecta) καπνὸς ἀμέρδει, fumus privat nitore suo, τ, 18, ἀφανίζει, σκοτίζει. οὐδὲ δαιτὸς ἀμέρδεαι, neque relinqueris sine portione tua in cœna, φ, 290, *dir wird dein antheil essen und trinken nicht geweigert, (thy share of meat and drink is not denied thee:)* ubi ἀμέρδειν est in sensu primo, ἀποστερεῖν μερίδος. Vide sub ἀλαόω.

ἀμερμηρεὶ, vide sub μερμηρίζω, ad finem.

ἀμέτρητος, ον, ὁ ἡ. (Μείρω) quem metiri nemo potest, quem nemo metitur. πένθος ἀμέ-

τρητον, luctum immensum et infinitum, τ, 512. ἔτι ὄπισθεν ἀμέτρητος πόνος ἔσται, πολλὸς καὶ χαλεπὸς, ψ, 249, adhuc futurus est labor cujus magnitudinem determinate dicere non possum, ὃν οὐκ ἔστι μετρῆσαι.

ἀμετροεπὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἔπω) est ὁ ἀπεραντολόγος, μὴ μέτρον εἰδὼς λόγου: etiam, ὁ ἐν τῷ λέγειν ἄτακτος, μέτρον γὰρ ἡ τάξις. *der übermässig und unordentlich durch einander redet, ein schwätzer und wäscher, (an immoderate and irregular talker, a babbler, a prater,)* πολυλόγος. Θερσίτης μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, Β, 212. apud Sophoclem Philoctetes laudat Thersitem; sed et ipse inimicus Ulyssi. ergo ibi ex decoro personæ scriptum a Sophocle.

ἀμηγέπῃ, vide Ἀμός.

ἀμητὴρ, ῆρος. ὁ. (Ἀ) collector, messor. *ein erndter, (a reaper.)* parabola de iis est Λ, 67, seqq. ὥστε ἀμητῆρες. ubi nota; solebant prisci θερισταὶ se ita dividere, ut alii ab alio extremo segetis inciperent, et deinde in medio agro finirent: et certamen inter eos esse solebat, utra pars prior ab extremo suo ad medium colligendo et metendo perveniret. ad hunc morem respicit parabola.

ἄμητος, ου. ὁ (Ἀ) collectio, comprehensio, in specie frumenti metendi. messis. ὁ τῶν σπορίμων: συναγωγή τις διὰ χειρῶν καὶ αὐτὸς ὤν. accentus in hac voce variat significatum; ut ἄμητος sit ὁ καιρὸς τοῦ ἀμᾶν· ἀμητὸς δὲ, αὐτὴ ἡ τοῦ ἀμᾶν ἐνέργεια καὶ ὁ τεθερισμένος καρπός. ἄμητος δ' ὀλίγιστος, Τ, 223, ubi id vult Ulysses suadens Achilli, pugnæ præcupido: τροπῆς γενομένης (τοῦτο γὰρ ἡ κλίσις τῶν ταλάντων Διὸς δηλοῖ i. e. si fortuna Trojanorum cadit et mutatur) si inclinatur acies hostium, πολλὴ μὲν πεσεῖται καλάμη, 222, i. e. σώματα πολλά· ἄμητος δὲ, i. e. καιρὸς τοῦ ἀμᾶν καὶ διώκειν καὶ ἀναιρεῖν, ὀλίγος ἔσται· οἱ γὰρ διώκοντες ταχὺ κορέννυνται, διὰ τὸν λιμὸν· (nam Achilles volebat pugnare, suosque in prælium ducere ante quam corpora cibo potuque curassent; quod Ulysses dissuadebat) dicit igitur Ulysses, ὅτι ἐὰν μὴ προδειπνήσωμεν, ὀλίγον καιρὸν διώξαντες καὶ πολλὰ πολεμίων σώματα καταβαλόντες, ταχὺ κορεσθησόμεθα τοῦ διώκειν, i. e. cito cessabimus a persequendo. nam qui fame laborant, etiamsi prœlio vincant, delassati fame non possunt diu persequi cedentes hostes eosque premere. ergo cibo curemus corpora ante, ut id tempus messis, i. e. cædendi hostes, si fortuna nobis favet, possit esse longius.

ἀμηχανία, ας. ἡ. (Μάω) hæsitatio, quando consilium nullum reperitur, difficultas magna, *wenn man nicht weiss was man machen soll, oder wie man es machen soll, bey oder wieder etwas, (when one knows not what to do, or how to act, in regard to a person or thing.)* ἀμηχανίη δὲ εἶχε θυμὸν, defectus consilii tenebat animum, ι, 295, in antro Cyclopis inclusorum.

ἀμήχανος, ου. ὁ ἡ. (Μάω) qui consilium agendi nullum novit aut invenit, vel ob difficultatem rei, vel ob animi debilitatem, ὁ μὴ ἔχων μηχανὴν, ἀλλὰ ἄπορος, ἢ οὐ βαθὺς τὰς φρένας. ponitur et pro ἄδολος, ἀπόνηρος, simplex, non astutus aut insidiosus. etiam pro, κακομήχανος, ut α sit intensivum: vel et pro, nimius in conando et agendo et proponendo sibi. sic apud Theocr. Id. α, 85, ibique Heinsius. ponitur etiam passive, contra quem consilium nihil valet, insuperabilis, ὁ δεινὸς καὶ δυσκατέργαστος, πρὸς ὃν οὐκ ἐστί τι μηχανήσασθαι, ἀνάλωτος μηχαναῖς, contra quem consilium non reperitur. ἔνθα κε λοιγὸς ἔην καὶ ἀμήχανα ἔργα γένοντο, Θ, 130, ibi sane clades fuisset, et res accidissent quarum exitum reperire non licuisset, quibus mederi aut obsistere non valuissent illi. sic et Λ, 310. ubi ergo in sensu passivo. nisi malis intensivum α statuere: res, quæ nimis urgerent. nam sic est K, 167, σὺ δ' ἀμήχανός ἐσσι, γεραιὲ, at tu es nimius in operando, O senex, collato 164, nimis tibi agendum proponis. ἀμήχανός ἐσσι πιθέσθαι, N, 726, nimis obstinatus es consilio, ut obtemperare aliis nolis. νῦν αὖ τοῦτο ἀμήχανον ἄλλο τελέσσαι ἄνωγάς με, inquit Somnus ad Junonem, quæ jubebat, ut Jovem sopiret, Ξ, 262, hoc nimium factu, hoc arduum et periculosæ aleæ plenum. ἦ μάλα δὴ κακότεχνος σὸς δόλος, Ἥρη ἀμήχανε, inquit Jupiter experrectus ad Junonem; sane tamen omnino fraudulentus tuus dolus, O Juno pervicax et mali structrix, O, 14, ut α negativum detestationem consilii includat. σὺ δὲ ἀμήχανος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ, Π, 29, inquit Patroclus ad Achillem pertinacem in ira adversus Græcos: δυσπειθὴς, ἀνάλωτος ταῖς ἱκετείαις, ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῶν μηχαναῖς δυσαναλώτων φρουρίων. non es flectendus, nimis es durus. ἀλλὰ Ζεὺς ἀμήχανος ἤθελε, πολλοῖς θάνατον γενέσθαι, Τ, 273, Jupiter invictus, et contra quem consilia humana nihil valent: vel et, δυσμήχανος, iratus et mala consulens contra nos. ὤ μοι ἐγὼ σέο (σοῦ), τέκνον, ἀμήχανος, τ, 363, hei mihi, quam ego sum inops omnis consilii de te, O fili mi! *wie angst ist mir um dich, mein sohn, und weiss nicht was ich machen soll! (how anxious I am about thee, my son, and know not what to do!)* inquit nutrix fida de absente Ulysse. et 560, ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι, somnia ad interpretandum difficilia, nihil distincti loquentia, πρὸς οὓς οὐκ ἔστι κρίσιν τινὰ ὡρισμένην τεχνήσασθαι ἤτοι μηχανήσασθαι. οἳ μάτην οὕτω βλεπόμενοι, ἀμηχανίαν ἐμποιοῦντες τοῖς κατασκεπτομένοις αὐτοὺς, καὶ ἀκριτομυθίαν. vides ergo, ἀμήχανος esse vel, qui nescit quid agat, vel ex hebetudine animi, ut Euripides τὸν ἀμήχανον, i. e. εὐήθη, opponit τῷ πολυμηχάνῳ, vel ex magnitudine mali: præterea, contra quem nihil reperiri potest, ob duritiem ejus: denique, qui superandus non est, per α intensivum.

ἀμιθρέω, vide ἀριθμέω.

ἄμικτος, ου. ὁ ἡ. (Μίσγω) non miscens se, non mixtus, cum aliis non socians se.

ἄμιπποι, vide sub ἵππος, paullo ante medium.

ἀμιτροχίτων, ωνος. ὁ. (Χάω) non est ὁ

ἄζωστος, nam nusquam apud poëtam *ἡ μίτρα* simpliciter ponitur pro *ἡ ζώνη*: sed est *ὁ μὴ ὑποζωννύμενος μίτραν τῷ χιτῶνι*, i. e. *τῷ θώρακι, ἀλλὰ ἅμα τῷ θώρακι συνηρτημένην ἔχων καὶ τὴν μίτραν*, cujus mitra, non ut separata a thorace succingitur thoraci, sed quæ adjuncta jam est ipsi thoraci ut pars ejus. ut ergo sit *α* copulativum. nisi malis esse *α* privativum, et sic intelligere, quod thorax eorum omnino nullam habeat *μίτραν*, quam confer. Eustathius cum antiquis tamen mavult esse ex *ἅμα, διὰ τὸ ὁμοῦ τῷ θώρακι συνηρτῆσθαι τὴν μίτραν*, est epitheton militare Lyciorum, suo more armatorum, Π, 419. cave tamen, putes, notari h. l. armis exutos: nam id esset contra contextum.

ἀμιχθαλόεις, *όεσσα, όεν.* (*Μίσγω*) idem quod *ἄμικτος* fere, ex eoque factum, per paragogen *ἀμικτόεις*, et interserta syllaba *αλ*, *ἀμικταλόεις*, et tenuibus mutatis in asperatas. *ἐν τῇ γλώσσῃ τῶν Κυπρίων* hoc nomen idem notabat quod *εὐδαίμων*, beatus, felix, non permixtus malis aut vilibus. *εἰς Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν*, Ω, 753, in Lemnum felicem, ubi multa est copia bonorum. alii quidem hanc vocem exponunt, *ἀπρόσιτον*, difficilem accessu; vel quia olim *σίντιες οἱ Λήμνιοι καὶ πειρατικοί*, vel et, *διὰ τὸ πετρῶδες ἐν πολλοῖς*, quia fere importuosa ob petras littorales. sed præstat explicatio ex dialecto Cypria: nam qui vocem *ἅλς, ἡ*, inesse putant, latius vagantur.

ἄμμεναι, vide sub *ἄδω*.

ἄμμες, ἄμμι, vide sub *ἔγω*, paullo a fine.

ἀμμορία, *ας. ἡ.* (*Μείρω*) infortunium, *δυστυχία*. privatio boni. *Ζεὺς εὖ οἶδεν ἅπαντα, μοῖράν τ' ἀμμορίην τε ἀνθρώπων*, υ, 76, fortunam et infortunium, quæ bona iis tributa sint et non tributa.

ἄμμορος (æolice pro *ἄμορος*) *ου. ὁ ἡ.* (*Μείρω*) non particeps, sine parte, *ἄμοιρος*. deinde et, infaustus, infelix, malam fati partem nactus. *παιδά τε νηπίαχον, καὶ ἐμὲ ἄμμορον*, inquit Andromache ad Hectorem, Ζ, 408, et me infelicem. *σὲ ἅμα κλαίω καὶ ἐμὲ ἄμμορον*, inquit Helena de mortuo Hectore, Ω, 773. *οἴη* (*ἡ ἄρκτος*, sidus illud ursæ) *δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο*, Σ, 489, solaque non particeps est lavationum in Oceano, i. e. nunquam occidit. sic et ε, 275.

ἄμμος, vide *ψάμμος*.

ἄμνειον, vide *ἄμνιον*.

ἄμνιον, *ου. τό.* (*Θέω*) est *τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον*, quando mactantur victimæ, quasi *αἵμνιον, ἀγγεῖον εἰς ὃ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ἐδέχοντο*. attice vocabatur hoc vas *σφάγιον, εἰς ὃ πρῶτον αἷμα δεχόμενοι τῷ βωμῷ ἐπέχεον*, γ, 444. alibi legitur et *ἄμνειον*.

ἀμνοκῶν, *ὁ.* vide sub *νοέω*, ad initium.

ἀμογητὶ, (*Χάω*) adverb. sine magno labore et negotio. Λ, 636.

ἀμόθεν, ('Α) adverb. ex aliquo loco, ex aliqua parte. *von einem theile an, einiger maasen, (in some measure.)* α, 10, ubi nimirum poëta permittit Musæ, a quo potissimum loco, et a qua parte errorum Ulyssis, incipere velit narrare. In Iliade pæne necessarium erat initium ab ira Achillis: sed in Odyssea sunt multi errores Ulyssis: ex quocunque eorum malit Musa incipere, id perinde esse innuit. *ἀμόθεν* ergo est, *von einem theile der geschichte an, von welchem es will, (from some part of the history, be it which it will.)* sic *οὐδαμόθεν* est, *von nirgend an oder her, (from no part.)*

ἀμοιβαδὸν, vide *ἀμοιβηδίς*.

ἀμοιβὴ, *ῆς. ἡ.* (*Βάω*) permutatio, retributio, compensatio. *eine erwiederung, (a return, remuneration.)* *σοὶ δὲ ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς*, α, 318, tibi rursus ex me erit donum, quod dignum remuneratione pro tuo dono videri possit. *du sollst dagegen ein anstandiges wieder von mir erhalten, (thou shalt receive from me a handsome present in return.)* *καὶ ἄλλοις δίδου χαρίεσσαν ἀμοιβὴν σύμπασι Πυλίοις ἑκατόμβης*, γ, 58, comprecatur personata Minerva Jovem. retributionem gratam pro sacrificio isto. et eam non determinat, sed consilio Dei relinquit. *εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιεικέ' ἀμοιβὴν*, μ, 382, *eine annehmliche erstattung und ersetzung, (a suitable compensation and indemnity,)* ubi notat *ποινὴν*, dandam pro injuria illata: pœnam, supplicium. nam Sol ibi pœnam postulat pro occissis suis bubus, nunquam re ipsa compensandis. Eurylochus autem aliam *ἀμοιβὴν* pro iis mente conceperat et votis, 345, seqq. *χλαῖναν πυκνὴν καὶ μεγάλην, ἥ οἱ παρεχέσκετο ἀμοιβὰς*, pallium densum et magnum, quod ei præbebat facultates mutandi vestitum, ξ, 521, nam Eumæus, ut *ὄρχαμος ἀνδρῶν*, præfectus his suis viris, habebat duas *χλαίνας πρὸς ἀμοιβὴν*, ut commutare eas posset pro ratione tempestatis calidæ vel frigidæ. confer *χλαῖνα*. et h. l. manifesto videtur esse accusat. plur. quæ ei præstabat mutationes per vices: probari ergo ex hoc loco posse non videtur, quod *ἡ ἀμοιβὰς, άδος*, sit nominativus. et adde versum 522.

ἀμοιβηδὶς, (*Βάω*) adverb. per vices, *ἐναλλάξ*. *wechselsweise, einer um den andern, (alternately, one after the other.)* in communi dialecto idem dicitur *ἀμοιβαδόν*. *ἀμοιβηδὶς δ' ἐδίκαζον*, et jus dicebant per vices suas, Σ, 506, sc. *πρῶτον ἀνιστάμενος οὗτος, εἶτα ἐκεῖνος, μεθ' αὖς ἄλλος*, &c. vel et *κατὰ λαχμὸν καὶ κλῆρον ἄλλοτε ἄλλος*, ut Athenis fiebat. *ἀμοιβηδὶς δ' ἀνέφαινον δμωαί*, σ, 309, per vices ancillæ lumen curabant. conf. *ἀναφαίνειν*.

ἀμοιβὸς, *οῦ. ὁ ἡ.* (*Βάω*) mutuus, succedaneus. *ablösend, gleichthuend (relieving, succedaneous.)* *οἳ ἐξ Ἀσκανίης ἦλθον ἀμοιβοὶ ἠοῖ τῇ προτέρῃ*, qui die præcedente ex Ascania venerant succedanei, Ν, 793, et hi erant *τοῦ πολέμου διάδοχοι, τοῖς προτέροις ἴσοι*, qui in locum priorum ad pugnandum, succedebant, eodem animo et numero quo illi. Nam quia bellum per tot annos durabat, ex sociis provinciis sub-

inde veniebant nova auxilia, quæ prioribus succedebant, ut priores domum reverterentur. Sicut nostris temporibus vidimus quosdam milites Hungaros, in quorum locum quotannis novi veniebant, prioribusque vacationem a militia longinqua faciebant. nisi forte malis l. c. intelligere nobiles solos, ἀμειβομένους τὸν Πρίαμον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἐπικούρησε τοῖς Φρυξὶ ποτέ, ut in Γ, 184, seqq. dictum est a poëta: qui mutuum auxilium nunc præstarent Priamo, pro eo quod ipse iis multo ante præstiterat. Sed prius præstat: cur enim nunc demum venirent? vide contextum. Nam quod Eustathius h. l. addit, posse nos et intelligere πεζούς, ἀμοιβαίᾳ ποδῶν ἐναλλάξει ἀνύοντας τὴν ὁδόν: id mirum quantum frigidum est, et a dormitante magno illo viro scriptum; ex phrasi Λ, 546, petitum. est potius explicandum, ut primum diximus, ex Ι, 467. hinc Attici sumsere suam χάριν ἀμοιβόν, i. e. τὴν ἀντίχαριν, respicientes simul ad alteram illam, etsi h. l. falsam, explicationem.

ἀμολγαῖος, ἀμολγεύς, vide sequens, et sub Ἀμέλγω.

ἀμολγός, οῦ. ὁ. (Ἕλω) actio mulgendi, *das melken, (milking.)* it. tempus quo mulgeri solent pecudes, *die melke zeit, (milking time,)* ὅτι ἀμέλγονται τὰ ζῶα ἐκ νομῆς ἐλθόντα ἢ εἰς νομὴν ἀπιόντα: et quia id fiebat vel sera vespera, vel primo mane; hinc poni solet hoc nomen pro nocte intempesta, ut notet τὸ ἀκμαῖον τῆς νυκτός, quo tempore nemo fere extra tecta versari solebat. λέων, μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ, leó, grassans nocte intempesta, Λ, 173. Θῆρε δύω, μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ ἐλθόντε ἐξαπίνης, leones duo, venientes improviso noctu, Ο, 324. αὐγαὶ φαίνονται νυκτὸς ἀμολγῷ, radii fulgent noctu, Χ, 28, ubi sermo est de Sirio, vel Cane majore, oriente messis tempore. et quia tunc ante solem oritur ὁ Κύων, apparet, l. c. signari tempus matutinum sed tenebricosum adhuc, et τὸν πρὸς τῷ τέλει νυκτὸς καιρόν. et 317, ubi sermo est de Ἑσπέρῳ, stella nitidissime fulgente; ut appareat, ibi innui serum tempus vespertinum. ὥς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ, δ, 841, quod ad se accesserit lucidum et clarum somnium noctu: et quidem matutino tempore, quo somnia solent esse, si unquam, vera. quia igitur ὁ ἀμολγὸς plenam noctem notat, vel ante vel post mediam: hinc Attici ponere solent τὸν ἀμολγὸν pro τῇ ἀκμῇ, summo et perfecto gradu. ut ergo ex usu Attico ὁ ἀμολγὸς νυκτὸς sit, nox media, non præcise tamen. alii deducunt τὸν ἀμολγὸν a μολέω, vado, cum α privativo, et interserto, γ, ut notet tempus, καθ' ὃ οὐδεὶς μολεῖ ἢ μογεῖ, vadit et opus facit. sed artificiosior ista videtur esse etymologia. cæterum ὁ ἀμολγεὺς est ἀγγεῖον ποιμενικόν, ἐν ᾧ ἀμέλγουσι, *ein melkeimer, melkgrapen, (a milk-pail.)* et ἀμολγαίη μᾶζα apud Hesiodum (Ἔργ. 588.) est, *ein dichter kuchen von milch gebacken, milchbrod, (a thick cake made with milk.)*

ἀμοργή, ῆς. ἡ. (Ἕλω) herbæ species, ex qua fissa fiebat textum tenuissimum, simile nostro *nesseltuch, (muslin,)* unde sunt χιτώνια ἀμόργινα, translucentes vestes pretiosæ, Aristoph. Lys. 150.

Ἀμός, ή, όν. (Ἀ) unus, aliquis, est ex dialecto Ionica et Dorica, pro ὁ εἷς ἢ τὶς. hinc est οὐδαμός, non unus, non aliquis. sic et μηδαμός. et μηδαμῶς, non aliquo modo, κατ' οὐδένα τινὰ τρόπον, sic et οὐδαμῶς. et οὐδαμῇ et μηδαμῇ. et ἀμῶς, aliquo modo, μετρίως *einiger maassen, (in some measure,)* et ἀμῇ, id. et ἀμωσγέπως et ἀμηγέπη, i. e. ἐπ' ὀλίγον, μετρίως, κατὰ ἕνα τινὰ τρόπον, *auf einige art, (in some way.)* scribuntur hæc et per asperum, ἁμηγέπῃ. cæterum est ab α, unitatem notante. Vide ἡμός.

ἄμοτος, ου. ὁ ἡ. (Μόω) quod ejusmodi linteo concerpto expletum non est, vel expleri non debet vel potest. per consequens integer, perfectus, plenus, τέλειος, πλήρης, ἐντελής. neutrum adverbialiter in poëta occurrit, a metaphora cicatricum, quæ expletione nulla opus habent sed jam prorsus coaluerunt. Ἔρις, ἄμοτον μεμαυῖα, indesinenter, inexplebiliter cupiens contendere, Δ, 440. Ε, 518. Ἕκτορι ἄμοτον μεμαότες ἕποντο, cupidi sic, ut studio eorum addi nihil posset, Ν, 40. et 80, ἄμοτον μεμαότι μάχεσθαι. sic, μεμαώς, Χ, 36. ἄμοτον μεμάασι ἀκούειν αὐτοῦ, ρ, 520. ἄμοτον κλαίω σὲ τεθνηότα, Τ, 300, i. e. ἀπλήρωτον καὶ πολύ, ἀνενδεές, λίαν. Ἀντιλόχῳ ἄμοτον κεχολωμένος, Ψ, 567, ei maxime iratus, sic ut ira esset quasi hians ad ultionem. αἱ δὲ (ἡμίονοι) ἄμοτον τανύοντο, maximo studio contendebant, ζ, 83, i. e. εὐτόνως ἐκινοῦντο. notat ergo τὸ πλῆρες ἁπλῶς, *völlig, vollständig, (full, complete,)* καὶ μὴ κενὸν ἢ μοτοῦ δεόμενον. possis et dicere, compositum esse ex α intensivo, ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῶν μοτουμένων τραυμάτων: nam et sic notat μεστὸν καὶ πλῆρες: sed α privativum præstare videtur.

ἀμπεδίον, pro ἀνὰ πεδίον, vide sub πέδιον, sub medio.

ἀμπελεών, ἀμπελών, vide sub ἀλωή, prope finem.

ἀμπελόεις, εσσα, εν. (Πέλω) locus vitibus consitus, bonas et multas vites habens. Ἐπίδαυρος ἀμπελόεις, Β, 561, ubi epitheton attice est generis communis. Φρυγίη ἀμπελόεσσα, Γ, 184. sic, Πήδασος, Ι, 152, 294.

ἄμπελοι ἐφήμεροι, vide sub Αἰγαί in R.

ἄμπελος, ου. ἡ. (Πέλω) vitis, *der weinstock, weinrebe, (the vine.)* est ab ἄνω, superne, et πέλας vel πελάω, compositum nomen; quia istud φυτὸν humi serpere non debet nec solet, sed ad adminicula quædam se applicat et sic sursum surgit. possis et ab ἄνω πολεῖν compositum dicere. scholiastes Aristoph. ad Plut. 426, docet, Ionibus dici οἶνος, ὁ πηλός, unde ἄμπελος sit pro ἔμπηλος, quæ in se habeat τὸν πηλόν, vinum. unde et ὁ κάπηλος sit ὁ κακύνων τὸν πηλόν, qui vinum adulteret, caupo fallax. quæ omnia satis ingeniose. ἄμπελοι, αἵτε φέρου-

σιν οἶνον ἐριστάφυλον, ι, 110. et 133, ἄφθιτοι ἄμπελοι, perpetuæ vites possent ibi esse, quæ diutissime durare possent, οὐκ ἄμπελος, ω, 245. ἄμπελον χαμαῖτις, vide sub χάμαιξ.

ἀμπεπαλών, vide sub ἀναπάλλω, prope initium.

ἀμπεχόνη, ἀμπεχόνον, vide sequens.

ἀμπέχω, f. ἀμφέξω. (Χάω) circumhabeo, circumdo. dicitur et ἀμπίσχω. cæterum est Æolicum, pro ἀμφίχειν. ἅλμην (salsuginem) ἥ οἱ νῶτα καὶ ὤμους ἄμπεχεν, ζ, 225, circumhærebat in dorso et humeris. hinc est ἡ ἀμπεχόνη, et τὸ ἀμπέχονον, velamen.

ἀμπνέω, ἀμπνέων, vide ἀναπνέω.

ἄμπνυε, ἀμπνύνθη, ἄμπνυτο, vide ἀναπνύω.

ἀμπόνον, pro ἀνὰ πόνον, vide sub 'ΑΝΑ', prope medium.

ἄμπυξ, υκος. ὁ. (Χάω) funiculus elegans, quo colligantur crines in fronte. dictus διὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας. *ein zierlich haarband am vorderhaupte, dadurch die haare zurückgebunden werden, (a fillet on the front of the head for binding up the hair,)* διάδημά τι πρὸς ἀνάδεσιν τῶν τριχῶν. hinc est verbum ἀμπυκίζειν, i. e. τὰς ἔμπροσθίους τρίχας ἀναδεῖν, *ein stirnband, (a woman's frontlet.)* tribuitur mulieribus et equis. de Andromache dicitur, quod in luctu extremo dejecerit de capite, inter alia capitis ornamenta, etiam ἄμπυκα, Χ, 469, et solebat hic ἄμπυξ esse πεποικιλμένος χρυσῷ καὶ λίθοις. metaphorice ergo etiam equorum ornamenta aurata circa caput sic dicuntur.

ἀμπωτις, vide sub πλημυρίς.

ἄμυδις, ('Α) adverb. idem quod ἅμα, et vox Æolica. Simul, eodem tempore, congregatim, pari ratione et modo. ἄμυδις κῦμα κελαινὸν κορθύεται, confertim et simul nigra unda attollitur, Ι, 6. ἄμυδις κικλήσκετο πάντας ἀρίστους, convocavit eos, Κ, 300. et 524, θυνόντων ἄμυδις, concursantium congregatim, *haufenweise, (in crowds.)* ὀστέα πάντα ἄμυδις, Μ, 385, omnia ossa pariter, *alle insgesamt, (all together.)* ἐρχομένων ἄμυδις, Ν, 343, euntibus iis confertim. et 336, ἄμυδις κονίης ἱστᾶσιν ὁμίχλην, eodem tempore excitant nebulam pulveris. ἡ δὲ ἄμυδις καλέσασα θεούς, cum convocasset deos, *zusammen, (together.)* Υ, 114. et 158, ποδέσσι ὀρνυμένων ἄμυδις, concurrentium confertim et confestim. et 374, τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, commixta est vis eorum. παννύχιοι πυρῆς φλόγα ἄμυδις ἔβαλλον, per totam noctem jactabant flammam rogi pariter, sc. uterque ventus, Ψ, 217. μνηστῆρες ἄμυδις κάθισαν, δ, 659, sederunt simul, *sezten sich zusammen, (sat down together.)* μή με ἄμυδις στίβη καὶ ἔερση δαμάσῃ, ε, 467, simul, eodem tempore, conjunctis viribus. Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν, μ, 415, ubi notat σύγχρονον τῇ τοῦ νέφους ῥήξει καὶ τῇ ἐντεῦθεν βροντῇ τὴν τοῦ κεραυνοῦ ἐκδρομήν, *mit dem donner geschahe der einschlag des blitzes zu gleicher zeit, (that the lightning takes place at the same time with the thunder.)* sic enim solet, si quid fulmine percutitur, *blitz und schlag ist beysammen, (lightning and thunder occur together.)* sic et ibid. 413. ὀστέα πάντα ἄμυδις ossa omnia, nullo excepto. Sic et de βροντῇ καὶ κεραυνῷ ἄμυδις, i. e. eodem tempore simul, ξ, 305.

ἄμυλος, vide sub δρῦς, ad initium.

ἀμύμων, ονος. ὁ ἡ. (Μάω) nullo vituperio obnoxius, præstans, nobilis, dignationis plenus. est fere idem quod ἀμώμητος, qui non potest conspici in malam partem; ejusdemque originis. semper hæc vox in optimo sensu: cæterum προσώποις μόνοις ἡρωϊκοῖς ἐπιτίθεται καὶ θνητοῖς ἐνδόξοις, non vero immortalibus. est idem quod Romanis, *honoratus, nobilis. ruhmvoll, ruhmwürdig, (glorious, honourable.)* μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, post honoratum et omnibus egregiis ornatum Achillem, Β, 674. et 770, ἵπποι, οἳ φορέεσκον ἀμύμονα Πηλείωνα. nam erat nobilissimus genere, fortissimus, formosissimus, celebratissimus fama. sic de eodem, Ι, 694, μὴ ὄφελες λίσσεσθαι ἀμύμονα. et 181, ὡς πεπίθοιεν. ἵππους, οἳ φορέουσιν ἀμύμονα. Κ, 323. 'Αχιλῆος ἀμύμονος ἀντίον, Χ, 115, ubi Hector sic vocat hostem suum. nam sic solent heroes Homerici laudare laudanda etiam in hoste. ἔγχος ἀμύμονος Αἰακίδαο, Π, 140. Ἕκτωρ δὲ προσέειπεν ἀμύμονα Πηλείωνα, Χ, 278, coll. 279. Μίνως ἐτέκετο υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα, regem Cretæ, Ν, 451. ἀμύμονι Βουκολίωνι, filio natu maximo Laomedontis regis, Ζ, 22. et 155, Βελλεροφόντην. Τεῦκρος ἀμύμων, Θ, 273, 292. Πολυδάμαντι, nobili Trojano, Μ, 88, coll. 109. Ν, 790, Πολυδάμαντα. Ξ, 469. Μενέλαος, Ν, 641. Γλαῦκος, rex, Ξ, 426. Λυκάονος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε, nobilissimum et fortissimum, Δ, 89. Ε, 169. Δάρης, ἀφνειός, ἀμύμων, ἱρεὺς 'Ηφαίστου, dives, nobilis, et honoratus, sacerdos Vulcani, Ε, 9. Πατρόκλου ἀμύμονος, Ρ, 10. Λαομέδοντα, regem Troadis, Υ, 236. 'Αντήνορος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε, Φ, 546, utpote ex regio genere. 'Αντίλοχον, Ψ, 522. 'Αλκιμέδων, Π, 197. ἔτεκον υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε, Σ, 55, inquit Thetis de Achille. ἀμύμονα πείρεω υἱόν, Υ, 484. ἔκλαιε μόρον (fatum) οὗ παιδὸς ἀμύμονος, Ω, 85, sc. Thetis. εἰσί μοι παῖδες ἀμύμονες, Κ, 170, inquit Nestor. Πορθεῖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο, Ξ, 115. sic, Τρωὸς παῖδες, Υ, 231. Νηλῆος δώδεκα υἱέες, Λ, 691. ἀμύμονι ἑταίρῳ Λαοδόκῳ, nobili, Ρ, 698. ἕταρον, sc. Patroclum, Ψ, 137. μάντις, sc. Calchas, Α, 92. ἰητήρ, sc. Machaon, Λ, 834. sic et Æsculapius, Δ, 194, Λ, 518, qui unicus est ex numinibus veterum, quem Homerus vocat ἀμύμονα, non simpliciter tamen, sed cum addita arte, ἰητήρ, præstantissimus medicus. sic et νύμφη Νηΐς dicta ἀμύμων, Ξ, 444, quia νύμφη quidem est μακρόβιος, sed non ἀθανάτη absolute. ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, Α, 423, ad Ægyptios meridionales, qui sunt μακρόβιοι, et præstantes multis rebus. ἡνιόχους ἀμύμονας, Λ, 161, rectores equorum nobiles. γυναῖκας, formosas et artifices, Τ, 245. sic et Ι, 128, 270, ubi ἀμύμων maxime spectat genus, et formam, et

figuram, et ætatem, ut in his quatuor nil non laudabile sit. *γυναῖκα ἀμύμονα*, fœminam formosam et nobilem, Ψ, 263. *ἄκοιτιν*, Z, 374, Andromachen, et 171, *ὑπὸ ἀμύμονι πομπῇ θεοῦ*, i. e. *ὑπὸ θείᾳ ἀμέμπτῳ ὁδηγίᾳ*. *ἀμύμονα μῆτιν*, K, 19, consilium nullo modo reprehendendum. *ἀμύμων ὀρχηθμὸς*, N, 637, ad differentiam turpis saltationis, qualem et Juvenalis et Horatius notat. *ἀμύμονι τόξῳ*, O, 463, præstanti arcu. *ἀμύμονα Πήδασον*, pulcrum equum ejus nominis, Π, 152. *ἀμύμονος Αἰγίσθοιο*, α, 29, quod epitheton pessimo isti principi additur ob natalium et dignitatis nobilitatem: et Homerus non est præter necessitatem σιλλός. et 232, *οἶκος ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων*, domus dives et nobilis, Ὀδυσσεὺς, β, 225, ξ, 159. ρ, 156. υ, 209. Ἀντίλοχος, filius Nestoris, γ, 111. δ, 187. *γάμον θυγατρὸς* (Menelai) *ἀμύμονος*, filiæ pulcerrimæ, δ, 4. et 789, υἱὸς, Telemachus. *πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει*, habitat proxime patrem meum nobilem, η, 29. et 303, *ἀμύμονα κούρην*, Nausicaam pulcerrimam, simul et, innoxiam, quæ nihil fecit quod culpari possit. *ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε, μετὰ ἀμύμονα Λαοδάμαντα*, θ, 117, ubi vides, esse eo significatu, quo de Absalomo dicitur, fuisse a capite ad calcem nihil vitii in corpore ejus. sed, 246, *οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες, οὐδὲ παλαισταὶ*, non sumus perfecti pugiles nec luctatores. et 419, *ἀμύμονος Ἀλκινόοιο*, regis Phæacum præstantissimi. et 428, *Φαίηκες ἀμύμονες*, nobiles, in opp. ad plebem. *μῆτις ἀμύμων*, ι, [illegible]consilium nullo modo vituperandum, sed [illegible]e et laudandum. *κατὰ θυμὸν ἀμύμονα μερμήριξα*, κ, 50, in animo generoso deliberabam. sic. π, 237. *μάντις*, λ, 98, Tiresias nobilis. et 235, Σαλμωνῆος, qui egregius fuit mechanicus, præter nobilitatem natalium et principalis dignitatis; et de quo recentiores finxere, quod, imitatus tonitrua, a Jove sit fulmine percussus. et 290, *μάντις, ὁ Μελάμπους*. et 467, Ἀντιλόχου καὶ Αἴαντος, ubi pulcritudinis eximiæ est epitheton, coll. 468. et 469, *μετὰ* (post) *ἀμύμονα Πηλείωνα*. (sic et ω, 18.) et 493, Πηλεύς, et 504. et 552, Τελαμών. *ἐς ἀμύμονα νῆσον*, in insulam pulcerrimam, μ, 261, Siciliam. *ἄκοιτιν ἀμύμονα εὕροιμι*, ubi est in sensu primo, ut eam inveniam inculpabilem, ν, 42, et est prædicatum ad εὕροιμι, *αἶνος ἀμύμων*, narratio allegorica eximia, ξ, 508. *μητέρα*, Penelopen, ο, 15. *βασιλῆός τινος*, τ, 109. et 332, *ὃς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ, καὶ ἀμύμονα εἰδῇ*, quicunque vero ipse inculpabilis sit, et inculpabilia sibi proponat; ubi utrumque est idem, et nomen est in primo sensu: coll. 329. *πολὺ χείρονες* (deteriores et viliores) *ἄνδρες ἀμύμονος* (valde honesti et præstantis) *ἀνδρὸς ἄκοιτιν μνῶνται*, ambiunt, φ, 325. *ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς*, χ, 442, 459, boni et firmi septi circa aulam. *ὀρχηθμοῦ*, ψ, 145. *μέγαν καὶ ἀμύμονα τύμβον*, monumentum sepulcrale magnum et pulcrum, ω, 80. et 193, *ἀγαθαὶ φρένες ἦσαν ἀμύμονι Πηνελοπείῃ*, admirabilis animus erat pulcræ et nobili Penelopæ. et 277, *γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργα εἰδυίας, εἰδαλίμας*, mulieres honestas et nobiles, artificiosas, formosas. est ergo pro *ἄμωμος* in genere, in quo nihil vituperare et requirere possis; quod deinde pro contextu determinatur vel de nobilitate, vel formositate, vel animo bono.

ἀμυνάθω, idem ac *ἀμύνω*, quod vide.

ἀμύντωρ, *ορος*. ὁ. (Μύω) defensor, auxiliator, qui arcet malum a nobis. *τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ*, N, 384. sic, Πουλυδάμας, Ξ, 449. Μενέλαος, O, 540. et 610, *αὐτὸς γάρ οἱ ἀπ' αἰθέρος ἦεν ἀμύντωρ Ζεὺς*, ipse enim ei de cœlo erat adjutor Jupiter. *ἤ τινας ἐκ Πύλου ἄξει ἀμύντορας*, β, 326. *σὺ, εἰ δύνασαι τινὰ ἀμύντορα μερμηρίξαι*, π, 256. et 261, *ἠέ τινα ἄλλον ἀμύντορα μερμηρίξω*, coll. 257, 260. hinc est et nomen proprium, ὁ Ἀμύντας, ου. et ὁ Ἀμυνίας, ου.

ἀμύνω, f. *υνῶ*. (Μύω) sine tergiversatione accedo ad optitulandum et arcendum. defendo, arceo. est ab α privativo, et ἡ μύνη, ut sit, *δίχα μύνης βοηθεῖν καὶ ἀπροφασίστως*, sine cunctatione et labiorum morsione adesse ad defendendum. *νῦν Δαναοῖσιν λοιγὸν ἄμυνον*, nunc arce præsenti auxilio pestem Græcis, A, 456, precatur sacerdos ad Apollinem. sic Achilles de se, 341, *λοιγὸν ἀμῦναι ἄλλοις*, ab aliis arcere pestem promto auxilio meo. et 398, *Κρονίωνι λοιγὸν ἀμῦναι*, dicitur de Thetide, Jovi succurrente dubiis temporibus, sic, *ἀμύνειν νηυσὶ πῦρ*, I, 435, ignem prohibere a navibus, succurrendo iis contra hostes. *ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ Αἴαντι*, Λ, 587, succurrite Ajaci, et prohibete ab eo mortem. et 277, *ἀμύνετε νηυσὶν φύλοπιν*, expellite ex castris nostris pugnantes hostes. sic, P, 511, *νῶϊν δὲ ζωοῖσιν ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ*. *ὅστις ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύναι* (aor. 1. opt. a.) M, 334, qui a sociis suis malum arceret, defendendo eos. sic, *τεῖχος, ὃ ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι*, O, 736, murum, qui a viris mortem arceat. *ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιοῖς*, strenua opera mea prohibens pestem ab Achæis, N, 426. *ὅς σφιν ἀμύνω ἦμαρ ἀναγκαῖον*, qui auxilio meo arceo ab iis mortem, Π, 835. *ἵνα μοὶ λοιγὸν ἀμύνῃς*, ut a me auxilio tuo interitum arceres, I, 491, et id notat finem τῆς τεκνοποιΐας, ut filius defendat patrem, si opus sit. et his locis plena est phrasis. nonnunquam deest dativus commodi et personæ: *ἥ σοι πρόσθεν στᾶσα βέλος ἄμυνεν*, pro *ἤμυνεν*, Δ, 129, quanquam h. l. tamen dativus pertinet ad verbum, non ad participium; quæ ante te stans sagittam a te arcebat: nam ad *πρόσθεν* deberet poni *σοῦ*, et *σοὶ* in textu videtur esse pro *σοὶ*, non vero particula adfirmandi. *τῷ δ' αἰεὶ πάρα* (*πάρεστι*, adest) *εἷς γε θεῶν, ὃς λοιγὸν ἀμύνει*, sc. *αὐτῷ*, E, 603. Υ, 98. sic *ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ*, arcere a te servitutem, Z, 463, sc. *σοὶ*, repetendum ex 462. *κακὸν δ' ἤμυνε καὶ αὔτως*, I, 595, malum defendebat ab iis etiam sine accepto præmio, coll. 593, sc. *τοῖς Αἰτωλοῖς*. et 670, *νήεσσιν ἀμυνέμεναι* (*ἀμύνειν*) *δήϊον πῦρ*, ignem hostilem. *φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων*, cædem arcebat enim Jupiter, sc. *αὐτοῖς*, ab iis, N, 783. *πατὴρ δ' ἔτι λοιγὸν ἤμυνε*, sc. *αὐτῷ*, E, 662. *Κοίρανος αὐτῷ ὠκέως ἦλθεν, ἄμυνε δὲ νηλεὲς ἦμαρ*, is ei venit salus, et arcuit mortem, P, 615. *αὐτὸς ἠνήνατο*

ἄῤῥηκτος, ου. ὁ ἡ. (Ῥάω) qui frangi vel rumpi non potest. valde durus. sic ἄῤῥηκτος χάλαζα, apud Theocr. Id. 22, 16, non liquescens facile grando. φωνὴ ἄῤῥηκτος, vox quæ non frangitur, *die nicht heisch wird, (that is not hoarse,)* B, 490. πέδας ἀῤῥήκτους, compedes non frangendæ, N, 37. et 360, πολέμου πεῖραρ ἄῤῥηκτόν τ' ἄλυτόν τε, i. e. pugna atrox et pertinax, utrimque par, ubi neutra pars inclinatur: metaphora sumta a fune, cujus extrema prehendunt viri, et ad se trahunt omni vi, nec tamen rumpitur funis. τεῖχος, ἄῤῥηκτον αὐτῶν τε καὶ νεῶν εἶλαρ, propugnaculum non perrumpendum, Ξ, 56, 68. δεσμὸν, Ο, 20. νεφέλην, nubem indissolubilem, quæ non dispellitur, Υ, 150, *die sich nicht zertheilet, (that is not dispersed,)* ἣν οὐκ ἂν διασχοῦσα αἴγλη αἰθερίαν πέμψη, πυκνοτάτην. πόλις, in quam non potest irrumpi, Φ, 447. δεσμοὺς ἀῤῥήκτους ἀλύτους, Θ, 275, i. e. πάνυ στεῤῥούς, quos nec vi rumpas nec alio modo solvas.

ἄῤῥητος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) non dictus. ἔπος, ὅπερ ἄῤῥητον ἄμεινον, verbum, quod indictum melius esset, ξ, 466, *das besser ist wenn es ungeredet bleibet, (that were better left unsaid.)*

ἄῤῥιχος, ὁ, vide sub τάλαρος.

ἄῤῥ, vide sub Ἀρὴν, paullo sub initio.

ἄρσας, vide sub ἄρω, prope initium.

ἄρσεν, ἀρσενικὸν φάρμακον, vide sub sequente, prope finem.

ἄρσην, ενος, ὁ. et τὸ ἄρσεν, ενος. (Δίω) masculus. est ab ἄρδω, f. ἄρσω, quia fœmineos loca rigat et fœcundat. βοῦν ἄρσενα, H, 315. μήτε θήλεια θεὸς, μήτε τις ἄρσην, Θ, 7. πόκον ἀρσενος οἰὸς, arietis, M, 451. βόας ἄρσενας, Υ, 495. ἄρσενες ἵπποι, Ψ, 377, ad differentiam equarum ante dictarum; etiam ad differentiam castratorum. et tales mythice dicebantur immortales, quia posteros generabant. ἄρσενα μῆλα, ι, 238, et quidem ἀρνειοὺς καὶ τράγους, ut 239 ipse explicat. ἄρσενες ὄϊες, ι, 425. et 438, νομόνδ' ἐξέσυντο ἄρσενα μῆλα. τετράοροι ἄρσενες ἵπποι, ν, 81. ἄρσενες (σύες) ἐκτὸς ἴαυον, ξ, 16. βοῦν ἄρσενα, γ, 420. post Homerum obtinuit Attica scriptio, ἄῤῥην, ενος. nam σ post ρ attice ubique mutatur in ρ, et τὸ ἀρσενικὸν φάρμακον attice scribitur ἀῤῥενικόν: quod et dictum ἀρσενίκιον et ἀῤῥενίκιον.

ἀρταμέω, concido, vide sub τάμνω, prope finem; sub sequente, et ἄρτος, prope finem.

ἄρταμος, ου. ὁ. (Τέμω) concisor, divisor, in specie carnium coctarum. unde est ἀρταμέω et διαρταμέω, disseco. διαρταμήσει, Æschyl. Prom. 1022.

ἀρτεμὴς, έος. ὁ ἡ. (Ῥέω) integer, incolumis, ὑγιὴς καὶ ἄρτιος, *ganz unbeschadiget, (sound,)* cui nihil deest. ἐχάρησαν, ὡς εἶδον ζωόν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα, H, 308, gavisi sunt, ut viderunt vivum et illæsum accedentem ad se. σὺν ἀρτεμέεσσι φίλοισι, cum incolumibus caris mihi, ν, 43, i. e. patre meo et filio meo, *frisch und gesund, (safe and sound.)* hinc et ἡ Ἄρτεμις nomen habet, vel ob illibatam virginitatem, vel quia ad integritatem valetudinis multum confert venatio; vel maxime ob lunam plenam, quæ est Diana.

ἄρτι, (Τῶ) adverb. jam. est ex ἄρα, nunc, et τί, *etwa, (perhaps,)* conflatum. μήτι ἄρτι λίην τρέε, nequaquam nunc nimis pave, Φ, 288. ἢ ἄρτι, an nunc, υ, 166, et opponitur τῷ, πάρος, antea, 167. loco ψ, 174, ubi quidam legunt ἄρ' τι, videtur commode scribi posse ἄρτι, ut sensus sit: neque jam effero me nec sperno quæ tu dicis, *ich thue nicht gros und hart, ich halte auch das nicht für nichts was du sagest, (I am not puffed, nor do I disregard what thou sayest.)*

ἀρτιεπὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἔπω) apta ad fraudem et damnum alterius loquens, γλαφυρὸς καὶ εὐεπὴς καὶ ἀπηρτισμένος ἐν τῷ παραλογίζεσθαι, *der die leute mit geschickten und gleissenden worten verführet, (who misleads people with subtle and smooth speeches.)* ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, sed dexter verbis et dolosus es, X, 281. ergo in poëta est in sensu non nimis bono.

ἄρτιος, ου. ὁ ἡ. ('Ρέω) consentaneus, conveniens, congruens, aptus, firmus, certus. et de numero, par, non impar numerus. it. numerus plenus. est ab *ἄρω*, apto, ejusque perf. pass. *ἦρται*, aptatum est. *ἔτισεν αὐτὸν, ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ᾔδη*, Ε, 326, i. e. *ἐκεῖνα ἐφρόνει, ἃ καὶ τῷ Σθενέλῳ ἐν φρεσὶν ἥρμοστο*, i. e. *ἃ ἤθελε Σθένελος*, *wuste mit ihm überein, war mit ihm eines sinnes, (coincided with him, was of the same opinion with him,)* id quod inter bonos ad amicitiam firmissimum est vinculum. sic et *τ*, 248. *ἄρτια βάζειν*, apta et certa loqui, Ξ, 92. Θ, 240, i. e. *ἀπαρτιλογεῖν*, qui est finis rhetoricæ. apud Herodotum *ἡ ἀπαρτιλογίη* est *ἀπηρτισμένος ὁ λόγος*. *ὁ ἡ φρενήρης*, εος, et *ἀρτίφρων*, ονος, dicitur, cujus mens congruit cum rebus vel et nobiscum. hinc est adverb. *ἀπαρτὶ*, plene, plenarie. Herodot. 5, 53, f. *ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐννενήκοντα*, *völlige neunzig tage, (fully ninety days,)* nihil plus nec minus. et Aristoph. Plut. 388, *τοὺς χρηστοὺς μόνους ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω*, bonos viros solos plene ditescere faciam.

ἀρτίπους, (et ob metrum *ἀρτίπος*) οδος. ὁ ἡ. (Πόω) integer pedibus, *ὑγιὴς τοὺς πόδας*. ab *ὁ ἄρτιος*, recte et plenarie constitutus. *"Ατη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος*, Ate, robusta et firmis pedibus, Ι, 501, quia celeriter ac subito accedit ad lædendum homines: nam Ate est præjudicatus et subitus error in intellectu, ex affectibus aut defectu attentionis ortus. *"Αρης, καλὸς μὲν καὶ ἀρτίπος*, Θ, 309, pulcer et rectis pedibus: in opposito ad claudum Vulcanum, minusque formosum.

ἀρτίφρων, ονος. ὁ ἡ. (Φέρω) aptus cogitando. ab *ἄρτιος*, ου. ὁ ἡ. plane idoneus, integer. *sehr geschickt und vollständig im denken, (apt and acute in thinking.)* *οὔτι μάλα ἀρτίφρων*, ω, 260, *nicht sehr witzig und vernünftig, (not remarkable for wit and understanding.)* Vide sub *φρὴν*, paullo sub medio, et *ἄρτιος*, paullo ante finem.

ἄρτος, ου. ὁ. ('Ρέω) panis, *brodt, (bread.)* est ab *ἄρω*, apto, integrum facio, denso: condensatur enim depsendo, et cohæret sibi dense. fieri solebat rotundus ob figuræ sanctitatem, *κύκλος γὰρ ἀπήρτισται καὶ ἔστι τέλειος*. calidi panis virtutes prædicant antiqui: sed sermo est de placentis quibusdam. *ἄρτος Δωρικὸς* est panis ex crassiori farina paratus. *grob hausbacken brodt, (coarse home-baked bread.)* Theocr. Id. 24, 135, s. *ἄρτον δ' οὖλον ἑλὼν ἐκ κανέου*, panem integrum sumens ex corbe, ρ, 343. *ἄρτους ἐκ κανέου ἀνέρας*, panes ex canistro attollens, σ, 119. *ἡ ἐγκρὶς, ίδος*, erat species panis, etiam alia *ἄρτος κριβανίτης* pro *κλιβανίτης*. nam *κλίβανος* est attice *κρίβανος*. *ὁ ἀρταμὸς, οῦ*, coquus, *ὁ μάγειρος*. unde est *ἀρταμέω*, in cibum paro, Eurip. Alcest. 494. quam vocem tamen alii compositam volunt ab, *εἰς ἄρτια τέμνειν*. hinc idem Eurip. Elect. 816, *ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς*, victimam dissecat scienter. scribitur et *ὁ ἄρταμος*. Vide sub *'Αείρω*, prope initium.

ἀρτύνω, f. υνῶ. ('Ρέω) idem ac sequens, dorice interserto ν. paro, præparo, *richte an, (I prepare,)* arcto, denso; *εὐτρεπίζω*. *πυκινὴν ἠρτύνετο βουλὴν*, frequentem et densum convenire fecit senatum, Β, 55, coll. 53. Κ, 302, concilium: vel et, proponebat iis densum quasi suum consilium. sed prius præstare videtur. *ἀρτύνθη δὲ μάχη*, Λ, 216, coarctabatur pugna, *sie rückelen von neuem an einander, (they again attacked one another,)* coll. 215, nam *ἀρτύνεσθαι* dicit *τὸ τοὺς στρατιώτας στῆναι, καὶ οὕτως ἄρτιον καὶ ἀραρότα γίνεσθαι τὸν στρατόν*: *τὸ γὰρ φεύγειν οὐ μάχην ἀρτύει, ἀλλὰ φυγὴν ἔχει καὶ δίωξιν*. *οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες*, Μ, 43, illique velut murum constipantes se arcte, *δίκην πύργου συντάξαντες, ἀρηρότες κατὰ πύργους*, per ordines densos. sic et 86, *σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες*. et Ν, 152. *οἱ ὑσμίνην ἤρτυνον*, pugnam integrabant, Ο, 303. *οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα πολλὰ*, parentes parabunt nuptias, et conferent struentque dotalia multa, α, 277. β, 196, pro *ἀρτυνοῦσι*. *ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισι*, aptabant et cohærere faciebant remos in vertebris coriaceis, δ, 782. Θ, 53. *γάμον ἡμῖν ἀρτύνει*, nuptias nobis parat, δ, 771. *ἀνθρώπους ψεύδεα ἀρτύνοντας*, mendacia componentes, λ, 365, apte, ad veri similitudinem, et multa. *λόχον ἀρτύναντες*, insidias ponentes arcte et apte, ξ, 469. *τὼ δὲ μνηστῆρσιν θάνατον κακὸν ἀρτύναντε*, mortem illis apparantes ambo, ω, 152. in genere, *ἀρτύνειν*, est *ἀπηρτισμένον τι ποιεῖν*, aliquid plene et perfecte facere.

ἀρτύω, f. ύσω. ('Ρέω) idem ac *ἀρτέω*, a quo est. ad perfectionem aptam perduco, adjungo apte quæ deerant, paro. *τὰ δὲ ἤρτυε*, nam eas parabat adhuc, Σ, 379, *ἀπήρτιζε*, et sermo est de ansis poculo addendis a fabro. *σοὶ δὲ Κλυταιμνήστρη δόλον ἤρτυε*, λ, 438. *τῷ δὲ ἤρτυεν αὐτὸς ὄλεθρον*, π, 448, struebat ipse ei mortem. *μνηστῆρες Τηλεμάχῳ θάνατον ἤρτυον*, υ, 242. *ἐξηρτυμένοι ἵπποι* apud Eurip. Hipp. 1186, sunt equi parati ad jugum trahendum in curru.

ἀρύτω, ἀρύω, vide sub *ἐρύω*, ad finem.

ἀρχέκακος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) qui principium et originem alicui malo dat. *ἀρχεκάκους νῆας, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο*, Ε, 63, ubi sic vocantur naves Paridis, quibus in Græciam navigarat.

ἀρχεσίμολπος, vide *ἀοιδὸς*, paullo ante medium.

ἀρχεύω, f. σω. ("Ερα) sum dux. *ἀρχεύειν Τρώεσσι κατὰ ὑσμίνας*, imperare illis in pugnis, Ε, 200.

ἀρχὴ, ῆς. ἡ. ("Ερα) initium, præitio. *εἵνεκ' ἐμῆς ἔριδος, καὶ 'Αλεξάνδρου ἕνεκ' ἀρχῆς*, inquit Menelaus, Γ, 100, ob meam litem, et ob Alexandrum qui fuit initium et auctor ejus: nam potest per appositionem explicari, ob Alexandrum qui est *ἀρχὴ* hujus mali. potest tamen et sic: ob initium Alexandri, qui injuriæ et belli inde orti causam dedit. *κακοῦ δὲ ἄρα οἱ πέλεν ἀρχὴ*, hoc fuit ei initium mali, i. e. se-

cuturæ mox cædis Patrocli, Λ, 603, hæc res fecit initium mali in Patroclum deinde casuri. ἥτε ἔπλετο νείκεος ἀρχὴ, X, 116, quæ fuit origo belli. ξεῖνοι πατρώϊοι ἐξ ἀρχῆς, α, 188, hospites paterni sumus ex primo initio hospitalitatis nostræ, i. e. cum patre jam meo jus hospitii cœpit habere. πήματος ἀρχὴ, Θ, 81, mali primum initium, et primus gradus ad bellum secuturum. οἵτε οἱ ἐξ ἀρχῆς πατρώϊοί εἰσιν ἑταῖροι, β, 254, qui ei, si initium quæras amicitiæ, jam inde a patre ejus sunt amici conjunctissimi jure sodalitatis. sic et ρ, 69, ἦσαν. ἐξ ἀρχῆς, Ἑλένης μὲν ἀπωλόμεθα εἵνεκα πολλοὶ, ab initio, ejus causa peribamus multi, λ, 437. φόνου ἀρχὴν, primum initium secuturæ cædis φ, 4. ω, 168, *die erste veranlassung zum erfolgenden blutbade, (the first occasion of the slaughter which ensued.)* ἀρχὴν ξεινοσύνης, principium hospitii, et hospitalis juris, φ, 35, primum ejus gradum: nam habet ξενία (quam conf.) et τέλος, i. e. perfectum gradum. h. l. est, *eine stiftung der gastrechts verwandschaft, (the institution of an alliance of hospitality.)*

ἀρχολίπαρος, vide sub λιπαρὸς, sub medio.

ἄρχομαι, vide sub ἄρχω, aliquanto a fine.

ἀρχὸς, οῦ. ὁ. (Ἔρα) dux, præitor, ductor. *der anführer, commandeur, befelshaber: der oberste, (the leader, commander, general, chief.)* εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω. unus aliquis ex senatu principum esto ductor ejus navis, habeat imperium in navi, A, 144. et 311, ἐνέβη ἀρχὸς Ὀδυσσεύς. οὐ μὲν ἔοικεν ἀρχὸν ἐόντα, κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν, non decet supremum principem, in mala inducere Achæos, B, 234. et 493, ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, supremos duces deinceps navium dicam, *die oberbefelshaber, (the general-in-chief.)* et 541, ἀρχὸς Ἀβάντων, princeps eorum. sic porro 618, τέσσαρες ἀρχοὶ τῶν. 685, Ἀχιλλεύς. et 703, πόθεόν γε μὲν ἀρχὸν, desiderabant quidem cum gemitu ducem suum supremum, qui obierat jam. Sic et 726, et 778, οἱ δ' ἀρχὸν ἀρηΐφιλον ποθέοντες, non habentes jam ducem suum bellicosum, *da sie den vermisseten der sonst so streitbar gewesen, (as they had not him who had formerly fought so valiantly.)* et 846, ἀρχὸς Κικόνων. Μενέλαον, ἀρχὸν Ἀχαιῶν, unum ex principibus summis, Δ, 115, 195. et 464, ἀρχὸς Ἀβάντων. ἀρχὸν Ἁλιζώνων Ὀδίον, E, 39. et 491, ἀρχοὺς ἐπικούρων, supremos ductores et principes sociorum. et 577, ἀρχὸν Παφλαγόνων. ἀρχοὶ Ἀθηναίων, N, 196. Σαρπηδών τ' ἀρχὸς Λυκίων, qui erat rex, Ξ, 426. ergo ἀρχὸς est nomen generale supremæ potestatis, sicut Germanorum, *ein fürst, (a prince,)* et Latinorum, princeps. Ἀθηναίων, O, 337. et 516, Φωκήων. et 519, Ἐπειῶν. ἀρχοὶ δὲ δύω Ἀχαιῶν ἐν νόστῳ ἀπόλοντο, δ, 496, duo principes Græci, λόγου τοῦ νῦν ἄξιοι, Agamemnon et Ajax Locrensis; quorum fata ibi narrantur accurate. et 629, ἀρχοὶ μνηστήρων, principes et duces procorum, coll. χ, 48, seqq. sic et φ, 187. ἀρχὸν ἐγὼ ἐμβαίνοντα ἐνόησα Μέντορα, δ, 655, ubi simpliciter notat ducem viæ et præitorem. ἀρχὸς ναυτάων, Θ, 162, i. e. ναύκληρος, *ein schifherr, (captain of a vessel,)* ὁ ναύαρχος, qui et ὁ κόμης dictus est. et 391, δώδεκα κατὰ δῆμον βασιλῆες ἀρχοὶ κραίνουσι, duodecim in populo principes summam habent auctoritatem et imperant. ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα, utrique parti ducem dedi, κ, 205. cæterum et κρύφιόν τι σώματος μέρος apud recentiores dicitur ἀρχὸς, podex. hinc aliquis οὐκ ἀγλαφύρως (non invenuste, non infacete) ἔσκωπται χιλίαρχος. vide Athenæum. ἡ τετραρχία, etiam Euripidi nota, in regno Admeti. nam iste rex, Alcest. 1154, inquit, πᾶσι δ' ἐννέπω τετραρχίαις, χοροὺς ἱστάναι ἐπὶ ἐσθλαῖς συμφοραῖς, indico omnibus præfecturis, choros instituere ob bonos istos eventus.

ἄρχω, f. ξω. (Ἔρα) præeo. sum primus, incipio, impero. sicut apud Romanos Prætor est pro præitor; sic ἄρχειν Græcum est ab ἔρχειν, vadere, cum α. initium et præitionem notante. Ζεὺς δ' ἦρχε, Jupiter præibat, reliqui eum sequebantur eundo ad Olympum, A, 495. ἦρχε δὲ δαίμων, et præibat dea, Γ, 420, et 447, ἦρχε λέχοσδε κιὼν, præibat eundo ad lectum. cui ἅμα εἵπετο ἄκοιτις, sequebatur conjux. παρὰ νῆας ἴσαν πάλιν, ἦρχε δ' Ὀδυσσεύς, ad naves revertebantur, præibatque ille, I, 653. ὁ μὲν ἦρχε, ὁ δ' ἅμα ἕσπετο, Λ, 472, ille præibat, alter eum sequebatur. ἦρχε γὰρ Ἄρης, præibat enim et initium invadendi faciebat Mars, Φ, 391, collatis sequentibus. et id apte quoque ad allegoriam: nam Mars debet incipere, si prudentia cogitur pugnare; sicut pugna inter herum et servum non, nisi ex contumacia servi, initium capit. τοῖς δὲ ὁ Ἥφαιστος ἦρχε ἀγορεύειν, initium fecit loquendi inter eos, A, 571. sic Ἀντήνωρ, H, 347. Πολυδάμας, Σ, 249. sic et cum aliis infinitivis, ὥς κεν Τρῶες ἄρξωσι δηλήσασθαι αὐτούς, ut Trojani initium facerent lædendi eos, Δ, 67, 72, ἀρχὴν ποιήσωσι. ἦρχε ἴμεν, i. e. præibat, incipiebat ire, N, 329. ἦρχε δὲ Ἀχιλλεὺς, sc. οἰμῶξαι, Ψ, 12, initium faciebat luctus testandi per verba. ἐγὼ δ' ἦρχον χαλεπαίνων, B, 378, ubi loco infinitivi est participium, ego initium faciebam ægre faciendi ei: pro quo recentiores ponunt genitivum cum suo κατάρχειν vel ὑπάρχειν, e. c. κατάρχειν ἀπειλῆς, initium minitandi facere. nam ὑπάρχειν quoque notat, initium facere, primus esse, unde est ἡ ὑπαρχὴ, initium. Homerus quoque habet genitivum, ἄρξειαν πολέμοιο, Δ, 335, initium pugnandi facerent. ἄρχε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο, incipe pugnare, H, 232, ubi erant tres conflictus, *drey gänge, (three conflicts,)* quos omnes incipiebat Hector in μονομαχίᾳ ista cum Ajace. ἐκ δέ κ' Ἄρης ἄρχησι (pro ἄρχῃ, initium faciat) μάχης, ἢ Φοῖβος, Y, 138, ubi alii legunt ἄρχωσι in plurali, κατὰ σχῆμα Ἀλκμανικὸν, quo poëta Ἀλκμὰν (qui et Ἀλκμὰν) frequenter post Homerum usus est, ut duobus nominibus in singulari medium interponeret verbum in plurali. conf. R. et 154, ἀρχέμεναι (pro ἄρχειν) δὲ πολέμου ὄκνεον ἀμφότεροι, incipere prœlium cessabant

utrique. τοῖς μύθων ἦρχε Νέστωρ, his verba facere cœpit, Β, 433. sic Ἀθήνη, Ε, 420. Ποσειδάων, Η, 445. Φ, 287. Νέστωρ, Κ, 203. Αἴας, Ρ, 628. πατὴρ θεῶν, Χ, 167. Ω, 103. α, 28. γ, 68, 417, 474. ε, 202. et hoc τοῖς non semper est ἐν τοῖς, inter hos; sed et ablativus, his verbis, ut apparet ex η, 47. ν, 374. vide porro κ, 224. ρ, 100, ubi est ablativus: et 184. π, 105, 508. ω, 489. ἦρχον ἐγὼ μύθοιο, incipiebam ego loqui, Λ, 780. Βοιώτιος ἦρξε φόβοιο, is initium fecit fugæ, Ρ, 597, et id ἀγεννές, cum antea in primis stetisset ad pugnam. sed erat vulneratus, ut necessario recederet; et id occasionem præbuit suis ad fugam. τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω οἷσί περ ἄρχει, illis imperet quisque princeps, quibus dux est, Β, 805, quisque princeps imperium habeat in suos, non alius aliquis. ἦρχε δ' ἄρα σφὶν Ἄρης, dux eorum erat Mars, Ε, 592. sed Ξ, 134, Ἀγαμέμνων, ubi est, præibat. sic et 384. σύγε ἄρχε θεοῖς δαιτὸς ἐΐσης, tu initium fac diis convivii, Ο, 95, i. e. instrue diis epulum, vel, duc eos ad epulum. ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι μάχεσθαι, Π, 65, dux esto iis ad pugnam. ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Ἀθήνη, præibat illis, ducebat illos, Σ, 516, προηγεῖτο. Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον, duces et principes eorum erant, Β, 494. sic et 512, 576, 586, 622, 625, 819, 826, 856, 858. Μ, 93. τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος, unius divisionis militum dux erat is, Π, 173, coll. 179, 193, 196. et 552, ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἕκτωρ, præibat illis Hector, et ducebat eos contra hostem. sic Ν, 136. Ο, 306, 559. Π, 632. Ρ, 107. ἐν δ' ἄρα τοῖσιν ἦρχε Μενεσθεὺς, eorum dux erat, Ν, 689, s. ubi plena est phrasis, sic plerumque supplenda, si τοῖς sine præpositione positum. ἀρχέτω, incipiat, initium faciat, sc. ad pacem vel armistitium faciendum, Η, 286. Ἀτρείδη, σὺ μὲν ἄρχε, Ι, 69, tu impera, vel, tu initium fac, tu auctor esto: et hoc præcipue vult Nestor, impera ut conveniant duces seniores ad concilium, prius vero ad cœnam, apud te. et 102, σέο δ' ἕξεται ὅ, ττι κεν ἄρχῃ, a te pendebit, quidnam primarium judicandum sit; nam sermo ibi est ad regem, ex cujus sententia pendet, quodnam consilium in concilio datum præferri debeat cæteris. ergo ἄρχειν h. l. est, principatum obtinere et exercere. νῦν δ' ἄρχε, ὅπῃ σε θυμὸς κελεύει, nunc duc, quocunque lubet, Ν, 784. ἦρχε, præibat, ferens dona, et alii alia ferentes, sequebantur, Τ, 248, cum Agamemnon placaret Achillem. ἀρξάντων ἑτέρων, cum alii jam inceperunt, et nobis exemplo præiverunt, Φ, 437. et 439, ἄρχε, incipe tu. τῇσιν (ἐν) δ' Ἀνδρομάχη ἦρχε γόοιο, Ω, 723, incepit inter eas luctum, et carmen luctuosum. τοῖσι (ἐν) αὐτὸς ἦρχε ἀγορεύειν, β, 15. et 416, ἦρχε δ' Ἀθήνη, præibat, προηγεῖτο ὁδοῦ, ἢ ἔργου. sic et γ, 12. et 106, ὅπῃ ἄρξειεν Ἀχιλλεὺς, quacunque duceret Achilles copias. ἄρξει καὶ προτέρω κακὸν ἔμμεναι, incipiet et ulterius malum hoc esse, δ, 667, *das wird der anfang zu einem weitern übel seyn, (this will be the beginning of a further evil:)* quanquam potius in masculino verbum est intelligendum, ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ νῦν ποιήσει ὁ Τηλέμαχος, εἰς τὸ καὶ προσωτέρω καὶ ἐπὶ τὰ ἑξῆς κακῶσαι ἡμᾶς. ut ergo ἄρξει et ad Τηλέμαχος, et ad κακὸν in neutro, possit trahi, et ad κακὸν subintelligendum ἡμῖν, ut ulterius quoque male sit nobis. ἦρχε δ' ὁδοῖο, præibat, ε, 237. Ἀλκίνοος δὲ τότε ἦρχε, imperabat, primus erat in populo, ζ, 12. ἦρχε δὲ τῷ αὐτὴν ὁδὸν, θ, 107, præibat ei eandem viam, duxit eum cæcum eandem viam. τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, unam partem sociorum ipse duxi, κ, 205, coll. 204. ἄλλων ἦρχον ἑταίρων, aliorum militum dux eram, ν, 266. εἰνάκις ἀνδράσιν ἦρξα, novies fui dux militum, ξ, 230. et 471, τοῖσι δ' ἅμα (una cum his duobus) τρίτος ἦρχον ἐγὼ, ego tertius habebam imperium. τοῖσιν δ' Εὐρύμαχος ἦρχε ἀγορεύειν, ad hos cœpit loqui, π, 345. σ, 348. υ, 359. ἄρχετε νῦν νέκυας φορέειν, incipite jam, mortuos efferre ex triclinio, χ, 437. ἦρχε δὲ, præibat ut dux, ψ, 370. ω, 9, Ἑρμείας. et 500, Ὀδυσσεύς. de loco Β, 84, vide ἐξάρχω. media forma ἄρχομαι idem fere notat. ἄρχευ (ionice pro ἄρχου, imperativus.) Ἀργείοισι κατὰ ὑσμίνας, impera iis in prœliis, Β, 345, *commandire sie, (command them:)* et est plus quam βασιλεύειν. τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν Νέστωρ, texere cœpit illis consilium bonum, Η, 324. sic et Ι, 93. ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι, Ι, 97, ubi conf. λήγω. κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, pro ἀπὸ κάπρου, nisi potius est ἀπαρξάμενος, Τ, 254, primitiarum loco offerens pilos apri, conf. ἀπάρχομαι. τοῖσι δὲ Τηλέμαχος ἤρχετο μύθων, pro ἐν τοῖς, inter hos, vel in dativo, his, ad hos, erga hos, cœpit loqui, α, 367. sic Ἀρήτη, η, 233. λ, 334. Πεισίστρατος, ο, 166, ubi videtur τοῖς esse ablativus, his verbis. sed 501, est, ad eos. ταῖσι δὲ (puellis ancillis suis) Ναυσικάα ἤρχετο μολπῆς, ζ, 101, præibat illis cantum, incipiebat cum illis cantum. ὅτε ἂψ ἄρχοιτο, quando rursus inciperet, θ, 90, cantor canere. et 499, ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο, a deo concitatus cœpit canere: ubi genitivus pendet a participio, agitatus a Musa. πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ex omnibus membris et partibus mactati suis desecabat primitias parvas deo incendendas, ξ, 428, ubi igitur notat ἀπαρχὰς τῶν τοῦ ἱερείου μελῶν: unde est, ἄργματα θύειν θεοῖς. ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν οἰνοχοεύει, φ, 142, sc. ὁ οἰνοχόος, incipientes ab eo loco, ubi vinum ministrat vini præbitor, coll. 145, s. nam ea regio erat primaria, et felix initium inde habebatur. ἐκ δὲ τοῦ ἀρχόμενος λέχος ἔξεον, ψ, 199, ex hoc incipiens lectum fabricavi. et 310, ἤρξατο δὲ, initium capiebat narrandi.

ἄρω, f. ἀρῶ et æolice ἄρσω. (Ῥέω) apto, conjungo, apte conficio. it. intransitive, congruo, convenio. est ab ἀείρω, per syncopen, i. e. extruso ει. aor. 2. cum reduplicatione Attica est ἤραρον, et sine augmento ἄραρον, etiam cum augm. post reduplicationem ἄρηρον. perf. m. ἄρηρα et ἤραρα. plusqu. m. ἀρήρειν, et ἠρήρειν, cum duplici augm. particip. perf. m. ἀρηρώς.

perf. m. conj. ἀράρω, ῃς, ῃ. a futuro ἄρσω est aor. 1. ἦρσα, particip. ἄρσας. aor. 1. p. ἤρθην. ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, convenienter animo meo agentes, Α, 136, ἁρμόσαντες, ἢ ἀρέσαντες. nam h. l. possit esse ab ἀρέω, quod vide νῆα ἄρσας ἐρέταις, navem instruens remigibus, α, 280, ubi ponitur ἐπὶ ἐξαρτίσεως εἰς πλοῦν, de apta comparatione ad navigandum: *besetzend, (furnishing.)* et nisi additum esset ἐρέταις, posset intelligi ἐπὶ ναυπηγίας. ἄγγεσιν ἄρσον ἅπαντα, in vasis compone apte omnia, β, 289, nam ἥρμοσται τὸ πληροῦν τῷ πληρουμένῳ. et 353, πώμασιν ἄρσον ἅπαντας, operculis apte muni omnes amphoras vinarias, *versiehe sie geschickt mit deckeln oder spunden, (provide them with suitable covers or bungs,)* ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον τυκτῇσι βόεσσι, Μ, 105, postquam se invicem condensarunt milites et apte conjunxerunt se clypeis, ubi notatur συνασπισμὸς πεζικὸς, *da sie sich dichte an einander geschlossen mit den schilden, (forming a close phalanx with their shields;)* coll. 86. et est sine augmento aor. 2. pro ἤραρον. τὰ μὲν ἤραρε κεραξόος τέκτων, ea cornua apte præparaverat cornuarius, Δ, 110. sic, ἀμείβοντας ἤραρε τέκτων, faber lignarius apte composuit tigna tecti, *die sparren, (the rafters.)* ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, hastam quæ ei in manu apta erat, quæ manui ejus congruebat, Γ, 338. ρ, 4, et est plusquamp. med. sic et, δοῦρα, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, Η, 139. nam hasta Achillis, 140, seqq. crassior graviorque erat, quam ut manus Patrocli eam apte caperet aut regeret. ἐν μέσσῃ πῖλος ἀρήρει, in media galea, intus, apte apposita erat lana spissa, Κ, 265, *der helm war inwendig mit filz gefüttert, (the interior of the helmet was lined with felt,)* ne caput attereret. τάφρος ὕπερθεν σκολόπεσσιν ἀρήρει, fossa superne ad alterum labium vallis erat dense munita, Μ, 56, *war dichte mit pallisaden besetzet, (was fortified with close palisades.)* ἐνέπεσεν οἰστὸς ζωστῆρι ἀρηρότι, incidit sagitta cingulo thoracis apte et arcte adjuncto, Δ, 134. et 213, ἐκ ζωστῆρος ἀρηρότος εἷλκεν ὀϊστόν. nam hic ζωστὴρ faciebat, ut thorax ventri inferiori arcte adhæreret. θώρηξ, ὃν ἐφόρει γυάλοισιν ἀρηρότα, quem gestabat apte compositum sic ut membris ipsius congrueret, Ο, 530, aptum membris ipsius: nam virtus est thoracis, προσαρηρέναι τῷ φοροῦντι. ζυγὸν, εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρὸς, Ω, 269, ubi conf. ζυγόν. κολεὸν, ἀορτήρεσσιν ἀρηρὸς, vagina, apte prædita annulis, Λ, 31. Τρῶες ἀρηρότες, densis ordinibus euntes ad pugnam, Ν, 800. sic, ἴσχον πυργηδὸν ἀρηρότες, Ο, 618, sustinebant impetum ejus, condensati ordinibus suis. κυνέην, πρυλέεσσ' ἀραρυῖαν, galeam, peditibus aptam, Ε, 744, et sermo est de galea Minervæ, tam capaci, ut multis millibus peditum sufficere possit: i. e. ductor militum sapiens magnum est exercitui præsidium. ἀσπίδα, δύο κανόνεσσι ἀραρυῖαν, Ν, 407, scutum, duobus manubriis intus aptatum. πόλις πύργοις ἀραρυῖα, urbs muris apte circumdata, Θ, 737. θύρη, janua apte et congruenter facta, Ω, 318. *die sich passet, (that fits closely.)* κνημῖδας ἐπισφυρίοις ἀραρυίας, Γ, 331. Λ, 18. Π, 132. Σ, 459. Τ, 370. δρύες, ῥίζῃσι μεγάλῃς ἀραρυῖαι, Μ, 134, arbores, magnis radicibus firmatæ. et 454, πύλας πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας, portas dense firmiter occlusas: nam πύλαι sunt, porta tota, maxime spatium illud quod clauditur vel aperitur foribus. sic, ὑψηλαὶ πύλαι, σανίδες τε ἐπὶ ταῖς ἀραρυῖαι, altæ portæ, et fores quæ apte additæ erant his, Σ, 275. κόρυθα κροτάφοις ἀραρυῖαν, temporibus aptatam, Ν, 188. Σ, 610. ζώνην, ἑκατὸν θυσάνοις ἀ. Ξ, 181, Zonam, centum fimbriis apte cinctam. μάστιγα χειρὶ ἀραρυῖαν, scuticam manui aptam, Τ, 396, ubi innuit, χρῆναι καὶ ἡνιοχικῇ μάστιγι συμμετρίαν εἶναι, ὡς μήτε λεπτὴν μήτε αὖ παχεῖαν εἶναι ὑπὲρ τὸ μέτρον, ἀλλὰ εὐάρμοστον τῇ χειρί. πύλας εὖ ἀραρυίας, portas bene instructas ut claudi possint, Η, 339, 438, *öffnungen, die mit gut sich aufpassenden thüren versehen sind, (doors that fit well and shut closely.)* ἂψ ἐπιθεῖναι σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας, rursus opponere fores portæ, dense aptatas et firmiter claudentes, Φ, 535, *die fest und dicht anschliessende thorflügel, (folding doors that shut closely.)* ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ πυκινοῖσι λίθοισι, quando parietem coagmentet homo firmis lapidibus, Π, 212. et 214, ὣς ἄραρον κόρυθές τε καὶ ἀσπίδες, sic apte jungebant se galeæ et clypei virorum in acie stantium. et 211, μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν, magis enim ordines virorum condensati sunt; pro ἤρθησαν, i. e. ἡρμόσθησαν: et sequentia hunc significatum ostendunt. ut ergo poëta prævidisse videatur, fore quosdam, qui hoc ἄρθεν explicarent per, λόγοις ἐπήρθησαν (ab ἐπαίρω) καὶ οἷον ἐκουφίσθησαν ὡς ὑπὸ στερεῶν, μετεωρισθέντες οἷς ἤκουσαν, φρονήματος καὶ θάρσους ἐπλήσθησαν. sed contra hos addidit parabolam cum applicatione. ὃ δὴ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν, quod sane omnibus nobis placuit, *was uns nach unserm sinne war, (which was agreeable to us,)* δ, 777, ὃ θυμήρες ἡμῖν: et ὃ h. l. non est neutrum, sed masculinum pro ὃς sc. μῦθος. ἐπεὶ ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ, ε, 95. ξ, 111, postquam refecit se cibo. γόμφοις τὴν νῆα καὶ ἁρμονίαισιν ἄρηρε, compegit navem clavis et compagibus, ε, 248. et 252, ἴκρια ἀράσας σταμίνεσσι, tabulata coaptans staminibus et fulcris. et 361, ὄφρα κε δούρατα ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ, quamdiu tabulata navigii in compagibus suis cohærebunt; ubi est perf. med. conj. οὐ φρεσὶν ᾖσιν ἀρηρώς, κ, 553, non mente sua satis firmus et aptus. ποτὶ τοῖχον ἀρηρότες πίθοι οἴνου, ad parietem cellæ disposita ordine dolia, β, 342, applicata. et 344, σανίδες, πυκινῶς ἀραρυῖαι, januæ firmiter aptatæ ad foramen introitus in thalamum. sic χ, 128. ψ, 42, *die thüren waren feste zu, (the doors were closely shut,)* εἶχον. ἀπήνην, ὑπερτερίῃ ἀραρυῖαν, ζ, 70, currum, instructum superposito rotis receptaculo firmo; et participium dicit, ὡς εὖ ἥρμοσται ἡ ὑπερτερίη τῷ ἄξονι. et 272, ἀγορή, ῥυτοῖς λάεσσι ἀραρυῖα, forum magnis lapidibus apte constratum. περόναι, κληῖσιν ἀραρυῖαι, σ, 293, fibulæ, clavis insertæ;

ubi conf. κληῖς. θύρην πυκινῶς ἀραρυῖαν, χ, 155, 258, 275. sic, θύρας, φ, 236. ψ, 194. τείχεα, σκολόπεσσιν ἀρηρότα, munimenta urbis, vallis dense circumdata, η, 45, κατησφαλισμένα. μνηστῆρσι θάνατον ἀραρόντε, procis mortem struentes ambo, π, 169, et est particip. aor. 2. quasi τεκτήναντες, in sensu metaphorico, ex τεκτονικῇ [illegible]tito. τροχὸν ἄρμενον, pro ἀρόμενον, rotam aptam et accurate factam, Σ, 600, et additum, ἐν παλάμῃσι, quod potest trahi ad sequens πειρήσεται, tentabit figulus rotam suam manibus; potest et ad ἄρμενον, aptatam manibus, ut commode manibus tractari possit. sic, σκέπαρνον μέγα, ἄρμενον ἐν παλάμῃσι, ε, 234. et 254, ἐπίκριον ἄρμενον αὐτῷ, τῷ ἱστῷ, antennam, apte cohærentem malo: hinc vulgo τὰ ἱστία dicuntur ἄρμενα. Theocr. Id. 22, 13. ab hoc verbo est ὁ ἄρος, i. e. τὸ ὄφελος, commodum: hinc illud, βρότειος ἄρος ἄτα, i. e. τὸ εὖ τῶν βροτῶν, ἄτη ἐστὶ, quod homines commodum et bonum et aptum sibi censent, error et damnum fere est. et ἀρτάω, f. ήσω, insero. ἀρτῆσαι δέρην, inseruisse cervicem laqueo, Eurip. Androm. 811. coll. 816.

ἀρωγή, ῆς. ἡ. (Ἄγω) auxilium, defensio contra hostem. *Schutz, hulfe wider feinde, (protection, assistance against enemies.)* πιθόμενοι τεράεσσι θεῶν καὶ Ζηνὸς ἀρωγῇ, Δ, 408, confisi signis deorum et Jovis auxilio. τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς; Φ, 360, quid mihi cum contentione et auxilio ferendo. ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσατε, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ, in medium inter utrumque jus dicite, et non quasi advocati alterius, Ψ, 574, *nicht aber dem einem zu liebe, und zum nachtheil des andern, sondern sprechet unpartheiisch was recht ist, (not in favour of one and to the disadvantage of another, but speak impartially what is right,)* ergo et in judicio patrocinium est ἀρωγή, et ὁ ἀρωγὸς, patronus, advocatus.

ἀρωγός, οῦ. ὁ ἡ. (Ἄγω) auxilians. οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσεται ἀρωγὸς, Δ, 235, non in mendaciis defensor aderit iis, *bey ihren lügen und betriegen wird er ihnen nicht beystehen im fechten, (on account of their lies and falsehood, he will not aid them in the fight.)* ὅσοι Δαναοῖσιν ἀρωγοὶ, Θ, 205. ἀμφὶς ἀρωγοὶ, utrimque advocati aderant in judicio, utrique parti, *beyderseits beystände, (the auxiliaries of either party,)* Σ, 502. ὅσοι Τρώεσσιν, Φ, 371. et 428, τοιοῦτοι νῦν πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοὶ, εἶεν, *so müsse es allen gehen, (so must all those fare.)* ἐμοὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἀρωγοὶ, σ, 231, *ich habe keinen beystand, (I have no auxiliaries.)* reperitur et neutrum, τὸ ἀρωγόν: unde, adjectivum esse, apparet.

ἆσαι, vide sub ἄδω, prope finem.

ἄσαμεν, pro ἤσαμεν, vide sub ἌΩ, sub medio.

ἀσάμινθος, ου. ἡ. (Ἕω) labrum, ἡ πύελος, *eine badewanne, (a bathing-tub.)* ἡ κατὰ τὸ λουτρὸν πύελος ἤτοι λεκάνη. παρὰ τὸ, τὴν ἄσιν, i. e. ῥύπον, μινύθειν, i. e. ἐλαττοῦν, quia minuit et abstergit sordes. εἰς ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας, λούσαντο, Κ, 576, ubi apparet, etiam heroas adhibuisse nonnunquam calidas aquas ad lavandum; etsi non quotidianæ voluptatis causa, ut recentiores Græci Romanique: nam alias frigida solebant fere lavari. ἐξ ἀσαμίνθου βῆ, δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖος, γ, 468, coll. 464, s. εἰς ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας, λούσαντο, δ, 48, coll. 49. et 128, ὃς Μενελάῳ δῶκε δύο ἀργυρέας ἀσαμίνθους, ubi vides regales elegantias. εἰς ἀσάμινθον βάντα, θ, 450. et 456, ἐξ ἀσαμίνθου βάς. εἰς ἀσάμινθον ἕσασα, λόε (ἔλουέ μιν) ἐκ τρίποδος μεγάλοιο, θυμῆρες κεράσασα, κ, 361. s. sic porro ρ, 87, s. 90. ψ, 163. ω, 369. quibus omnibus locis de calida lotione sermo est totius corporis.

ἄσβεστος, ου. ὁ ἡ. (Σέω) qui non extinguitur. clarus, non oppressus. proprie de igne, metaphorice de aliis. ἄσβεστος βοὴ, i. e. μάχη, Λ, 50, καυστηρὸς γὰρ καὶ πυρόεις ὁ πόλεμος, pugna fervida. βοὴ ergo h. l. non est simpliciter κραυγὴ, sed clamor pugnantium, et cohortantium inter se, i. e. pugna ipsa. sic et 500, 530. Ν, 169, 540. Π, 267. et 123, ἀσβέστη φλόξ, ubi est fœmininum Ionicum; et est idem quod ἀκάματον πῦρ, ignis non cessans, ignis clarus. φλογὶ εἴκελος ἀσβέστῳ, Ρ, 88, luculento igni. Ἕκτωρ, ἄσβεστον ἔχων μένος, robur et impetum indefessum, Χ, 96, ut notetur τὸ πυρόεν τοῦ θυμοῦ. ἄσβεστος δ' ἐνῶρτο γέλως θεοῖς, Α, 599, clarus risus; et apte ibi hoc epitheton, quia ridebant Vulcanum. sic et θ, 326, ubi ridetur a diis Vulcanus cornutus, postquam deprehenderat Martem cum Venere. notatur risus qui non cohibetur a risuro, sed qui erumpit. μνηστῆρσι δὲ Ἀθήνη ἄσβεστον γέλων ὦρσε, concitabat stultitia eorum ipsis clarum risum, υ, 346, et est ea metaphora ab igne lucente et ardente; apta etiam διὰ τὴν ἐν τοῖς γελῶσι θερμότητα. ἵνα ἄσβεστον κλέος εἴη, ut fama ejus esset clara et insepulta, δ, 584. sic, τοῦ κεν ἐπὶ ἄρουραν, η, 333.

ἀσβόλη, ἡ, ἄσβολος, ὁ ἡ. vide sub ΒΆΛΛΩ, aliquanto ante finem, et sub ψολός.

ἆσε, pro ἦσε, vide sub ἌΤΩ, paullo sub initio.

ἄσειν, vide sub ἄδω, prope initium.

ἀσελγαίνω. ἀσελγής, έος. ὁ ἡ. vide sub σέλλω, prope medium.

ἄση, ἡ. molestia animi, vide sub ἄδεω, ad finem.

ἄσῃ, vide sub ἄδω.

ἀσήμαντος, ου. ὁ ἡ. (Σέω) qui sine præfecto et præcipiente est. λέων μήλοις ἀσημάντοις ἐπελθὼν, leo invadens pecudes jam non habentes præfectum et custodem, Κ, 485, οἷς οὐκ ἔστι ὁ σημαίνων. et vide, quam mollis vox sit σημαίνειν de imperio: notat enim, σημεῖόν τι ποιεῖν ἢ νοεῖν σωτηριῶδες τῷ ποιμνίῳ. unde et omnes ἄρχοντες dicuntur σημάντορες, sunt enim de bono et commodo suorum solliciti. sic nos reginam apum vocamus *den weiser, (the leader.)*

Ἆσθμα, ατος. τό. (Ἄω) anhelitus, *tief*

geholter athem, (deep-drawn breath.) est quoque ab ἄω, f. ἄσω, spiro: et difficultatem respirandi notat hoc nomen. ἆσθμα καὶ ἱδρὼς παύετο, *der schwere athem und der angstschweiss liess nach, (the difficulty of breathing, and sweat ceased,)* O, 241. et 10, ἀργαλέῳ ἔχετο ἄσθματι, κῆρ ἀπινύσσων, difficili angebatur respiratione, mente alienatâ. sic et Π, 109.

ἀσθμαίνω, f. ανῶ, ("Αω) anhelo, gravi respiratione laboro; vel ex cursu vehementi, vel ob alios graves labores. ἀσθμαίνων, E, 585, ex gravi vulnere. τὼ δ' ἀσθμαίνοντι, K, 376, ex cursu contento. ἀσθμαίνοντα, K, 496, cum moreretur. sic et N, 399. sic et de apro, quem leo occidit, Π, 826. et de moriente, Φ, 182, ut igitur notet singultire, animam agere.

ἀσινής, έος. ὁ ἡ. (Σίω) non vexatus, non quassatus, non rapinis læsus. τοὺς εἰ μέν κε ἀσινέας ἐάας, pro ἐάῃς, λ, 109. μ, 137, si eos boves solis nulla vexatione rapaci tactos sinas.

ἄσις, εως. ἡ. ("Αω) est ῥύπος ἐν ὕδασι ξηρὸς, ἢ τὸ ἐξ ὕδατος ξηρόν. *trocken gewordener schlamm vom zurückgetretenen wasser, (mud that has become dry from the receding of the water.)* limus aridus, est enim ab ἄζω, f. ἄσω. τόσσην αὐτῷ ἄσιν καθύπερθε καλύψω, Φ, 321, i. e. ἐπιθήσω τὴν ἄσιν αὐτῷ εἰς κάλυμμα. coll. 318, seqq. ex quo apparet, τὴν ἄσιν esse fere idem quod ἡ ἰλύς. *unreinigkeit die ein strohm mit sich führet, und hinterlässt wenn er wieder fället, (mud carried along by a flood and left behind when it falls.)*

ἄσιτος, ου. ὁ ἡ. (Σίω) qui non edit. Penelope, ἔκειτο ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, jacebat in thalamo suo jejuna, δ, 788.

ἀσκάντης, ου, vide sub λέχος, ad initium.

ἀσκελὲς, vide sub ἀσκελὴς, ad medium.

ἀσκελέως, et *ἀσκελῶς*, (Κῶ) adverb. pertinaciter, continue, perpetuo. οὔ με χρὴ ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν, irasci, T, 68, σκληρῶς.

ἀσκελὴς, έος. ὁ ἡ. (Κῶ) valde durus, valde continuus et perpetuus, omnino non diffissus et interruptus, non facile findendus. nam est ab α intensivo, et σκέλλω, findo, *ich zerschelle, (I burst.)* possis et dicere, esse ab α privativo, et τὸ σκέλος, ἀπὸ στερήσεως τῶν σκελῶν, ἀμετάβατον, ἀμετακίνητον. possit et a σκέλος, crus, cum α intensivo, ut sit πολυσκελὴς, multis cruribus, i. e. κατεσπευσμένος καὶ πολυσπερχής. sed prima etymologia est vera. Ποσειδῶν ἀσκελὲς (neutrum adverbialiter) αἰεὶ Κύκλωπος (ἕνεκα) κεχόλωται, α, 68, Neptunus sine intermissione semper ob Cyclopem iratus est. nam is Cyclops, quem Ulysses excœcaverat, erat filius Neptuni. notat ergo iram continuam. μηκέτι πολὺν χρόνον ἀσκελὲς οὕτω κλαῖε, δ, 543, ne porro per longum tempus sine intermissione ita fle: *weine nicht mehr so lange immerfort, (continue not thus to weep without intermission.)* ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι, αἰεὶ ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι, οὐδέ ποτε ὑμῖν θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ, inquit Circe ad Ulyssem ejusque socios tristes, κ, 463, coll. 454, 457, seqq. sicci et pusillanimes: nam diu cibo abstinuerant, et animus obriguerat quasi tristitia et curis: σκληροὶ, ἄγαν κατεσκληκότες.

'*Ασκέω*, f. ήσω. (Χάω) curo accurate, cum cura elaboro, tracto studiose, ἐπιμελείας ἀξιόω. proprie ponitur ἐπὶ ἀνδρῶν ἀθλητῶν, apud quos est ἡ ἄσκησις, ἡ τοῦ σώματος θεραπεία ἐν ταῖς τροφαῖς· τοιοῦτοι γὰρ οἱ παρὰ Ἕλλησιν ἀθληταὶ, σωμάτων ἀσκηταὶ, κρέασιν ἀνοικοδομοῦντες ἑαυτούς. deinde et de aliis; et apud poëtam plerumque ἐπὶ ἐπιμελείας τῆς διὰ χειρῶν. est ab ἀκέω, f. ήσω, i. e. θεραπεύω, curo; interserto Sigma. ἤσκειν (est imperf. cum ν ἐφελκυστικῷ) εἴρια καλὰ, exercebat lanas scite, Γ, 388, de ministra Helenæ; curabat lanas: et καλὰ est pro adverbio. ἀσκήσας τὰ κέρατα, cum tractasset ea cornua et elaborasset, Δ, 110, *da er sie bearbeitet und zu rechte gemachet, (when he had wrought and finished them.)* ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται, K, 438, currus vero ei auro argentoque pulcre exornatus est, *schön ausgearbeitet und besetzet mit golde und silber, (curiously wrought and adorned with gold and silver.)* ἑανὸν, ὅν οἱ 'Αθήνη ἔξυσε ἀσκήσασα, Ξ, 179, induit peplum, quem ei (Junoni) Minerva texuit cum cura elaborans et artem adhibens. et 240, θρόνον χρύσεον Ἥφαιστος τεύξει ἀσκήσας. χορὸν Δαίδαλος ἤσκησεν 'Αριάδνῃ, Σ, 592, chorum saltantium et canentium Dædalus olim in Creta instituit, et docuit, et invenit, in honorem Ariadnes; curavit, celebravit. ἀργύρεον κρητῆρα Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν, elaborarunt, Ψ, 743. ἡ μὲν τὸν πτύξασα καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα, πασσάλῳ ἀγκρεμάσασα, α, 439, ubi sermo de anu, quæ comitata fuerat Telemachum cubitum euntem, et quæ tunicam ejus exutam componebat cum cura, et suspendebat ad paxillum; ἐπιμελείας ἀξιώσασα αὐτόν. ὁ δὲ χρυσὸν περιέχευε κέρασι βοὸς ἀσκήσας, γ, 438, ille aurifaber aurum circumposuit cornibus bovis ex arte sua et accurate. et vides, propriam notionem verbi esse, curam adhibere, accurate facere et conficere, ἐπιμελεῖσθαι. æquivalet ei verbum κομεῖν. sic, ψ, 198, ἑρμῖνα ἀσκήσας, fulcrum lecti accurate faciens. Vide ΚΟ'ΜΩ, ad initium et sub σκαιὸς, prope finem.

ἀσκηθής, έος. ὁ ἡ. (Χάω) et metri causa ἀσκεθής. probe curatus, cum cura servatus, incolumis, τεθεραπευμένος, ἀβλαβὴς, ὑγιής. nam est ab ἀσκέω. ἄψ εἰς ἡμέας ἔλθοι ἀσκηθὴς, retro ad nos veniat incolumis, K, 212. ἀσκηθὴς ἔπειτα ἵκοιτό μοι ἐπὶ νῆας, Π, 247, incolumis deinde redeat mihi in castra. ὥς κε μάλα ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται, ut omnino salvus suam in patriam adveniat, ε, 26, 144, 168. καί νύ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν, venissem sane, ι, 79. ἐπὶ νηὸς ἔβαινεν ἀσκηθὴς, οὔτε βεβλημένος οὔτε αὐτοσχεδίην οὐτασμένος, navem conscendit illæsus, neque eminus neque cominus vulneratus, λ, 534. οὐδέ τις ἐπημάνθη, ἀλλ' ἀσκηθέες καὶ ἄνουσοι ἥμεθα, ξ, 255, nec quisquam malo laboravit, sed integri et recte valentes sedebamus;

quales esse solent οἱ ἀσκηταὶ, probe curato corpore. qui hoc nomen derivant a σχέθω, cum α privativo, quasi ἀσχεθὴς, ut sit ὁ πολὺς τὴν ῥύμην, καὶ ὃν οὐκ ἔστιν ἐπισχεῖν, multus impetu et qui non potest sustineri; viderint, quomodo hoc suum visum, Homero obtrudere possint in explicandis locis citatis. Vide sub σκαιὸς, ad finem.

ἀσκητὸς, ἡ, όν. (Χάω) accurate factus. ἀσκητὸν νῆμα, fila accurate facta, *feines gespinste, (fine-spun yarn or wool;)* δ, 134, τὸ πεφιλοκαλημένον καὶ ἐπιμεμελημένον. sic, λέχος ἀσκητὸν, ψ, 189, cum arte facta sponda lecti, ἐπιμεληθὲν, πολυδαίδαλον, μὴ αὐτοσχέδιον καὶ εἰκαῖον, ὁποῖα καὶ τὰ τῶν σκευῶν αὐτοκάβδαλα. ponitur et pro, accurate et eleganter ornatus, γυνὴ ἀσκητὴ πέπλῳ καὶ ἄμπυκι, Theocr. Id. 1, 33.

ἀσκληπιεῖον, ὁ. Vide sub 'Επίδαυρος, in R.

ἄσκοπος, ου. ὁ ἡ. ("Οφ) non providus, non circumspectus, inconsideratus. οὐκ ἔστι ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, Ω, 157, 186, *unbedächtig, unbedachtsam zufahrend, (inconsiderate, indiscreet.)* opponitur τῷ ἀσκόπῳ ὁ εὔσκοπος.

ἀσκὸς, οῦ. ὁ. (Χάω) uter, *ein schlauch, (a leather bottle.)* est ab ἀσκέω, accurate facio; vel et immediate ab ἀκέω, curo, interposito Sigma: nam ita est elaboratus ne quid hiet aut effluere inde possit, et ut conservet recondita in se. οἶνον ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, vinum in utre caprino, Γ, 247. ζ, 78. ι, 196, 212. ε, 265. et obiter innuit poëta hoc epitheto, non recte fieri utrem vinarium ex pelle ovilla. posteriores et βοείους ἀσκοὺς fecere. Æolus ventos dabat Ulyssi ἐν ἀσκῷ, κ, 19, ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο, coll. 45, 47. re vera sine dubio dabatur Ulyssi ab Æolo peritissimus regionum nauta, qui naves ejus Ithacam duceret, quam probe noverat, et qui dextre uteretur ventis: sed in itinere, nescio qua injuria ab sociis Ulyssis læsus iste gubernator, oriente magna tempestate artem suam remisit, et sciens permisit, ut naves hoc adverso vento reverterentur ad insulam Æoli; apud quem questus de injuria accepta, perfecit, ut Æolus Ulyssem aversaretur, et auxilio suo indignum judicaret. id poëta more suo, utpote qui historicum agere nolebat, involvit figmentis dulcibus. notandum prætcrea, ἀσκὸν dici quodvis corium toti animali detractum; deinde et, obesum hominis ventrem, imo et totum corpus ejus. et ab hac postrema notione sumtus est ἀσκὸς ille ventis plenus, i. e. ventorum et maris admodum peritus. ἀσκωλιάζειν, i. e. ἐν ἀσκῷ λιάζειν, erat lusus, uno pede inflatum utrem insilientium, et tunc fere cadentium, ex quo risus captabatur, proposito præmio si quis non caderet. vide Aristoph. Plut. 1130. is lusus dicebatur τὰ ἀσκώλια. deminutivum est τὸ ἀσκίον et ἀσκίδιον. proverbium, ἀσκῷ φλαυρίζειν, i. e. κενῷ σώματι φλυαρεῖν. ἐν Κελαιναῖς, urbe Phrygiæ, τὸν τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸν, ὑπὸ 'Απόλλωνος ἐκδαρέντα, suspensum superfuisse Xerxis ævo, ex narratione Phrygum narrat Herodot. VII, 26. ubi vides, pellem humanam detractam toti corpori, sic vocari. nam in hac pelle continetur corpus, sicut vinum in utre. Vide sub ποῦς, paullo ab initio.

ἀσκωλιάζειν, vide sub ἀσκὸς, paullo a fine.

ἄσμενος, η, ον. ("Ηδω) qui delectatur, lubens, gratulans. est ab ἥδω vel ἄδω, delecto, quasi ἀδόμενος, per syncopen ἄδμενος, et mutato δ in σ ob cognationem. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη, i. e. ἐμοὶ βουλομένῳ καὶ χαίροντι, Ξ, 108, esset id me lubente et gratulante. φύγεν ἄσμενος ἐκ θανάτοιο, fugit lætus ex morte, et gratulans sibi, Υ, 350. ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν, ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, ι, 63, gratulantes nobis, ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ ἀπολώλαμεν, quod non una perierimus. sic et 566. κ, 134. conf. ἀκάχημαι.

ἀσπάζομαι, f. ἄσομαι. (Σπάω) data et accepta manu dextra saluto aliquem et amice excipio, *grüsse freundlich durch gebung der rechten hand, (I salute a person in a friendly manner by giving the right hand.)* nam hic erat salutandi mos apud orbem antiquissimum: de osculando, i. e. labiis mutuo junctis salutando, nihil novit Homerus. et hæc erat prisca illa et cordata δεξίωσις. est a σπάω, stringo, traho, unde σπάζω, cum præfixo α vel intensivo vel abundante. αὐτοὶ δὲ χαρέντες δεξιῇ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι, illi autem gavisi dextra data salutabant et verbis blandis, Κ, 542. χερσίν τ' ἠσπάζοντο, γ, 35. τ, 415. αἱ μὲν ἄρ' ἀμφεχέοντο καὶ ἠσπάζοντο 'Οδυσῆα, καὶ κύνεον ἀγαπαζόμεναι κεφαλήν τε καὶ ὤμους, χεῖράς τ' αἰνύμεναι, χ, 498, ubi sermo est de ancillis honestioribus Ulyssis, cum agnoscerent eum: illæ igitur circumstabant eum et salutabant, et adorabant, amanter caput ejus et humeros impresso osculo, et manus ejus prehendentes: ubi vides, non os osculantur, sed frontem et humeros, datis dextris. τὸ ἄσπασμα est amplexus, in specie venereus, Eurip. Hecub. 829, 831. Vide sub δέσμα, et "ΕΛΩ, paullo ante medium.

ἀσπάθητος, vide sub δέρμα, prope initium.

ἀσπαίρω, f. αρῶ. (Σπάω) proprie est, obnitor pedibus ne rapiar ulterius, idem quod σπαίρω, præfixo α vel intensivo vel abundante. nam τὸ α sæpe ab initio abundat. sic, ὁ στάχυς et ἄσταχυς, ἡ σταφὶς et ἀσταφὶς, ὁ ἡ νῆστις et ἄνηστις, μείρομαι et ἀμείρομαι, σφόδελος et ἀσφόδελος, etc. de morientibus est, Γ, 293, ἀπέταμε στομάχους ἀρνῶν, καὶ αὐτοὺς κατέθηκεν ἐπὶ χθονὸς ἀσπαίροντας, abscidit fauces agnorum, et eos deposuit in terra palpitantes: ubi notatur τὸ σφαδάζειν καὶ σπᾶσθαι ἐν τῷ σφάζεσθαι, *wenn das geschlachtete eine weile zappelt und endlich die beine von sich strecket und stirbet, (when the slaughtered animal struggles for some time and at last stretches out its legs and expires.)* ἄνδρας τ' ἀσπαίροντας ἐν φοναῖς, Κ, 521, viros palpitantes et extendentes se in cædis loco. ὁ δὲ περὶ δουρὶ ἤσπαιρε, ὡς ὅτε βοῦς, ὅντε βουκόλοι ἄνδρες ἰλλάσιν δήσαντες βίῃ οὐκ ἐθέλοντα ἄγουσιν, ὡς οὗτος τυπεὶς ἤσπαιρε, Ν, 571—573. ἡ μὲν τὸν

θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντα ἰδοῦσα, θ, 526, de uxore, vidente maritum pro patria cæsum. ἤσπαιρον δὲ πόδεσσι, de ancillis suspensis necandisque, χ, 473. sic et de serpente, rapto ab aquila, M, 203, ζωὸν ἔτι, ἀσπαίροντα, φέρων αἰετὸς δράκοντα. et de pisce capto per hamum, et extracto ex aqua, μ, 254, ἀσπαίροντα, sc. ἰχθύν. et 255, ὣς οἵγε ἀσπαίροντες ἀείροντο, tollebantur rapti in altum a Scylla, homines sex e navi Ulyssis. κύων εἶχεν ἐλλὸν (hinnulum) ἀσπαίροντα, τ, 229. et 231, ἐκφυγεῖν μεμαὼς ἤσπαιρε πόδεσσιν. de corde vivi hominis, N, 443, κραδίη ἀσπαίρουσα, cor valde palpitans. alibi tamen hoc verbum quoque ponitur sic, ut notet τὸ θερμότερον σπεύδειν, καὶ οἷον ἀνασκιρτᾶν, καὶ πάνυ προθυμεῖσθαι, valde cupidum esse et impatientem moræ. de duce, qui in consilio adversatur aliis, nec consentire vult, est apud Herodot. VIII, 5, ὁ Κορίνθιος ἤσπαιρε μοῦνος, *sperrete sich darwider, (opposed.)* σπαράσσω, f. ξω, distorqueo, distraho, lanio. Vide sub σκαίρω.

ἀσπαλιευτὴς, οῦ, ὁ, vide sub ἀνασπάω, ad finem.

ἀσπάραγος, vide sub σφάραγος.

ἄσπαρτος, ου, ὁ ἡ, (Σπάω) non satus. τάγε ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, ι, 109, nascuntur non sata et non arata. it. non consitus. γῆ ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος, ι, 123.

Ἀσπασία, ἡ, fœmina erudita et sapiens, vide sequens.

ἀσπάσιος, ία, ιον. (Σπάω) quod cum gaudio et gratulatione excipitur, dextra data; quod prehensum manu dextra amice attrahitur ad nos et tenetur. ἀσπασίη ἐπήλυθε νὺξ αὐτοῖς, Θ, 488. αὐτῷ δ' ἀσπάσιος ἐγένετο ἐλθὼν, ei gratus erat adveniens, K, 35, data dextra eum excipiebat amanter. Τρῶες ἦλθον ἀσπάσιοι πρὸς ἄστυ, veniebant in urbem, cum gratulatione excepti a suis, Φ, 607. ὡς ἀσπάσιος βίοτος παίδεσσι πατρὸς, vita patris ex morbo gravi resurgentis accepta et jucunda est liberis ejus, ε, 394. et 397, ἀσπάσιον δ' ἄρα τόνγε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν, atque sic cum gratulatione excipiendum eum (patrem) dii ex malo liberarunt; coll. 398. nam est idem quod ἀσπαστός. ἀσπάσιοι δὲ φίλοις ἑτάροις ἐφάνημεν, cum gaudio et læta salutatione excipiendi apparuimus sociis nostris, ι, 466. ἔφην γε (putabam sane) ἀσπάσιος παίδεσσιν ἰδὲ δμώεσσιν ἐμοῖσιν οἴκαδε ἐλεύσεσθαι, λ, 430, inquit umbra Agamemnonis, misere ab uxore sua occisi in reditu suo. ἀσπάσιοι δ' ἐπέβαν (ἐπέβησαν) γαίης, cum gratulatione mutua adscendunt in terram ex naufragio, ψ, 238. et 296, οἱ μὲν ἔπειτα ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο, congratulantes sibi repetiverunt morem antiqui lecti sui, Ulysses et Penelope. et 233, ἀσπάσιος (attice, pro ἀσπασίη) γῆ νηχομένοισι, grata est terra nantibus naufragis si eam contingunt. ubi quidam libri, minus bene fortasse, legunt ἀσπασίως, ad φανείη. nota est ἡ Ἀσπασία, fœmina erudita et sapiens.

ἀσπασίως, (Σπάω) adverb. et notio ejus ex adjectivo facilis est determinatu. libentissime, cum gratulatione. φημί, μιν ἀσπασίως γόνυ κάμψειν, Τ, 118, puto, eum libentissime sessurum esse, coll. 115. sic et Τ, 72. Ἀχαιοὶ ἀσπασίως ἀνέπνευσαν, φεύγοντες Ἕκτορα, cum gaudio respirabant, Λ, 327. ἀφίξεται Ἴλιον, cum magna gratulatione pervenerit in urbem, Σ, 270, i. e. ἀγαπητὸν ἡγήσεται, οὐκ ἀνδραγαθῆσαι, valde placebit ei, non agere virum fortem; vel et, χαίρων, καὶ οὐ δεδιὼς λειποταξίου γραφὴν, διὰ τὸ κοινὴν εἶναι φυγὴν, gaudens, et non veritus notam fugitivi militis, quia enim communis est fuga omnium qui queant fugere nec occidantur jam. ἀσπασίως ἐσέχυντο ἐς πόλιν, infundebantur in urbem, Φ, 610. ἀσπασίως ἴδε γαῖαν, gaudens vidit terram e mari, δ, 523. sic, ἴδε θυμῷ θερμὰ λοετρὰ, θ, 450. ἐς πόντον ἔφυγε νηῦς ἐμὴ πέτρας, cum gaudio fugit navis mea in altum et effugit saxa littoralia, κ, 131, coll. 134, nam est idem fere quod ἀσμένως. αὐτῷ κατέδυ φάος ἠελίου, cum gaudio ei occidere solet sol, ν, 33. et 333, ἵετο ἰδεῖν παῖδάς τ' ἄλοχόν τε. κείμην, cubabam libentissime, ξ, 502.

ἀσπαστὸς, ἡ, όν. (Σπάω) idem quod ἀσπάσιος. Ὀδυσῆϊ ἀσπαστὸν (neutrum adverbialiter) εἴσατο γαῖα, ε, 398, coll. 394. sic, τῷ δ' ἀσπαστὸν εἴσατο κοιμηθῆναι, ei gratissimum visum est dormitum ire, η, 343. θ, 295. Ὀδυσῆϊ ἀσπαστὸν ἔδυ φάος ἠελίου, ν, 35. ἦ κε ἀσπαστὸν ἐμοὶ καὶ παιδὶ γένοιτο, τ, 569, certe sane gratissimum id mihi et filio accideret. οἶσθα γὰρ, ὥς κε ἀσπαστὸς ἐνὶ μεγάροισι φανείη ἐμοὶ, nosti enim quod acceptissimus mihi is appariturus esset in domo, ψ, 60. et 239, ὣς ἄρα τῇ ἀσπαστὸς ἔην πόσις, sic igitur ei gratissimus aderat maritus, coll. 238.

ἄσπερμος, ου. ὁ ἡ. (Σπάω) sine prole et propagatione. ἵνα μὴ ἄσπερμος γενεὴ Δαρδάνου ὄληται, Υ, 303, sine successoribus ex se.

ἀσπερχὴς, έος. ὁ ἡ. τὸ ἀσπερχές. (Ἔρω) valde festinans, cum magno studio procedens. nam est ab α intensivo, et σπέρχω. idem dicitur et περισπερχὴς, unde est ἡ περισπέρχεια magna insectatio. et nomen proprium ὁ Πολυσπέρχων, qui valde urget et festinare facit, se vel alios. in poëta neutrum hujus adjectivi ponitur adverbialiter. ὅτι ἀσπερχὲς μενεαίνεις ἐξαλαπάξαι πόλιν, quod nimio studio cupis evertere urbem, Δ, 32. σὺ δ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις, tuque sine intermissione furis, X, 10, et 188, Ἕκτορα δ' ἀσπερχὲς κλονέων ἔφεπεν Ἀχιλλεύς, Hectorem percupide agitans insequebatur ille. ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσὶ, Π, 61, nimis acriter et pertinaciter iratum esse animo. ἀσπερχὲς παρεῖχον, cum magna festinatione porrigebant, Σ, 556, *trugen eifrig zu, (carried hastily.)* Ποσειδῶν ἀσπερχὲς μενέαινεν Ὀδυσσῆϊ, α, 20, valde acriter irascebatur ei, et cupiebat ei male. notat ergo κατ' ἐπίτασιν (per intensionem) τὸ πολυσπερχὲς καὶ ἐντρεχὲς καὶ πολυσπούδαστον. simplex vero non est ὁ ἡ σπερχὴς, sed σπερχνός, ἡ, όν. valde urgens.

becoming more and more brisk.) et 593, ἄφαρ κέ σοι αὐτίκα δοῦναι βουλοίμην, ubi duo adverbia idem notant; nisi ἄφαρ est, promte, *ohne zögern, (forthwith :)* quod tamen eodem recidit. ἄφαρ δ' ὤϊξε πύλας, Ω, 446, continuo aperuit portas. οἴχεται, illico abit, α, 410. ἄφαρ δ' ἡμῖν μετέειπεν, continuo nos allocuta est, ultro, β, 95. ω, 129. τ, 140. καὶ γάρ σφιν ἄφαρ τόδε λώϊον ἔσται, β, 169, etenim ipsis continuo istud melius erit, *das wird ihr vortheil auf der stelle und denselben augenblick seyn da sie das thun, (it will be to their immediate advantage this very moment if they do it.)* ἄφαρ δ' ἐκ μηρία τάμνον, pro ἐξέταμνον, γ, 456, *gleich drauf, (forthwith ;)* præcedente αἶψα, quod idem notat. ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι, δ, 85, ubi agni statim sunt cornuti, εὐθὺς ἅμα τῷ γεννηθῆναι: *sie kommen gehörnet zur welt, (they come into the world with horns :)* quod tamen hyperbolice dictum. ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶν, statim cubile congessit, ε, 482. ἀπεθαύμασε ὄνειρον, continuo admirata est somnium, ζ, 49, statim post evigilandum. ἄφαρ δέ οἱ ἄγγελος ἦλθεν, *gieng alsofort hin ihm post davon zu bringen, (went immediately to carry him intelligence of it,)* θ, 270. et 409, ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι, si quod verbum grave dictum est, protinus illud abripiant venti: *wenn ein hart wort geschwatzet seyn solte, so mögen es die winde sofort verwehet haben, (should a harsh word have been said, may the winds have it immediately carried away.)* κακὸς κόναβος ὀρώρει, statim tristis strepitus oriebatur, κ, 122. ἄφαρ ἀνάπυστα, statim vulgata et audita, λ, 275. ἐρεείνετο μύθῳ, illico interrogabat, ρ, 305. σὲ πέμψομεν, φ, 307.

ἀφαρεὶ, ἀφαρὶ, ἀφαρόζωμος, vide prope initium præcedentis.

ἄφαρος, vide φᾶρος, paullo ab initio.

ἀφαρπάζω, (Ῥάω) abripio, deripio, *reisse herab, (snatch off.)* κόρυθα κρατὸς ἀφαρπάξαι, galeam de capite cæsi hostis celeriter deripere, Ν, 189.

ἀφάρτερος, α, ον. (Ἄπω) promtior, pernicior, *schneller, (quicker.)* comparativus ab adverbio ἄφαρ factus, ex quo vis illius adverbii quoque elucet. ταχύτερος. τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν (εἰσὶν) ἀφάρτεροι, Ψ, 311, nam horum equi sunt sane perniciores, οὐκ ἐκ περιόδου τινὸς κατευστοχοῦντες τῆς νίκης, ἀλλὰ εὐθέως. et notat hic comparativus perpetuitatem et continuitatem, qua quis magis quam alii semper statim attingit quod vult.

ἀφαυρὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Ἄω) exsiccatus, infirmus. ab αὔω, attice αὕω, sicco, et ἀπό. ὁ ἀσθενὴς καὶ μὴ διερὸς, μὴ ὑγρὸς καὶ ὑγιὴς, ἀλλ' οἷον ξηρός. *dürre, schwach, (dry, weak.)* μή τι μου ἠΰτε παιδὸς ἀφαυροῦ πειρήτιζε, ἠὲ γυναικὸς, Η, 235, i. e. ἀσθενοῦς, *unscheinbaren, (weak.)* ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη, ne telum ei imbellius esset, Μ, 458. ὃς σέο πολλὸν ἀφαυρότερος χεῖράς τε μένος τε, Η, 457, inquit Jupiter ad Neptunum. ex quo loco patet, vocem hanc notare, non clarum, non insignem, ab αὔω, luceo, splendeo: ut sit, qui non splendet factis et auctoritate et potentiâ. ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος ἔβαλε Ἀχαιῶν, Ο, 11, ubi contra subintelligendum, ἀλλ' ὁ ἀνδρειότατος, sc. Ajax Telamonius. ἀφαυροτάτη δ' ἐτέτυκτο, sc. γυνὴ, υ, 110, ubi de molitricibus duodecim est sermo, ex quibus undecim jam dormiebant, una autem hæc nondum, quia suum pensum nondum absolverat; nam erat inter reliquas infirmissima.

ἀφάω, f. ήσω. (Ἄπω) attingo, tracto. est ab ἅπτω, præt. perf. ἧφα. εὗρε τὸν ἀφόωντα (pro ἀφῶντα, distracto circumfl. per insertum ο,) ἀσπίδα καὶ θώρηκα, invenit hunc tractantem et polientem scutum suum et thoracem, Ζ, 322, ψηλαφῶντα, χειριζόμενον, φιλοκαλοῦντα, *putzend, streichend, (cleaning, rubbing.)*

ἀφέλω, (Ἕλω) aufero, demo. *nehme weg, (take away.)* ἀπὸ μὲν λίθον εἷλε θυράων, ι, 416, pro ἀφεῖλε. σῖτον μέν σφιν ἀφεῖλε Μεσαύλιος, ξ, 455, panem, i. e. cibos, abstulit e mensa, *nahm den tisch ab, (cleared the table.)* ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν, ι, 313, facile removens januam magnam. ἀπὸ γὰρ μένος εἵλετο χαλκὸς, pro ἀφείλετο, Γ, 294, vitam enim abstulerat ferrum. τεύχεα ὤμοιϊν ἀφελέσθαι, Ν, 511. Ε, 622, arma ab humeris auferre, spoliando. et 127, ἀχλὺν σοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον ἣ πρὶν ἐπῆεν, pro ἀφεῖλον. et 673, ἢ ὅγε τῶν πλεόνων ἀπὸ θυμὸν (vitam) ἕλοιτο, pro ἀφέλοιτο. et 691, πολέων δ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο, multis vitam eriperet. sic et Κ, 506. Π, 655. θεράποντες ἀπ' ὤμων τεύχεα ἕλοντο, Η, 122, ministri exuebant ei arma, ut principi suo. et sic regit genitivum rei cui detrahitur quid, cum accusativo rei quæ detrahitur. ἵππους, οὕς ποτε ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην, pro ἀφειλόμην, Θ, 108, ubi est duplex accusativus, rei et personæ. ἐμοῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν εἵλετο, Ι, 336, mihi soli abstulit, sc. τὸ γέρας. γέρας ἂψ ἀφελέσθαι, Π, 54. et 82, φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται, pro ἀφέλωνται. et 545, μὴ ἀπὸ τεύχεα ἕλωνται. et 560, τεύχεα δ' ὤμοιϊν ἀφελοίμεθα. et 689, Ζεὺς ἀφείλετο ἄνδρα νίκην ῥηϊδίως, spoliat virum victoria facile: ubi quoque duplex accusativus. eadem verba sunt Ρ, 177, αἴκε σὲ ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι, Υ, 436, si te vita privavero. μή σε βάλω, ἀπὸ δὲ θυμὸν ἕλωμαι, Ρ, 17. νῦν δ' ἐμὲ μὲν μέγα κῦδος ἀφείλεο, nunc mihi magnam gloriam eripuisti, Χ, 18. et 257, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι, i. e. θανατώσω σέ. et talis phrasis ἀστείως dicta, de anima ὡς ἐπὶ κτήματος. αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ, α, 9, ubi est dativus personæ, et accus. rei. ἀπ' ἀπήνης εἵματα χερσὶν ἕλοντο, pro ἀφείλοντο, *huben herab vom wagen, (took down from the waggon,)* ζ, 91. ἀπὸ κηρὸν ἕλοντο, ceram sibi demserunt, quibus oblitæ fuerant aures eorum, μ, 199. ὧδέ σε πάμπαν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ, τ, 369, sic omnino tibi ademit: cum duplici accusativo. ἐπὴν ὑμῶν γε βίας ἀφελώμεθα χαλκῷ, quando vestras vires abstuleri-

mus ferro, i. e. quando vos interfecerimus, χ, 219. et 462, μὴ μὲν δὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην τάων, non quidem sane pura morte vitam auferam illarum. φίλον δ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην, ξ, 405, te occiderim. ἀοιδὴν ἀφέλοντο αὐτὸν αἱ Μοῦσαι, B, 107, arte canendi privarunt eum, in pœnam arrogantiæ. ἐπεί με ἀφέλεσθέ γε δόντες, A, 299, quando mihi sumsistis quod ipsi tamen dederatis.

ἄφενος, τό. (Ἔω) est in poëta neutrum, cujus obliqui non occurrunt: apud recentiores vero est et masculinum, ὁ ἄφενος, ου. copia, divitiæ, reditus, vectigal annuum. est ex ἀπὸ, et ὁ ἔνος, ου, conflata vox, notans copias ab uno pleno anno dati solitas: ὁ ἀπὸ ἐνιαυσίων γεννημάτων πλοῦτος, annui reditus e re frumentaria et pecuaria. μέγα γάρ οἱ ἔδωκε Ζεὺς ἄφενος, Ψ, 299, magnas enim ei Jupiter dedit opes. ἄφενος καὶ πλοῦτον, A, 171, quod utrumque est fere idem; nisi quod ἄφενος est τὸ διὰ ἑνὸς ἔνου συναγόμενον, πλοῦτος vero ὁ διὰ πολλῶν ἐτῶν, quasi ὁ πολλόστος, per contractionem et syncopen πλοῦτος, multis annis collectæ copiæ. ἐστὶ ἄφενος τοσοῦτον, sunt copiæ tantæ, ξ, 99, quæ in sequentibus enumerantur. est ergo, *vorrath vom jahr*, (*provision for the year.*)

ἀφίξω, fut. verbi ἀπέχω, q. v.

ἀφέτης, vide sub δούλη, ad finem.

ἄφημαι, (Ἔω) longe remotus sedeo et moror. ὁ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει, ille in remoto sedens non curat id, O, 106.

ἀφήτωρ, ορος ὁ. (Ἔω) sagittarius, jaculator, conjector. et est idem quod ὁ τοξότης. ab ἀφίημι, est epitheton Apollinis Delphici, qui draconem illum Pythicum sagittis interemit. λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔν, I, 404, atque ibi de thesauris hujus templi est sermo. possit quidem, cum quibusdam, derivari ab α copulativo, et φάω, dico, ostendo; quasi ὁμοφήτωρ, ὁ πᾶσι διδοὺς ὀμφὰς, omnibus efferens oracula: sed prior etymologia verior.

ἄφθιτος, ου, ὁ ἡ. (Φάω) quod non corrumpitur, non absumitur, non perit. χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος, E, 724, orbile (*die felgen am rade,*) (*the felloes of a wheel*) incorruptibile, quia aureum. sic, καλὸν θρόνον ἄφθιτον αἰεὶ, χρύσεον, Ξ, 238, nam aurum putredini aut ærugini obnoxium non est. σκῆπτρον πατρώϊον, ἄφθιτον αἰεὶ, B, 46, sceptrum regium paternum, semper incorruptibile; nam Vulcanus fecerat eum scipionem longum regium, coll. 101—109, ergo erat ἄφθαρτον, et successione non interrupta pervenerat ad Agamemnonem. ejusmodi sceptrum autem erat baculus longus, auro inductus solide, et, si alterum extremum ejus poneres in terra, alterum tamen super caput gestantis eminebat, cum signo quodam superne addito; ut quilibet agnosceret vel regem ipsum, vel legatum ab eo. Ἡφαίστου δόμον ἄφθιτον, Σ, 370, utpote χάλκεον, 371. δώματα χρύσεια ἄφθιτα αἰεὶ, N, 22, habitatio Neptuni in fundo maris, vel et, ad profundum mare. κλέος ἄφθιτον ἔσται, fama perennis erit, I, 413. Ζεὺς, ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς, Ω, 88, cujus consilia non intercidunt, sed vigent ad finem destinatum. ἄφθιτοι ἄμπελοι, ι, 133, vites perdurantes, *die nicht vergehen oder verderben,* (*that never die or perish.*)

ἀφίημι, f. ἀφήσω. (Ἔω) dimitto, emitto, projicio. dicitur et ἀφέω, f. ἔσω. αὐτὸν ἐπὶ νῆας ἀφήσω, eum in castra mittam, B, 263. αὐτὸν κακῶς ἀφίει, dimittebat eum inclementer, A, 25, quod imperf. est ab ἀφιέω, pro ἀφίει. ἐλατῆρα ἀφίει, aurigam dimisit, A, 701. ἀφίει μένος Ἄρης, N, 444, vitam ejus emisit Mars, i. e. occidit eum. sic et Π, 613. P, 529, non tamen eodem sensu: nam Ἄρης est hasta; et hæc etiam intransitive ἀφίει μένος, amittebat vim suam, et quiescebat infixa vel terræ, vel corpori hostili. et sic intelligendus hic sermo his tribus locis, nisi quod tamen priori loco hasta re vera occidit virum. Κρονίδης ἀφίει κεραυνὸν, ω, 538, mittebat fulmen. ergo est, mittere active, et amittere intransitive, pro contextu. sic, ἀφῆκε κεραυνὸν Ζεὺς, Θ, 133. ἔγχος ἀφῆκε χειρὸς, hastam jaculatus est manu, K, 372. N, 410. ἄκοντα, jaculum, Φ, 590. δίσκον, Ψ, 432. βλεφάρων δ' ἀπὸ δάκρυον ἧκε, ψ, 33, qui locus tamen non ad compositum verbum, sed ad simplex, pertinet: non est enim pro ἀφῆκε, sed præpositio postposita est casui suo. ὦκα δ' ἀφίηκε, pro ἀφῆκε, M, 221, statim dimisit, *hat ihn fallen lassen,* (*dropped it.*) ἔγχος μὲν ἀφῆκε, hastam emisit, Φ, 115, si referas ad supplicem, quod is manu non tetigerit hastam suam. sed aptius refertur ad Achillem, ut sit: hastam emiserat, coll. 69, ergo ad manus ei nihil erat nisi ensis, quem igitur strinxit in hunc supplicem. ἀφέηκε σόλον, emisit, jecit, discum, Ψ, 841, ἔρριψε. ὁπότερος πρόσθεν ἀφείη ἔγχος, Γ, 317. τῶν πάντων βέλεα ἅπτεται, ὅστις ἀφείη, quicunque jaculetur, P, 631. εἴπως ζωὸν ἀφείη, si forte vivum dimittere velit, Υ, 463, ubi alii scribunt ἀφήῃ, pro ἀφῇ, in conjunctivo. ἥν (αἰγανέην) ἀνὴρ ἀφίῃ, pro ἀφῇ, aor. 2. conj. Π, 590, quam vir jaciat. sic et in ἀφίωνται abundat ι. τὼ δ' ἐπεὶ οὖν ἀφέτην δίψαν, Λ, 641, postquam hi duo emiserunt sitim, ἀπεδίψησαν, *den durst gelöschet haben,* (*had quenched their thirst.*) αὐτοῖς βέλος ἀφιεὶς, in ipsos emittens sagittam suam pestiferam Apollo, A, 51. ἄνθος ἀφιεῖσαι, florem protrudentes, η, 126, vel et florem amittentes, *die nur erst die blüte verloren haben,* (*that have just shed their blossoms.*) i. e. immaturæ omnino: ἅμα πάντες ἀφίετε (imperative) δούρατα, simul omnes emittite hastas, χ, 251. τοῦδε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται, pro ἀφίενται, emittuntur ab eo multæ scintillæ, Δ, 77. δειρῆς δ' οὔπω πάμπαν ἀφίετο πήχεε λευκὼ, a collo dilecti sui mariti omnino non remittebat uxor albos lacertos, ψ, 240.

ἀφικάνω, (Ἔω) pervenio. ἑστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἣν ἀφικάνω, ξ, 159. ρ, 156. τ, 304. υ, 231. et hoc compositum præsens, sicut et simplex ἱκάνω, sæpe vim habet præteriti, adveni;

adeo. πρῶτος δὲ ῥοὰς ποταμῶν ἀφικάνεις, abis vel adis primus ad fluenta fluminum, ι, 450, inquit Polyphemus ad arietem suum. τίπτε δεῦρο ἀφικάνεις, Ξ, 43. πρὸς τεῖχος ἀφικάνει, Z, 388.

ἀφίκομαι, f. ἵξομαι. (Ἕω) devenio, pervenio, advenio. ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο, in qua nave advenisti, α, 171, et est is aor. 2. med. sic et ξ, 188. ἐπεὶ ἀνδρὸς δώματα ἀφίκεο ἠπίου, ο, 488. οὐδ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν, N, 645, non rediit in patriam. ὅτε με ἄλγος ἀφίκετο, Σ, 395, cum me ærumna invasit. ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο διὰ γυναικῶν, α, 332. π, 414. σ, 207. ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο, ε, 55, ad insulam illam venit. et per distractionem, μ, 2. νῆυς, ἀπὸ δ' ἵκετο (pro ἀφίκετο) κῦμα θαλάσσης, venit in mare, relicto fabuloso illo oceano, in insulam tendens. ἄλλον δῆμον, ad alium populum, ο, 228. ἄψ ἐς Ὄλυμπον, υ, 55. Διὸς υἱὸν, ad filium Jovis, φ, 25. et 42, ὅτε δὴ θάλαμον τὸν ἀφίκετο, ad conclave illud. ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθα, Sunium perveneramus, γ, 278. ὅτε δὴ τὸν χῶρον ἀφικόμεθ', ι, 181. et 216, εἰς ἄντρον. et 543, ὅτε δὴ τὴν νῆσον. Αἰολίην δ' ἐς νῆσον, κ, 1. et 135, Αἰαίην δ' ἐς νῆσον. οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίην ἀφίκοντο, Λ, 617, ad tabernaculum pervenerant. ὄφρα ἀφίκοντο κατὰ στρατὸν, N, 329, donec pervenerunt. ὅτε δὴ ἐπὶ κρουνοὺς, X, 208. πεδίονδε, Ω, 329. et 448, κλισίην ὑψηλήν. et 431, ὄφρα κεν κλισίην ἀφίκωμαι. εἰσόκε τοὺς ἀφίκωμαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν, ψ, 269. sic λ, 121, εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν. ἐπὴν πρώτην ἀκτὴν ἀφίκηαι, ο, 36. οὐδὲ ἣν ἔνθα ἀφίκηαι, Θ, 482, nec si illuc perveneris. εἰσόκε νῆας ἀφίκηαι, Λ, 208. et 193, εἰσόκε νῆας ἀφίκηται. ὁπότ' ἂν δὴ νῆας ἐμὰς ἀφίκηται ἀϋτή, Π, 63, cum pervenerit clamor pugnantium. ἄλλον δ' ἀφικώμεθα δῆμον, π, 382. εἰσόκε νῆας ἀφίκωνται, P, 454. σὺ δὲ χαίρων ἀφίκοιο οἶκον, ο, 128, et tu incolumis pervenias domum. ὄφρ' ἀφίκοιο πατρίδα σὴν, κ, 65. γαῖαν ὑπὸ στυγερὴν ἀφικοίμην, υ, 81, terram sub odiosam abeam, i. e. moriar. εἰ ἀφικοίμεθα, si rediissemus, κ, 420. μ, 345, redierimus. Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, μ, 39, venies ad eas. ἀφίξεται Ἴλιον, Σ, 270. τοῦτον νῦν ἀφίκεσθε, νέοι, θ, 202, hunc nunc adsequimini, juvenes: hunc, sc. jactum, *den wurf, (the throw:)* et dicit de eo quasi de loco. alii legunt ibi, ἐφίκεσθε, ab ἐφίκνεομαι, i. e. καταλαμβάνω, ἐφάπτομαι. πρίν γε τὸν ἐς νῆας ἀφικέσθαι, δ, 255. δὸς δὲ, πάλιν ἐπὶ νῆας ἀφικέσθαι, K, 281. ἐπὴν ἡμᾶς ἔλπῃ ποτὶ δώματα ἀφῖχθαι, ζ, 297, cum speraveris nos pervenisse domum: et hoc ἀφῖχθαι est infin. præter. pass. deponentialiter.

ἀφίστημι, (Στάω) longe statuo vel sto, absisto. ὅσσον τροχοῦ ἵππος ἀφίσταται, quam longe abest a rota equus ad currum junctus, Ψ, 517, seq. ubi istud breve spatium pluribus verbis describitur. τί καταπτώσσοντες ἀφέστατε, cur timidi absistitis, Δ, 340, est imperfectum ab ἀφέστημι, (vide ἵστημι) et notat ἀπόστασιν μάχης, si quis a pugna cessat, et procul stat. sic ab eadem forma ἀφίστημι, est ἀφεστᾶσιν, N, 738, stant procul, nec pugnant. ἀφεστᾶσιν, οὐδὲ μάχονται, Ξ, 132. et rursus in imperfecto, ab eadem forma, οὐκ ἔτι δηρὸν ἀφέστασαν, Φ, 391. O, 672, cujus oppositum est 675, 703. Αἴαντος ψυχὴ νόσφιν (remote) ἀφεστήκει, λ, 543. πολλὸν ἀφεσταότες, P, 375, *weit abstehend, (standing at a great distance.)* οὐκ ἄλλη γυνὴ ὧδε ἀνδρὸς ἀφεσταίη (præsens optat. act. ab ἀφέστημι) ψ, 101, 169. δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη, draconem videns retro celeriter resilire solet, Γ, 33. δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ χρεῖος, N, 745, ubi est notio rependendi per libram: metuo, ne hesternum debitum nobis rependant Græci; i. e. cum nos heri vicimus, illi vicissim nobis cladem reddent, et sibi ipsi satisfacient æqua lance: *was sie uns gestern schuldig worden, werden sie uns richtig wieder bezahlen, (what they owed us yesterday, they will not fail to pay us to day.)* proverbialis locutio de clade, quando accepta redditur hosti.

ἀφῖχθαι, vide sub ἀφίκομαι.

ἄφλαστον, ου. τό. (Τρέω) suprema pars elatæ puppis, describitur ab Eustathio, quod sit τὸ ἐπὶ πρύμνης ἀνατεταμένον εἰς ὕψος, ἐκ κανονίων πλατέων ἐπικεκαμμένων, διήκοντος δι' αὐτῶν πλατέος κανονίου, ὑπηρεισμένου τούτῳ στυλίσκου ὄπισθεν τοῦ κυβερνήτου. κοσμάννυται δὲ ἐκ τῶν κανονίων καὶ τοῦ θρανίου, ταινία, εἰς παράσημον τῆς νηός. idem dicit esse ἀπὸ τοῦ, μὴ ῥᾳδίως φλᾶσθαι; i. e. θλᾶσθαι, attice. Ἕκτωρ δὲ, πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει, ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων, O, 717, Hector vero a puppi postquam apprehenderat, nullo modo remittebat, partem illam puppis eminentem manibus tenens: et ista pars navis aptius ex visu intelligi posset quam ex descriptione. non vero est, judice eodem, τὸ ἀκροστόλιον, nam hoc erat τὸ ἀπὸ τῆς πτυχῆς ἀνατεῖνον ξύλον ἐπὶ τὴν πρῷραν, estque pro ἄκρος στόλος: στόλος vero est τὸ ἀπὸ τῆς λεγομένης πτυχῆς ξύλον πλατύ: πτυχὴ δέ ἐστι, ὅπου οἵ τε ὀφθαλμοὶ ζωγραφοῦνται, καὶ τὸ τῆς νηὸς ὄνομα ἐπιγράφεται. conf. Herodot. VI, 114, ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκει, πίπτει, in descriptione pugnæ Marathoniæ.

ἀφλοισμὸς, οῦ. ὁ. (Φλέω) spuma, *der schaum, der geifer, (foam, froth.)* est ex dialecto τῶν Αἰτωλῶν, ab ὁ ἀφρὸς per τραυλισμὸν (i. e. mutato ρ in λ) quasi ἀφρισμὸς, *die schäumung, (foam,)* interserto ο. ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνετο, O, 607; de Hectore, vehementissime pugnante, et cohortante suos; *der geifer stund im um den mund, (he foamed at the mouth.)*

ἀφνειὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Ἕω) opulentus, multorum redituum annuorum et fructuum. *bemittelt, von viel einkünften, (opulent, possessing large revenues.)* ἀφνειὸν Κόρινθον, ditem hanc urbem, B, 570, ergo illo jam ævo Corinthus opulenta urbs. ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάρης, ἀφνειὸς, ἀμύμων, E, 9, et ejus filii duo hinc non nimis fortes: nam divitiæ facere solent hominem φιλόψυχον καὶ δειλόν. ἀφνειὸς βιότοιο, Z, 14,

i. e. εὔπορος βίου: et communis usus dicere solet, ἀφνειὸς (κατὰ) βίοτον. sic dicitur ἀνὴρ φρένας ἀφνειός. et 47, ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς, sc. οἴκῳ, κεῖται πολλὰ κειμήλια. καί με ἀφνειὸν ἔθηκε, sc. ὁ Πηλεὺς, fecit me divitem, I, 479, cum per me ipse nihil haberem. ἀφνειός τε ἀγαθός τε, N, 664. P, 576. nam non semper boni sunt, qui locupletes pecuniis. δῶμα ἀφνειὸν βιότοιο, Ξ, 122. ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, sc. οἶκον. μέλλεν μέν ποτε οἶκος ὅδ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων ἔμμεναι. erat quondam hæc domus copiosa et honesta, α, 232. et 393, αἶψά τε οἱ δῶ ἀφνειὸν πέλεται, statimque ei domus opulenta fit, sc. quando regnum adipiscitur. οἵ ῥά ἐν ἀφνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο ἢ γάμῳ ἢ ἐράνῳ, sc. κτείνονται ἢ σφάζονται, λ, 413. ὧδε μάλα ἀφνειὸς, adeo dives, ξ, 116. et 200, ἀνέρος ἀφνειοῖο πάϊς. ἀφνειὸς Πυλίοισι μέγα ἔξοχα, valde eximie inter Pylios opulentus, ο, 227, nam neutrum plurale est adverbialiter intelligendum, et δώματα ναίων simpliciter est, habitans, civis. et 425, ῥοδὸν ἀφνειοῖο, abundanter divitis. et 432, ἀφνειοὶ καλέονται, habent famam divitum: sunt divites, et eo nomine celebrantur. ἐγώ ποτε οἶκον ἔναιον ὄλβιος ἀφνειὸν, ρ, 420. (sic et τ, 76, 79.) et 423, οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται, sc. ἄνθρωποι, per quas res bene vivunt et divites cluent homines. Νῖσον ἐΰν τ' ἔμεν ἀφνειόν τε, σ, 126. et 275, ἀγαθήν τε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα μνηστεύειν ἐθέλωσι, honestam et præstantem fœminam, et ditis hominis filiam, ambire volunt, ut ducant eam. ἀφνειότεροι χρυσοῖο, α, 165. ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, Υ, 220, et in sequentibus enumerantur eæ divitiæ, quod fuerint pecuariæ. cæterum et in genere divitiarum, et in laude, convenit Homero egregie cum Mose ejusque æqualibus.

ἀφοπλίζω, f. ίσω. (Πέλω) arma exuo, arma demo. οἱ δ' ἔντεα ἀφωπλίζοντο ἕκαστος, Ψ, 26, ubi per additum ἔντεα determinatum satis, quænam arma exuerint, militaria scilicet. alias hoc idem verbum etiam de instrumentis quibusvis potest intelligi.

ἀφορμάω, f. ήσω. (Ὅρω) cum impetu abeo. ὁππότε νηῦφιν (ἀπὸ νηῶν) ἀφορμηθεῖεν (pro ἀφορμηθείησαν) Ἀχαιοὶ, quando ex castris exirent contra urbem, B, 794. ἀφορμηθέντος ἀκοῦσαι, antequam audierit me abiisse, β, 375. δ, 748. apud recentiores Atticos ἡ ἀφορμὴ idem notat, quod apud alios dicitur ἡ προβολὴ εἰς τὸ ζῆν. Eurip. Med. 342. subsidium vitæ, viaticum.

ἀφόωντα, pro ἀφῶντα, vide sub ἀφάω.

ἀφραδέω, f. ήσω. (Φάω) non cogito accurate et prudenter satis, non attendo diligenter. ἀεὶ γὰρ νεώτεροι ἀφραδέουσι, semper adolescentes minus bene consulunt, η, 294, *denken nicht genugsam nach, sind unvorsichtig und unbesonnen, (are thoughtless, improvident, indiscreet.)* σοὶ πρῶτα μαχήσομαι ἀφραδέοντι, I, 32, ubi in sensu mitissimo accipiendum verbum, nam loquitur Diomedes ad regem in concilio; tibi primum contradicam minus recte pronuntianti et dissipicienti rem: quia tamen poterat durius videri verbum, hinc lenitur per addita, 33.

ἀφραδής, έος. ὁ ἡ. (Φάω) sine consilio e prudentia, negligens, non circumspectus. νεκροὶ ἀφραδέες, λ, 475, mortui sensuum et consiliorum expertes; maxime si comparantur ac Tiresiam: in genere autem mortui, apud quo consilia ulteriora locum non habent, coll. Ecclesiast. ix, 10. μνηστήρων ἀφραδέων, β, 282, ub sic dicit τοὺς κακοβούλους, *die unvernünftigen (the foolish.)*

ἀφραδίη, ης. ἡ. (Φάω) inscitia, defectu prudentis consilii aut dexteritatis aut considerationis et attentionis. ἀφραδίῃ πολέμοιο, B 368, imperitia pugnandi. ἀνέρος ἀφραδίαι ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, E, 649, male consultis vir illustris illius, κακοβουλίαις. οὐκ ἀφραδίαις νόου K, 122, ἀφροσύνῃ, *aus unverstande und schlechter einsicht, (from want of good sense and understanding.)* et 350, ὁ δὲ παρέδραμεν ἀφραδίαις ille prætercurrit ex imprudentia et negligentia *mit unachtsamkeit, (out of carelessness:)* u ergo ibi nec ἀφροσύνην nec κακόνοιαν notet, se simpliciter ἄγνοιαν et defectum sollicitæ explorationis locorum et circumspicientiæ: estqu idem ac, ἀπρονοήτως, improviso, coll. 339. sic ποιμένος, ex negligentia pastoris, Π, 354. τρὶ δ' ἔκπιεν, ι, 361, ter ebibebat poculum illud e ignoratione quam forte esset vinum, et ex im prudentia. αὐτῶν ἀπωλόμεθα, nostra ipsoru insipientia periimus, κ, 27. χλαῖναν ἰὼν ἑτάροι σιν ἔλιπον ἀφραδίαις, togam abiens relinquebar apud socios ex defectu attentionis, *aus unbedachtsamkeit, unachtsamkeit, (from though lessness, inattention.)* ξ, 481. παριὼν λὰξ ἔνδ ρεν ἰσχίῳ, præteriens calce impetum dedit i coxam peregrini illius personati, qui ipse do minus ejus erat, ex temeritate et stoliditate, 233, nam incogitantiæ summæ est, ignotun senem, sine causa lædere graviter; cum nescia quid vindictæ de te sumere possit. ὅν ποτ κτεῖνε διὰ ἀφραδίας, τ, 523, quem quondam in terfecit ex insana mente, διὰ κακοφραδμοσύνας invidia quippe. μήποτε, εἴκων ἀφραδίαις, μέγ εἰπεῖν, χ, 288, nunquam magna loqui dece hominem, subactum incogitantia et insipientia *nie aus unverstande zu prahlen, (never t boast while without understanding.)*

*ἀφραδέως, (Φάω) adverb. inconsulte, insipienter, ἀνοήτως, ἀβούλως. Ionice distrahitu circumflexus per insertum ε. Μενελάῳ μάχεσ θαι ἀφραδέως, Γ, 436, i. e. κακοβούλως: nan consilium non est, pugnare contra eum, qui e juste nos oppugnat et fortior est; cedendun potius est juri. ἀφραδέως διὰ τάφρον ἐλαύνομε ἵππους, M, 62, nullo consilio. ἐπὶ πολλὸν ἑλίσ σεται, multum circumvagatur imperite, Ψ, 320 et 426, ἱππάζεαι, equos regis non ex regul artis, ἀνεπιστημόνως.

ἀφραίνω, (Φρὴν) sum sine mente. εἴ κ' ἔτι σ ἀφραίνοντα κιχήσομαι, si iterum te sine ment agentem deprehendero, B, 258, inquit Ulysse ad Thersitem. ἀφραίνεις Μενέλαε, H, 109, in

quit Agamemnon amicissime ad fratrem suum; mente tua non uteris. additum ibi *διοτρεφὲς*, habet *ἀστεῖόν τι*: nam si Jupiter est *νοῦς*, non decet *ἀφραίνειν τὸν Διῒ παρώνυμον. ἀφραίνει ξένος*, *υ*, 360, desipit et mente mota est hospes.

ἀφρέω, f. *ήσω*. (Φέρω) spumo, *ich schäume, (I foam;)* sudo vehementer sic ut sudor albidus et quasi condensatus superjaceat cuti. *ἵπποι ἄφρεον* (omisso augm.) *στήθεα*, Λ, 282, equi spuma pleni erant in pectoribus. hinc est *ἀφρίζω*, spumam excito, spumesco; sicut ab *ὁπλέω* est *ὁπλίζω*.

ἀφρήτωρ, *ορος. ὁ ἡ.* (Πάω) proprie est *ὁ μεμονωμένος συγγενείας, καὶ μὴ ἔχων φρήτρην*, qualem Romani vocant *sine gente*, qui non habet cognationem honestam, *der kein alter von geschlechte, nicht von edler geburt, ist, (who is not of an ancient family, of noble birth.)* deinde est, cujus cognati omnes sunt extincti. denique qui cognatos suos non amat aut curat. in tertio, vel simul et in primo, significatu est I, 63, *ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, ἐστὶν ἐκεῖνος, ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου*, sine gente, aut, cognatos suos nihil respiciens, incivilis, sine lare, esse debet ille, qui pugnas inter cives amat et cupit. *ὁ συγγένειαν μὴ ἔχων ἢ τῶν πρὸς γένους μὴ ἐπιστρεφόμενος*: et *ἀθέμιστος* est, jura civilia nulla colens, morem civilem pervertens; *ἀνέστιος* vero, domum et possessionem non habens. detestatur ergo poëta sub persona Nestoris bellum civile et turbas intestinas.

ἀφρίζω, vide *ἀφρέω*.

ἀφρονέω, (Φέρω) sum sine mente attenta et sine cogitatione recta, nullum aut perversum propositum habeo. *Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες*, Ο, 104, Jovi irascimur nullo consilio.

ἀφρὸς, *οῦ. ὁ.* (Φέρω) spuma, *der schaum, jäscht, (foam.)* est ab *α*, quod *ἄνω* significat, et *φέρω*, quia spuma supra natat aut exstat. (*σὺν*) *ἀφρῷ μορμύρων*, cum spuma fremens, fluvius, Ε, 599. Σ, 403. Φ, 325, et describitur fluens cum impetu magno et vi multa. *ἀφρὸς γίγνεται περὶ ὀδόντας*, de leone efferato, Υ, 168.

ἀφροσύνη, *ης. ἡ.* (Φέρω) defectus cogitandi recte. *οὐ σε χρὴ ταύτης ἀφροσύνης*, non tibi opus est hac inadvertentia, Η, 110, *diese unbedachtsamkeit ist dir nicht gut, (thou art not the better for this inadvertence.)* conf. *χρή. ἀλλ' ἤτοι ἄνωγε παύεσθαι ἀφροσυνάων*, hortare quidem eos, ut desistant ab hac irrationalitate, *π*, 278. *ὑμετέρους παῖδας καταπαύειν ἀφροσυνάων*, *ω*, 456, ut cohiberetis filios vestros ab amentia sua.

ἄφρων, *ονος. ὁ ἡ.* (Φέρω) sine mente et cogitatione recta. *φαίης κεν, ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονά τ' αὔτως*, putares sane, esse eum valde morosum et item sterilem cogitando, Γ, 220. *τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθε*, huic parum cogitanti id persuasit, Δ, 104. sic, *σοὶ δὲ*, Π, 842. et accusativus pertinet ad verbum. *ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες, ὃς οὔτινα οἶδε θέμιστα*, Ε, 761, hunc insanum stimulantes, qui nullum novit bonum morem. et 875, *σὺ γὰρ τέκες ἄφρονα κούρην*, inquit Mars ad Jovem; tu enim genuisti vesanam puellam, Minervam: ubi is, qui paullo ante jure vocatus erat *ἄφρων*, eodem nomine ipsam prudentiam vocat. nimirum stultus est quasi *κανών τις διεστραμμένος*, ad cujus normam vel rectissima sunt prava. *πάϊς ἄφρων*, puer nullius consilii et scientiæ, Λ, 389. *οὔτε γὰρ ἔστ' ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, οὔτ' ἀλιτήμων*, Ω, 157, inquit Jupiter de Achille, coll. 186, et poëta quasi aliud agens, tres fontes injuriæ indicat; vel enim *διὰ ἀσυνεσίαν*, vel *ἀκόντως* quando non satis attendit ad id quod decet, vel *ἑκουσίως* quando animus est sceleratus, peccat homo. *οὔτε κακῷ οὔτ' ἄφρονι ἀνδρὶ ἔοικας*, ζ, 187, *ἀλλὰ φρονίμῳ, καὶ δεινῶς λαλήσαντι τὰ εἰς συμφέρον αὐτῷ*. sic et *υ*, 227. *ἄφρων* (incogitans) *δὴ κεῖνός γε καὶ οὐτιδανὸς πέλει ἀνὴρ*, Θ, 209. *οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀΐεται*, non sine ratione hospes sic existimat, *ρ*, 586. *ἦ μάλα με Ζεὺς ἄφρονα θῆκε*, inquit Telemachus; certe valde incogitantem fecit me Jupiter, *φ*, 102. et 105, *ἐγὼ γελόω καὶ τέρπομαι ἄφρονι θυμῷ*, *mit unverstande, (with folly.)* *θεοὶ δύνανται ἄφρονα ποιῆσαι καίπερ μάλα ἐπίφρονα ἐόντα*, *ψ*, 12, *können dem bedachtsamsten und aufmerksamsten die richtigkeit der gedanken und des bemerkens entziehen, (are able to make foolish even him who is most eminent for wisdom.)*

ἄφυλλος, *ου. ὁ ἡ.* (Φύω) sine foliis, aridus, *ξηρός. σχίζαις ἀφύλλοις κατέκαιον αὐτὰ*, combusserunt ea lignis ex arboribus aridis, Β, 425, ad differentiam *τῶν φυλλοφόρων*, apud Sophoclem est *ἄφυλλον στόμα, τὸ ἱκετεῦον δίχα συνήθων κλάδων*, os, supplicans sine solitis ramis.

ἀφυσγετὸς, *οῦ. ὁ.* ("Υω) qui scribitur et *ἀφύσγετος*, *ὁ.* id quod aliunde infusum et affusum est: in specie, aqua pluvialis, de montibus decurrens et in fluvium se infundens, simulque afferens secum inquinamenta varia. nam est ab *ἀφύω* vel *ἀφύσσω*, quod proprie est, pluendo affundo, a pluvia affundo; cum paragoge. *πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει*, Λ, 495, ubi sermo est de torrente, aucto imbribus montanis, et ferente secum arbores, et deinde alia quæ talis aqua secum rapere solet, et in mare deferre si id prope est: ut ergo notet *τὸν ἰλυώδη συρφετόν*.

ἀφύσσω, f. *ύξω*. ("Υω) ex fluxu fuso haurio, infundo, fundendo impleo, et ex futuro verbi *ἀφύω* ortum. *ἀφύσσων νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος*, infundens ex cratere, Α, 598, in pocula minora. *μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων*, fundens, *ι*, 9. *πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος*, ubi deest *ἐκ*, multum vini effundebatur ex doliis in crateres, *ψ*, 305, et ex iis in pocula. *οἶνον ἀφυσσόμενος*, infundens sibi ex cratere in pocula minora, Ψ, 220. *οὐδέ σε ἔολπα, ἐνθάδε ἄτιμος ἐὼν ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν*, Α, 171, ubi sensus est: nec puto, cum hic in pretio non habeor, te divitias esse infusurum mihi, te ditem facturum esse me; ut ergo tropice h. l. verbum sit positum.

ἀφύω, f. ύσω. (Ὕω) idem. fit ab ὕω, i. e. βρέχω, et ἀπὸ, a vel ex, quando ex uno vase humor fundit se in aliud. ἄγε δή μοι ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσον οἶνον, i. e. ἀπάντλησόν μοι οἶνον ἐκ πίθου εἰς ἀμφιφορεῖς, β, 349, *lass wein aus dem grossen fusse in meine kruken, fülle ein, (draw me wine from the cask into the rundlet,)* ut ἐν cum ablat. sit loco εἰς cum acc. nam hæ duæ præpositiones attice inter se permutantur. Sigma vero duplex est ob metrum, pro ἄφυσον. et 379, αὐτίκα αὐτῷ οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσεν, pro ἤφυσεν. πολλὸν γὰρ ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἕκαστοι ἠφύσαμεν, ι, 165, multum enim vinum in amphoras nostras infuderamus. et 204, οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας, pro ἀφύσας, vinum infundens in duodecim amphoras in summa. media forma ἀφύομαι, infundo mihi, haurio. ἀφυσσάμεθα ὕδωρ, infundebamus nobis aquam, ι, 85. κ, 56. ἀφυσσάμενοι ὕδωρ, δ, 359. sic, οἶνον δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι, Γ, 295, *da sie wein aus der grossen flasche in die becher gossen, (pouring wine from the flagon into the goblet.)* ἀφύσσατο οἶνον, (pro ἠφύσατο) infundebat sibi vinum, ex cratere in poculum, Π, 230. ἀπὸ κρητῆρος πλείου ἀφυσσάμενοι, ἔλειβον Ἀθήνῃ, Κ, 579. metaphorice est η, 286, ἠφυσάμην φύλλα, folia congregabam et quasi infundebam mihi, ad cubandum in iis, et contegendum me.

ἄχαρις, vide sequens.

ἀχάριστος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) sine gratia aut specie aut jucunditate: ἀηδὴς, ἔξω χάριτος, τὸ μὴ χαρίεν. idem dicitur ὁ ἡ ἄχαρις, τὸ ἄχαρι. οὐκ ἀχάριστα ταῦτα ἀγορεύεις, Θ, 236, non injucunda ista loqueris. δόρπου δ' οὐκ ἄν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο, υ, 392, ἀηδέστερον, coll. 391, cœna sane nunquam quidquam injucundius fingi possit, quam illa erat quæ procis suprema parata est: mors nimirum circa cœnæ horam. apud alios hoc adjectivum notat et, ingratum, i. e. beneficii immemorem.

ἀχάσμητος, vide sub ἄέω, paullo ab initio.

ἄχερδος, ου. ἡ. (Χάω) est φυτόν τι ἀκανθῶδες, ἐξ οὗ αἱμασιαὶ γίγνονται, θριγκοῦσαι τὰ ἔνδον, *eine art von dornen, daraus man hagezaune machet um die gärten oder gehöfte, (a certain thorny plant, from which hedges are made round gardens and court-yards.)* est a χεὶρ, quasi ἄχειρος, ἧς ἅψασθαι οὐκ ἔστι χειρὶ, quæ manu nuda tractari non possunt: interserto δ euphonico. ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ, ξ, 10, cinxerat sepimento spinoso.

ἀχεύω, f. εύσω. (Χάω) dolore et tristitia adficior, gemo, θυμὸν (κατὰ) ἀχεύων, dolens animo, Ε, 869. Σ, 461. Ψ, 566. τοῦγε εἵνεκα θυμὸν ἀχεύων, φ, 318. ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων, Ι, 608. Ω, 128, ubi additum, σὴν ἔδεαι κραδίην. β, 23. δ, 100. ξ, 40, ἄνακτος, sc. ἕνεκα. Ὀδυσσῆος μέγα ἀχεύων, π, 139. πυκινόν περ, λ, 88.

ἀχέω, f. ήσω. (Χάω) idem, *ich ächze, (I sigh.)* τῆς (ἕνεκα) ὅγε κεῖται ἀχέων, hujus puellæ sibi ablatæ causa jacet gemens et irarum plenus, Β, 694, coll. 688. et 724, ἔνθα ὅγε κεῖτο ἀχέων, ubi sermo de vulnerato Philocteta, sicut priore loco de Achille. κῆρ ἀχέων, ὀδύναις πεπαρμένος, corde dolens, doloribus transfixus, Ε, 399. μὰψ ἕνεκα ἀλλοτρίων ἀχέων, ubi suppleta est particula genitivum regens, Υ, 298, sine merito suo propter alios homines crucians se. ἤτοι ὅ τῆς ἀχέων, φρένας ἔφθιεν, sane is ejus puellæ causa dolens præcordiis contabescebat, Σ, 446. ἀχέουσα, tristis admixta ira, Ι, 563. et πολλὰ ibi pertinet ad ἠρᾶτο. ἔνθα ὅγε κεῖται ἀχέων, μέγα δὲ (enim) φρεσὶ πένθος ἀέξει, σὸν πότμον γοόων, λ, 194. ἀχέουσα ἔμπης, ο, 360, coll. 357.

ἄχθομαι, et *ἀχθέομαι*, f. έσομαι et ήσομαι. (Χάω) molestia premor, gemo, *ich bin beschweret, (I am oppressed with grief.)* est ab ἄχομαι interserto θ. non de molestia animi sola ponitur, sed et de onere quovis, e. c. si navis oneratur mercibus. et hæc posterior notio est orta ex priori, quæ est, doleo, premor. λίαν ἄχθομαι (διὰ vel κατὰ τὸ) ἕλκος, valde doleo ex vulnere, Ε, 361. et 354, ἀχθομένην ὀδύναις, valde afflictam doloribus; et sermo est de Venere vulnerata: i. e. sociis Æneæ, valde cæsis dum eripiunt ducem suum ex periculo. ἤχθετο γὰρ κῆρ, dolebat enim animo, Λ, 274, 400, ad differentiam σωματικοῦ ἄχθους. ἀλλ' ὅτε δὴ κοίλη νηῦς ἤχθετο τοῖσι νέεσθαι, ο, 456, sed quum jam cava navis onerata erat illis ad revertendum inde in patriam suam; et sermo est de mercatoribus: ἐβαρύνετο φόρτῳ, gravis erat et pressa onere, *voll ladung war, (deep laden.)* alii ibi legunt ἤχετο, ab ἄχομαι: nam et τὸ ἄχος notat onus. ἤχθετο γάρ ῥα Τρωσὶν δαμναμένους, sc. βλέπων, vel διὰ, Ν, 352, dolebat enim certe et graviter ferebat eos a Trojanis superatos esse. verbum Ionicum, *Herodoto* frequens, ἠμακτέω, et περιημακτέω, gemo, δυσφορέω, moleste fero; pertinet huc. nam περὶ intendit notionem, valde: et α intensivum, mutatum ionice in η, post se habet intersertum μ, euphoniæ causa, ut sit pro ἀαχθέω et περιαχθέω. Iones enim amant adspiratas mutare in tenues. Vide e. c. IV, 154. et I, 114.

ἄχθος, εος. τό. (Χάω) onus, moles; molestia. ὀλίγον δέ μιν ἄχθος ἐπείγει, et paucum onus urget eum, i. e. nequaquam molestatur eo exiguo onere, Μ, 452. οὐδὲ ἂν νηῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο, nec sane navis centiremis onus id reciperet et ferret, Υ, 247. πολλὰ κτήματα ἄγων, ὅσα οἱ νέες ἄχθος ἄειραν, γ, 312, multas opes advehens, quantas ei naves in onerationem recipere potuerunt: et hoc ἄχθος vocatur ὁ φόρτος apud recentiores, et ὁ γόμος. ἔφερε δὲ (ὁ Κύκλωψ) ὄβριμον ἄχθος ὕλης ἀζαλέης, ι, 233, apportabat ille grave onus lignorum aridorum. αὔτως ἄχθος ἀρούρης, sic frustraneum et inutile onus vel pondus terræ, υ, 379, ubi sic vocatur homo ad nullum opus utilis; simulque magnus corpore et βουγάϊος. sic et Σ, 104, ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, inquit Achilles otii impatiens de se, sedeo in castris inutile pon-

dus terræ, nec cuiquam bonæ rei inservio: ut notetur ἀπραξία παντελὴς ἐξ ἀργίας, simulque τὸ βριθὺ μέγεθος τοῦ ἥρωος connotetur. Vide sub litera Θ.

ἀχλὺς, ύος. ἡ. (Λάω) caligo, nebulosæ tenebræ, quæ faciunt ne liquidum cernere possimus. nam est quoque ab α privativo, et λάω vel λαύω, cerno accurate, cum interserto χ. notat deinde et vitium oculi non clare cernentis et quasi per nebulam. ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν, caliginemque etiam tibi ab oculis demsi, quæ prius inerat, inquit Minerva ad Diomedem, E, 127. et 696, τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτο ἀχλὺς, ubi de tenebris mortis ponitur, vel potius τῆς λειποθυμίας, nam rediit postea ad se: *er fiel in ohnmacht, (he fainted, swooned.)* αὐτῷ κατ' ὀφθαλμῶν ἔχεεν ἀχλὺν, *er verblendete ihn, (he dazzled him, threw a mist before his eyes,)* Υ, 321. et 421, κατ' ὀφθαλμῶν κέχυτο ἀχλὺς, ubi de valde lugente est sermo. et 341, 'Αχιλῆος ἀπ' ὀφθαλμῶν σκέδασε ἀχλὺν θεσπεσίην, ὁ δὲ ἔπειτα μέγα ἔξιδεν ὀφθαλμοῖσιν. sed de tenebris mortis, si quis moritur, est Π, 344, ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. sic et χ, 88, κατ' ὀφθαλμῶν δ' ἔχυτ' ἀχλύς. τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν 'Αθήνη θεσπέσιον, O, 668. 'Αθήνη αὐτῷ ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε, η, 41, i. e. exspectabatur vespertinum tempus antequam ingrederetur urbem; et aliqua ex ministris Nausicææ fuit ei dux viæ. hoc vocat poeta, nebula cingi a Minerva, ne videretur ab aliis, coll. 15. κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν (super cœlum) ἀχλὺς, υ, 357, qualis caligo oritur in aëre in totali defectu solis, qualis nunc re vera erat, *bey einer ganzen sonnenfinsterniss, (in a total eclipse of the sun,)* quæ simul erat omen mortis procorum.

ἀχλύω, f. ύσω. (Λαω) caligine obfuscor, caligant mihi oculi: it. caligine plenus sum, obtenebror. ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπὸ τῆς νεφέλης κυανέης, μ, 406. ξ, 304, i. e. ἀχλύος ἐπλήσθη.

ἄχνη, ης. ἡ. (Χάω) est in genere, res non cohærens sed minutatim sparsa. nam est ab α privativo, et ἔχω, cohæreo, densus sum; quasi ἀέχη, et interserto ν, ἀέχνη. hinc in specie sic vocatur palea, *die spreu, (chaff:)* ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει, ἱερὰς κατὰ ἀλωὰς, ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνει, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας, αἱ δὲ ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαὶ, E, 499, 501, ubi parabola est de aratore, qui post messem factam in area ventilat frumenta, et ubi paleæ, urgentibus ventis, retro aguntur, et ex paleis fiunt subalbentes cumuli. deinde et de spuma maris, et de guttis marinis, κῦμα χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δὲ ἄκρας κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δὲ ἁλὸς ἄχνην, Δ, 426, fluctus continenti terræ allisus valde murmurat, et ad promontoria tumidus attollitur, et exspuit maris spumam guttasque dispersas; ubi maxime ὁ ἀφρὸς sic vocatur, aut fortasse etiam τὸ φύκιον, quæ utraque πτύελον ὥσπερ ἤτοι ἀπόπτυσμα θαλάσσης εἰσὶν ἐρευγομένης ἔξω: nam non spumam modo exspuit mare, sed et varia frustula arundinosa et algosa. sic, κῦμα κυλίνδεται, ὑψόσε δὲ ἄχνη σκίδναται ἐξ ἰωῆς ἀνέμου, Λ, 307, fluctus volvitur, in altum vero spuma spargitur a flatu venti. ὡς ὅτε κῦμα ἐμπέσῃ νηΐ, ἡ δὲ πᾶσα ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, O, 626, ubi non spuma sola, sed divisa per navem aqua, sic vocatur. εἴλυτο δὲ πάντα ἁλὸς ἄχνῃ, ε, 403, adspergo maris operiebat omnia. ὑψόσε δ' ἄχνη ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπέπιπτε, μ, 238, et in altum spuma cum guttis incidebat summis scopulis, τὸ λεπτότατον τοῦ κύματος: Sophocles etiam τὴν δρόσον, rorem, vocat ἄχνην οὐρανίαν, quia nec roris nec pluviarum guttæ sunt συνεχεῖς, sed διεχεῖς, a quo ἄχνη nomen habet: et Euripides vinum in libationibus humi sparsum dicit οἰνωπὸν ἄχνην. omne igitur tenue, aut supersparsum, aut innatans, aut male hærens, dici potest ἄχνη. Vide sub Ἔχω, paullo a fine.

*

ἄχνυμαι, (Χάω) angor, gemo, idem ἄχομαι. nimirum ab ἄχω est ἀχύω, inserto ν, ἀχύνω, transposite ἀχνύω, et inde ἄχνυμι. sic plura verba ejusmodi insitiones et paragogas adsumunt, e. c. ἄγω, ἄγνω, ἀγνύω, ἄγνυμι, sic δόρω, ὄρω, σβέω, ἕω, κορέω, στορέω, οἴγω, ζεύγω, ῥώω, ζώω, ὀμόργω, δέχω, etc. θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν ἄχνυμαι, ξ, 170, tristis sum animo. τὸ δ' ἐμὸν κῆρ ἄχνυται ἐν θυμῷ, Z, 524. ὄφρα ζώει, ἄχνυται, Σ, 62. et 320, ὁ δὲ ὕστερος ἐλθών. et 443. σεῖο φθιμένου ἀχνύμεθα, λ, 557. ἄχνυνται δὴν οἰχομένοιο ἄνακτος, ξ, 376. ἄχνυτο (omisso augmento) δέ σφιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι, Ξ, 38. ἀχνύμενος, tristis simul et iratus, A, 103. et 241, 588, ἀχνύμενός περ. sic N, 419. X, 424. καὶ ἀχνύμενός περ (ἕνεκα ἢ ὑπὲρ) ἑταίρου, Θ, 125, 317. P, 459. sic, αὐτοῦ ἀχνύμενος, N, 403. καίπερ ἀχνύμενος, quantumvis gemens, O, 133. Ψ, 137. ἀχνυμένη κραδίη, corde tristi simul et irato et indignante, Ω, 584. et 773, ἀχνυμένη κῆρ. ἀχνυμένω κῆρ, nos duo irati et tristes corde, T, 57, Achilles et Agamemnon invicem. sic de equis duobus tristibus, Ψ, 284, ob amissum dominum. et 443, dolentes vos equi duo. ἀχνύμενοι κῆρ, lugentes, H, 428, 431. Ψ, 165. et τὸ ἄχνυσθαι differt a κλαυθμῷ, sicut τὸ μειδίαμα a γέλωτι. ἀχνύμενοί περ, etsi indignabundi, B, 270. et O, 651, ἑταίρου, c. ἕνεκα. Σ, 112. T, 8, 65. M, 178. ἀχνύμενοι, N, 658. ἄλγεα δ' ἔμπης ἐν θυμῷ κατακεῖσθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, Ω, 523, et 526, οὕτως γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι ζώειν (αὐτοὺς) ἀχνυμένους, sic enim destinarunt dii miseris mortalibus ut vivant gemebundi et tristes. ἀχνύμενός περ, δ, 104. et 661, ubi iram et indignationem indicat. η, 297, valde tristis. θ, 478. κῆρ, κ, 67. μ, 153. περ, ξ, 142. φ, 250. ἀχνυμένη, λ, 387. ω, 21. καί περ ἀχνυμένῳ, δ, 549, coll. 555, ἐθέλω δὲ καὶ ἀχνύμενός περ ἀκοῦσαι. φ, 115. ἀχνύμενόν περ, π, 147. κῆρ, χ, 188. ἀχνύμενοί περ, κ, 174, 570. λ, 465. μ. 12. et 250, ἀχνύμενοι κῆρ, ω, 419. ἀχνύμεναι, λ, 541. non semper autem luctum, sed et, ut vidi-

mus, iram aut indignationem, indicat hoc tristitiæ verbum.

ἄχολος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) sine felle, non habens fel: sine ira, sine perturbatione animi, φάρμακον νηπενθές τ' ἄχολόν τε, δ, 221, medicamen luctui et iratæ perturbationi animi adversum. dantur etiam ζῶα ἄχολα, τὰ μὴ ἔχοντα σωματικὴν χολήν.

ἄχομαι, (Χάω) angor, gemo. νῦν δὲ ἄχομαι, τ, 129. σ, 255.

Ἄχος, εος. τό. (Χάω) mœror, tristitia magna; it. id quod mœrorem nobis conciliat. *herzeleid, noth, (affliction, distress.)* est ab α privativo, et χάω vel χαίνω, hisco, os aperio, quia magnus animi dolor vocem præcludit, ut sit ἡ ἄφωνος ἀνία: vel et ab α intensivo et eodem χάω, quia magnus dolor animi sæpe cogit aperto ore lamentari et gemere. hæc etymologia videtur confirmari ex Β, 171, ἑσταότα, ἐπεί μιν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανε, stantem, quia mœror gravis invaserat ejus cor animumque; ut ergo staret tacitus. et ex Θ, 124, Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἡνιόχοιο sc. ἕνεκα, Hectorem gravis mœror angebat circa præcordia ob aurigam suum cæsum. sic et 316. Ρ, 83. alii ab α intensivo, et χέειν, fundere, confundere, deductum nomen judicant, ut sit ἡ ἄγαν σύγχυσις ψυχῆς, quod innuere videtur poëta, δ, 716, αὐτὴν ἄχος ἀμφεχύθη, eam circumfudit mœror, et quidem θυμοφθόρον, letalis, exitialis mœror. sed prima illa etymologia videtur verior: præsertim cum ipsum χέειν pertineat ad χάειν. αὐτῷ ἄχος ἐγένετο, ei tristitia iræ nata est, Α, 188, dolor magnus sic Μ, 392, ubi de sola tristitia ob vulneratum amicum, αὐτοῖς ἄχος κατὰ θυμὸν ἐγίγνετο, Ν, 86, dolor. et 417, ἐγένετο (ἕνεκα) εὐξαμένοιο, ob eum gloriantem. sic et Ξ, 458, 486. φθιμένου ἑτάροιο, sc. ἕνεκα, Π, 581. ἀλλά μοι αἰνὸν ἄχος (ἕνεκα) σέθεν (pro σοῦ) ἔσσεται, ὦ Μενέλαε, at mihi gravis luctus tui causa erit, O frater, Δ, 169. ἀλλὰ τόδε αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει, Θ, 147. Ο, 208. Π, 52. (σ, 273.) et 55, τό μοι ἐστίν. et 508, γένετο. ἦ κέ μοι αἰνὸν ἀπὸ πραπίδων ἄχος ἔλθοι, certe sane mihi gravis luctus a præcordiis abiret, Χ, 43. ἐπεί με αἰνὸν ἱκάνει, Τ, 307. πυκινὸν δ' ἄχος ἔλλαβεν αὐτούς, Π, 599. μυρίον κατέχυτό οἱ ὀφθαλμοῖς, innumera tristitia una cum terrore offusa est oculis ejus, Υ, 282, ubi ergo de λύπῃ καὶ φόβῳ simul positum. τοῖον γὰρ βεβίηκεν Ἀχαιούς, tantus dolor oppressit eos, Κ, 145. Π, 22, et sane summa luctus causa est apud cordatos ἡ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν ἀπώλεια. ἄχος εἷλεν αὐτόν, Ν, 581. ἔλλαβεν αὐτοὺς θυμῷ, Ξ, 475, dolor cepit eos animo, sic ut nihil loquerentur. αὐτῷ σοὶ μετόπισθ' ἔσσεται, Ι, 249. χ, 345. ἐμοὶ δὲ, Ε, 759. π, 87. τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν, Τ, 125, quasi βέλος τι ἢ ξίφος. sic, οὔ με ἄχος ὀξὺ κατοίσεται Ἄϊδος εἴσω, Χ, 425, ob quem me luctus acutus deferet ad inferos. ἐν δέ οἱ ἦτορ δῦνε ἄχος ἄτλητον, in cor ei subiit dolor intolerabilis, Τ, 367. ἦ μοι ἄχος (ἕνεκα) Αἰνείου, Υ, 293. οὐ μ' ἔτι δεύτερον ὧδε ἵξεται ἄχος κραδίην, non mihi amplius altera vice adeo veniet luctus in cor, Ψ, 47. τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, Ρ, 591. Σ, 22. ω, 314. ὀλίγον γε (ἕνεκα) τοῦ θανόντος κῆρ (ἀπὸ) ἄχεος μεθέηκα, paululum saltem ob mortuum eum cor a luctu remisi, Ρ, 539. οὐκ ἔσται μοὶ ἄλλη θαλπωρή, ἀλλὰ ἄχεα, Ζ, 413, non erit mihi aliud solatium, sed meri mœrores. ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ, Γ, 412. Ω, 91. Ἀτρείδης δ' ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος ἦτορ, saucius corde, Ι, 9. κ, 247. ἤθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι, Ζ, 336, sed volebam in dolore animi mei ulterius progredi: sentio enim me invisum esse meis, a quibus etiam proditus pene sum ad μονομαχίαν cum Menelao: id magno mihi dolori est. ἐμοὶ δὲ ἔσται ἄχος αἰὲν ἄλαστον (ἕνεκα) κείνου, δ, 108. αὐτῆς παρειαὶ φθινύθουσι ἄχεϊ ἐλεεινοτάτῳ, θ, 530. et 541, μάλα αὐτὸν ἄχος φρένας ἀμφιβέβηκεν. ἐμοὶ δὲ ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον, λ, 207. et 278, ᾧ ἄχεϊ σχομένη, suo mœrore superata, οἰκείῳ. ἄχεϊ οὗ παιδὸς ἀπέφθιτο, luctu ob filium suum periit, ο, 357. οὐ μὰν οὐδ' ἄχος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν οὐδέ τι πένθος, ρ, 470. ὄφρα ἔτι μᾶλλον δύη ἄχος κραδίην αὐτοῦ, σ, 347. υ, 286. ἦ μέν με ἀχέεσσί γε δώσεις πλείοσιν ἢ ἔχομαι, τ, 167, certe sane me doloribus trades pluribus quam quibus jam teneor. ἦ μοι ἄχος περί τ' αὐτοῦ καὶ περὶ πάντων, certe mihi dolor est et de me ipso et de omnibus nobis, φ, 319, coll. 547, 548, 550. et 299, ἥρωας δ' ἄχος εἷλε, ubi est dolor indignabundus et irarum plenus et 412, μνηστῆρσιν δ' ἄχος γένετο μέγα. Germanorum gemitus, *ach, (ah,)* hanc vocem exhaurit; et verbum *ächzen, (to sigh.)*

ἀχρεῖος, ου. ὁ ἡ. (Χράω) inutilis, incommodus, πρὸς οὐδεμίαν χρείαν. Attici scribunt ἄχρειος. neutrum ponitur adverbialiter. ἀχρεῖον ἰδὼν ἀπεμόρξατο δάκρυ, οἱ δὲ, καί περ ἀχνύμενοι, ἡδὺ ἐγέλασαν ἐπὶ αὐτῷ, Β, 269, ubi plerique hoc adjectivum trahunt ad participium, post quod ponunt comma, explicantque, ἀκαίρως ὑποβλέψας, *unzeitig, unnütz aussehend, einfältig aussehend, (unseasonable, appearing useless, looking silly.)* sed quid, si trahatur ad δάκρυ, deleto commate: videns inutilem esse lacrimam suam: et ut sequens δὲ notet, enim; illi enim, quamvis in tristitia de rebus suis constituti, suaviter tamen de eo ridebant. si tamen malis ad ἰδὼν relinquere, notatur conversio oculorum ad populum inutilis, quia hoc miserabili adspectu nemo movebatur. sed σ, 162, ἀχρεῖον δ' ἐγέλασε, Penelope; ubi notatur τὸ ἐπίπλαστον καὶ ὑποκεκριμένον risus istius: ridebat simulatorie. cæterum is locus circa hunc versum habet artem ἀμίμητον.

ἀχρημοσύνη, ης. ἡ. (Χράω) defectus opum, ἡ ἔνδεια χρημάτων, egestas. ἀχρημοσύνη γὰρ ἀνώγει, deficientia enim rerum ad usum vitæ necessariarum id jubet, ρ, 502, et sermo est de mendico.

ἄχρηστος, vide sub ΧΡΑ'Ω, ad finem.

ἄχρι et ἄχρις, (Ἕω) adverb. usque ad. idem ac μέχρι, et sæpe est pro διόλου, penitus,

bis ganz durch, (quite through.) ὀστέα λᾶας ἄχρις ἀπηλοίησεν, ossa lapis penitus confregit, Δ, 522. et potest videri cum α intensivo compositum esse adverbium hoc, si minus ab ἅμα sumtum α copulativum placet. ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε, Π, 324, i. e. ἀπήραξε τοῦς μῦς (musculos et carnem) εἰς ὀστέον ἄχρις. γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις αἰχμή, Ρ, 599, perstrinxit eum cuspis usque ad os, *bis auf den knochen, (to the bones.)* ἄχρι μάλα κνέφαος, usque ad seram vesperam, σ, 369, *bis in die nacht, (till late at night.)* conf. κνέφας.

ἀχυρμιά, ᾶς. ἡ. (Χάω) locus ubi decidit palea in area quando frumentum ventilatur, τόπος ἀλωῆς, ἐν ᾧ πίπτει τὸ ἄχυρον, λικμώντων τῶν ἀνδρῶν. *der spreu sammelplatz auf der tenne, der spreuhaufe, (the place where the chaff falls on the barn floor, the chaff heap.)* Ε, 502, vide ἄχνη.

ἄχυρον, ου. τό. (Χάω) palea, *die spreu, (the chaff.)* notat paullo specialius quam ἡ ἄχνη, cum qua et est ejusdem originis, quasi ἀέχυρον, ab α priv. et ἔχω, hæreo. notat et, stramentum, et alia tenuia. Vide sub ἦτα ad initium et "Εχω, prope finem.

γενειάω, f. ειήσω. (Ἄγω) ornor barbâ. adolesco. *bekomme einen bart, (I get a beard.)* ὃν σὺ μάλιστα ἠρῶ (ab ἀράομαι, precor) ἀθανάτοισι γενειήσαντα ἰδέσθαι, σ, 175, quem primâ barbâ se induentem videre precabaris a diis. et sermo est de patre et infante puero. et 268, ἐπὴν δὴ παῖδα γενειήσαντα ἴδηαι, quando filium barbatum videris.

γένειον, ου. τό. (Ἄγω) idem quod ἡ γένυς. maxilla, gena; mentum. it. barba. tradunt quidam, in singulari notari locum barbæ, in plurali vero pilos ejus loci. ἡ οἱ γούνατα ἔκυσσε, καὶ ἔλλαβε (ἔλαβε) χειρὶ γενείου, Θ, 371, quæ ei genua osculata est, et attigit manu mentum. quod alibi dixit, ὑπ' ἀνθερεῶνος ἕλεν, et, ποτὶ στόμα χεῖρα ὤρεξε. ὁ μέν μιν ἔμελλε, γενείου χειρὶ ἀψάμενος, λίσσεσθαι, Κ, 454. πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον, Χ, 74. οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, Ω, 516. ἡ δὲ (λίμνη, aqua stagni) προσέπλαζε γενείῳ, de Tantalo in media aquâ stante, λ, 582, accedebat ad mentum. κυάνεαι δ' ἐγένοντο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον, nigricantes facti sunt pili circa mentum, π, 176. ἀψαμένη δὲ γενείου, Ὀδυσσῆα προσέειπεν, τ, 473. contingens mentum, blande. et γένειον ibi est μέρος, νῦν vero (αὐτῷ) est ὅλον.

γένεσις, ιος et εως. ἡ. (Γάω) origo, generatio; parens. quasi a γενέω, f. γενέσω, pro γείνω. Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, Ξ, 201, 302. et 246, Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. ut ergo fere active notet hæc vox in poëta. hinc est τὸ γενέσιον, generari faciens. et ἡ γενετὴ, ortus et ἡ γενέθλη. Vide sub γείνω, prope medium et sub ἀνέλω, ad finem.

γενέσκετο, ionice pro ἐγένετο, vide sub γείνω prope medium.

γενετὴ, ῆς. ἡ. (Γάω) nativitas, ortus. *geburt, (birth.)* Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα ἐκ γενετῆς, a natalibus suis, Ω, 535, collatis sequentibus. τοῦτο γὰρ ὄνομα ἔθετο αὐτῷ μήτηρ ἐκ γενετῆς, σ, 6, recens nato ei.

γενέω, vide γεννάω, et sub γείνω, prope medium.

γενήσεται, differt ab ἔσται, vide sub ἜΩ, longius sub medio.

γενναῖος, αία, αῖον. (Γάω) generi conveniens, *dem geschlechte gemäss, (suitable to birth.)* deinde et, generosus, ab antiqua stirpe. οὐ γάρ μοι γενναῖον, ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι, οὐδὲ καταπτώσσειν, Ε, 253, i. e. οὐ προγονικόν μοι τὸ δειλαίνεσθαι, οὐ συγγενὲς, οὐκ ἔμφυτον καὶ ἐμφυές. nam τὸ γενναῖον est τὸ ἐκ γένους, ἀπὸ γέννης. *es ist mir nicht angeboren, (I had it not from my birth.)* Sed quando Plato dicit γενναῖα σῦκα, non solum dicit τὰ εὐγενῆ, sed et τὰ ἐπιγεγεννημένα ἐξ ἐπεμβεβλημένων συκεῶν. sic et γενναία σταφυλὴ, generosa uva. ὁ γεννάδας, ου, generosus, animosus, apud Aristoph. Ran. 180, 653, 750. Equit. 240. et idem, cum α intensivo, ἀγεννάδας, valde fortis, Acharn. 1228.

γεννάω, f. νήσω. (Γάω) gigno, genero, pario, *zeuge, gebäre, (I beget, bring forth.)* et hoc γεννᾷν circumscribitur Π, 188, ἐπεὶ τὸν Εἰλείθυια ἐξάγαγε πρόφοωσδε, καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγὰς, quo postremo τὸ γεννηθῆναι exprimitur. verbum est et, γενάω, et γενέω, a γείνω.

γένος, εος. τό. (Γάω) genus, origo. *das*

geschlecht, der ursprung, (race, origin.) et plerumque τὸ γένος est abstractum, ὁ γόνος vero concretum. Dores τὸ γένος dicunt δένος. mutant enim sæpe τὸ γ in δ, sicut in ἡ δᾶ pro γῆ, in δνόφος pro ὁ γνόφος, etc. hinc est ὁ οὐτιδανὸς, nullius generis et præstantiæ et utilitatis. εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν, etsi natu minor erat, Γ, 215, ergo notat et nativitatem. quamvis nativitate posterior erat. καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν ὅθεν σοί, Δ, 58, *bin von eben der herkunft wie du, (I am of the same extraction as thou art.)* γένος (i. e. κατὰ γένος) δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο Ἀλφειοῦ, E, 544, *von geburt stammete er vom Alpheus her, (by birth he was descended from the Alpheus:)* collato 546, s. unde apparet, nepotem Alphei sic dici. et 896, ἐκ γὰρ ἐμεῦ (κατὰ) γένος ἐσσί, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ, quod nativitatem attinet, ex me es: ubi filius indicatur, loquitur enim Jupiter ad Martem. ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων, erat divinæ originis, non humanæ, Z, 180, ubi conf. Χίμαιρα in R. et 209, μηδὲ γένος πατέρων αἰσχύνειν, neque stirpem paternam dehonestare. ἡ δὲ χολωσαμένη δῖον γένος Ἰοχέαιρα, I, 534, i. e. Diana, filia Jovis. ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν, M, 23, i. e. ἄνδρες ἡμίθεοι, οἱ ἥρωες. ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη, N, 354, certe sane utrique idem ortus atque una paterna origo. Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι Τυδέος, Ξ, 113, ubi deest κατὰ, quod attinet originem et nativitatem. et 126, οὐκ ἄν με γένος γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φάντες, ubi quoque est elliptice pro κατὰ γένος: non sane putantes, me esse genere et ortu vilem aliquem et ignavum et imbellem. quæ præfatur, quia suasurus est cautionem in pugna, 129, seqq. Εὐρυσθεὺς, τὸν γένος, T, 124, inquit Juno ad Jovem: et est h. l. ἀττεῖον ὁμώνυμον, ex 105 petitum; cum tamen Eurystheus aliter esset ex genere Jovis, quam Hercules ad quem mens Jovis directa fuerat. φῆσθα σὺ μὲν ποταμοῦ γένος ἔμμεναι, Φ, 186, coll. 157, seqq. fuit ergo nepos fluvii Axii. ὃς ἐκ θεόφιν (θεοῦ) γένος (κατὰ) ἦεν, Ψ, 347, coll. 346. τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένεα ἀνδρῶν, γ, 245, ter enim dicunt eum imperasse generibus hominum, i. e. per tres generationes. δύο μὲν ἡλικίαι ἀνδρῶν ὑπηκόων τῷ Νέστορι ἐκ νέων ἀκμάσασαι καὶ παρακμάσασαι ἔφθιντο, αὐτὸς δὲ τρίτης ἤδη ἦρχε γενεᾶς. οὐ γὰρ σφῷν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων, ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ διοτρεφέων βασιλήων, δ, 62, 63, non humile est genus vestrorum parentum, sed estis ex regibus genere, κατά. ὅθι σοὶ γένος ἐστὶ καὶ αὐτῇ, ζ, 35, ubi et tibi ipsi genus est, i. e. ex quibus et ipsa es. οἵτε μάλιστα κήδιστοι τελέθουσι, μεθ' αἷμά τε καὶ γένος αὐτῶν, θ, 583, qui maxime curantur post sanguinem et genus vestrum; nam sermo est de genero aut socero, qui post consanguineos sunt proximi, post fratres et patrueles. ἐκ μὲν Κρητάων (κατὰ) γένος εὔχομαι (εἶναι) εὐρειάων, ξ, 199, ex Creta ampla profiteor mihi esse originem, vel me esse genere. et 204, τοῦ ἐγὼ (κατὰ) γένος εὔχομαι εἶναι, ejus filium me esse profiteor. ἐξ Ἰθάκης (κατὰ) γένος εἰμί, ο, 267. et 532, ὑμετέρου δ' οὐκ ἔστι γένευς (ionice pro γένους, διὰ πλείω φωνῆς ὄγκον) βασιλεύτερον ἄλλο ἐν δήμῳ Ἰθάκης, vestro genere non aliud est magis principale. ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχεται, π, 62. et 401, δεινὸν δὲ, γένος βασιλήϊον, ἐστὶ, κτείνειν, grave est, regiam stirpem interficere: i. e. regium hæredem. αὐτὸν δ' οὐ σάφα οἶδα πόθεν γένος εὔχεται εἶναι, ρ, 373, i. e. κατὰ γένος. et 523, ὅθι (ubi) Μίνωος γένος ἐστίν. μηδ' ἐμὸν ἐξερέεινε γένος καὶ πατρίδα γαῖαν, ne roga meum genus, τ, 116. et 162. ἀλλὰ καὶ ὥς μοι εἰπὲ τεὸν γένος, ὁππόθεν ἐσσί. βοῶν γένος, υ, 212, genus et propagatio boum. ἀνδρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ (κατὰ) γένος εὔχεται ἔμμεναι υἱὸς, φ, 335. εὔχετο δ' ἐξ Ἰθάκης γένος ἔμμεναι, ω, 268. et 507, μή τι καταισχύνειν πατέρων γένος. et 511, οὔ τι καταισχύνοντα τεὸν γένος.

γέντο, dorice pro ἕλετο, vide sub ἝΛΩ, aliquanto a fine.

Γένυς, νος. ἡ. (Ἄγω) mala, maxilla. *die kinnbacke, (the jaw.)* it. mentum, *das kinn, (the chin.)* a curvitate sic dicta, ab ἄγω, curvo. θήγων ὀδόντα μετὰ (inter) γναμπτῇσι γένυσι, curvas maxillas, de apro, Λ, 416, unde et αἱ γαμφηλαὶ dictæ, quæ sunt eædem αἱ γένυες. κρόμαδος γενύων, crepitus maxillarum et dentium percussorum, Ψ, 688, coll. 690, de pugilibus. ut τὸ παρήϊον et ἡ παρειὰ sit fere idem quod ἡ γένυς. πρὶν πυκάσαι γένυν εὐανθεῖ λάχνῃ, antequam vestirent maxillam floridâ lanugine, λ, 319, ubi sermo est de primâ barbâ.

γεραιὸς, vide γηραιός.

γεραίρω, f. αρῶ. (Γάω) præmio præcipuo honoro aliquem. *beehre einen durch ein vorzuglich geschenk, (I honour a person with a particular present.)* νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν ἥρως Ἀτρείδης, H, 321, ubi ergo γέρας in convivio principum erat major et lautior portio cibi. Sic et ξ, 437. et 441, ὅτι μ' ἐ, τοῖον ἐόντα, (tam miserum, inquit personatus) ἀγαθοῖσι γεραίρεις, honoras.

γέρανος, ου. ἡ. (Γάω) grus, *ein kranich, (a crane.)* avis timida et valde sentiens; præterea clamosa, et alte volans. habet nomen sine dubio a voce sua quam edit γρὰ, γρά. quia tamen et coloris cani fere est: apte hoc loco memoriæ tradi potest, quasi a canitie nomen habeat. præsentit frigus, et proficiscitur in calidiores vel tepidiores regiones. χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων, B, 460, ubi de clamoso earum volatu parabola sumta. κλαγγὴ γεράνων, αἵτε χειμῶνα φύγον καὶ ὄμβρον, Γ, 3, s. ubi Trojanos clamosos et alta cogitantes iis comparat. sic et O, 692. Germani magis breviter vocem ejus imitantes, vocant hanc avem, *ein kran* vel et *kron.*

γεραρὸς, ὰ, ὸν, (Γάω) dono præcipuo quodam ornatus, majestate quadam præditus. in specie ὁ ἐκ μόνης θέας τὸ τίμιον ἔχων, quem qui adspiciunt statim suspiciunt, ὁ ἔχων εἶδος ἄξιον βασιλείας, *von majestätischem ansehen, (of majestic person.)* καλὸν οὕτω οὔπω ἴδον, οὐδὲ οὕτω γεραρόν. βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικε, Γ, 170, sic

præstantem et præcipuum. comparativus γεραρώτερος est Γ, 211, præstantior forma principali.

γέρας, *ατος. τό.* (Γάω) pars præcipua, donum præcipuum, principi præ aliis datum: *ein vorzügliches ehrengeschenk für hohe personen, (a particular present for distinguished personages.)* proprie est præcipuum quid de præda datum principi. nam magna præda collata fiebat æqualis divisio διά τινος λαχμοῦ: sed ante hanc sortitionem principibus dabantur ἀπομοιραί τινες præcipuæ, honoris causa, quæ vocabantur γέρατα. est ergo ab ὁ γέρων, quatenus ea vox notat virum senatorem seu principem. Sæpe autem tale γέρας in se non erat magni pretii; sed honor solus spectabatur. Sic Agamemnoni, honoris causa, data erat pulcra captiva nobilis. αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίκα ἑτοιμάσατε, Α, 118. et 120, λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ, quod meum honoris præmium alio abit. et 133, ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας. et 135, εἰ μὲν δώσουσι γέρας, ὅπως ἀντάξιον ἔσται. et 138, ἢ τεὸν, ἢ Αἴαντος γέρας, ἢ Ὀδυσῆος. et 167, σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, (utpote supremo regi) ἐγὼ δ' ὀλίγον. et 356, ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας. γέρα (per apocopen pro γέρατα) πεσσέμεν, Β, 237, præmia sua concoquere. τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς, οἱ θεοὶ, Ω, 70. Δ, 49. hoc enim præcipuum honorarium sortiti sumus nos dii, sc. λοιβῆν τε κνίσσην τε. et 323, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων, id præcipui habent præ junioribus, sc. consilio juvare rem publicam. ergo γέρας in genere omne præcipuum notat quod quis præ aliis habet; etiam præcipuum honorem aliquem. eadem verba sunt, Ι, 422, ubi γὰρ, præcedens propositionem suam, respicit verba 423 posita: nam hoc est præcipuum munus principum, consilia quam optima excogitare. cæterum τὸ γέρας, donum honorarium, quod etiam τὸ πρεσβήϊον dicitur, non semper ingentis pretii fuisse, apparet ex Θ, 289—291. Sed honor erat magnus, qui hoc signo habebatur: hinc Achilles tantopere ob ereptum sibi γέρας, quasi indignus eo visus esset, irascebatur; ut audis ipsum loquentem Ι, 333—336. simul vides ibi, communem δασμὸν differre a γέρατι, maxime si conferas 365—368, ἅτινα ἔλαχον in communi δασμῷ, ἄξομαι: γέρας δὲ, datum ut ἐξαίρετόν τι δίχα τοῦ λαχεῖν, extra sortem præcipuum donum, αὖτις ἕλετο Ἀγαμέμνων ὅς ἔδωκέν μοι. et 344, ἐπεὶ ἐκ χειρῶν γέρας εἵλετο. τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, hoc est præcipuum donum quod datur mortuis in honorem, Π, 457, sc. τύμβος καὶ στήλη. sic et 675. ω, 189, 295, *die ehre so den verstorbenen zu guter lezt erwiesen wird, (the last honours paid to the deceased.)* sc. τὸ ἀποφθῆναι, ταφῆναι. alias quidem αἱ ἀρεταὶ sunt verum γέρας eorum. sic et ψ, 9. circumscribitur γέρας vivo principi honoris causa datum Λ, 624—626, quod erat pulcra Ἑκαμήδη Nestori ob prudentiam ejus data. καὶ γέρας ἂψ ἀφελέσθαι, Π, 54. et 56, κούρην, ἣν μοι γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν, inquit Achilles. et Σ, 444, κούρην, ἣν οἱ γέρας ἔξελον. ἤματι τῷ, ὅτε Ἀχιλλῆος γέρας αὐτὸς ἀπηύρων, Τ, 89. οὔ σοι τοὔνεκά γε Πρίαμος γέρας ἐν χερὶ θήσει, Υ, 182, ubi γέρας est ipsum βασιλικὸν ἀξίωμα, regia dignitas, tradito tibi sceptro, ut rex sis loco ejus. *die würde die er vor allen voraus hat, (the dignity that he has above all others.)* sic et λ, 174, ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, num adhuc apud illos, patrem et filium meum, est mea dignitas quam præ omnibus habui, i. e. τὸ τῆς βασιλείας. καὶ Ὀδυσσῆος γέρας ἕξειν, ο, 521, i. e. τὴν βασιλείαν, regnum, *die königliche würde, (the royal dignity.)* παισίν ἐπιτρέψειεν ἕκαστος κτήματα ἐν μεγάροισι, γέρας τε ὅ,τι δῆμος ἔδωκε, η, 150, ubi loquitur ad senatores Phæacum Ulysses, iisque precatur, ut quisque liberis suis relinquat bona, et dignitatem in populo, ut filii sint et hæredes ἀξιωμάτων paternorum, i. e. ut filios habeant, qui sint principes post eos. et vide eo loco. τὸ γέρας et ὁ γέρων sunt cognata, sic ut γέρων habeat suum γέρας, i. e. ἀξίωμα præcipuum et illustre, dignitatem principalem. ergo γέρων non præcise senem ætate notat. νῶτα βοὸς πίονα ὀπτὰ, ἅ οἱ αὐτῷ γέρα (γέρατα) παρέθεσαν, δ, 66, ubi rex Menelaus partem aliquam præcipuam, sibi honoris causa datam in convivio, dat hospitibus suis ad convivium de improviso accedentibus. (conf. 1 Sam. ix, 23, s.) et 197, τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι, κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν δ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν, ubi sermo est de supremo honore mortuis exhibendo. Ἀλκινόῳ (regi Phæacum) δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον, sc. mulierem illam, η, 10, nam ibi de dono præcipuo est sermo. μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων, λ, 533, ubi μοῖρα est portio ex communi divisione per sortem; γέρας autem donum præcipuum, ante illam divisionem electum et præbitum honoris causa. Sermo est de Neoptolemo post captam Trojam redeunte in patriam. est ergo δῶρον ἐπέκεινα τῆς μοίρας. αὐτῷ καὶ ἐγὼ δῶ ξείνιον, ὄφρα καὶ αὐτὸς ἠὲ λοετροχόῳ δώῃ γέρας ἤ τινι ἄλλῳ δμώων, υ, 297, ei et ego dabo donum, ut ipse habeat quod det honoris causa balneatori aut alicui alii ministrorum; ubi est δῶρον simpliciter, *ein trinkgeld, (a gratuity,)* honor qui habetur alicui citra necessitatem ob ministeria nobis ab eo præstita: coll. 293, seqq.

γερούσιος, *ία, ιον.* (Γάω) quod senum vel principum virorum est. γερούσιον οἶνον, Δ, 259. ν, 8, τὸν τοῖς γέρουσιν, i. e. τοῖς ἐντίμοις, διδόμενον ἐν συμποσίῳ κοινῷ. *ehrenwein, (the cup of honour.)* conf. πίνειν. γερούσιον ὅρκον, Χ, 119, jusjurandum a senatoribus populi datum, τὸν τοῖς γέρουσι πρέποντα. hinc est ἡ γερουσία, sc. βουλὴ, consilium et concilium principum.

γέρων, *οντος. ὁ.* (Γάω) senex ætate. it. præstans dignitate, senator in significatu prisci orbis, i. e. princeps. est a τὸ γῆρας, et de mutatione vocalis dictum est ad γηραιός. πάντες ὁμηγερέες, ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, Β, 789, ubi tamen γέροντες non solum ætate sed et dignitate priores intelliguntur. nam sermo est de concilio populi. Ἀργείων ἠμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, Ι, 36. et

258, ὄφρα σε μᾶλλον τίσωσι Ἀργείων ἡμέν. et per νέους intelligitur juventus militaris, per γέροντας vero senatores et duces. μή σε, γέρον, κιχείω, A, 26, quod dicitur ad magnum sacerdotem simulque principem virum a rege. cæterum senex natura est subtimidus, coll. 33, ἔδδεισεν δὲ γέρων, *der alte herr erschrack, (the old man was frightened.)* γέρων τε Φοῖνιξ, T, 311, in relatione ad principes juniores. σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο, Ω, 358, regi Priamo. et 361, χεῖρα γέροντος ἑλὼν, reverentiæ causa, coll. 371, φίλῳ δέ σε πατρὶ ἐΐσκω, meo te patri similem duco. Sæpissime autem οἱ ἔντιμοι, nullo ætatis respectu habito, et quamvis ipsi non sint senes, tamen vocantur γέροντες: nam δεῖ τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πρὸ τῆς πρεσβυτικῆς ἡλικίας, γέροντας τοῖς ἤθεσι φαίνεσθαι. apud Lacedæmones recentiores, erant οἱ δύο βασιλεῖς, καὶ ἡ τῶν γερόντων βουλή. id prævidens quasi Homerus, duo Atridas facit δύο κοσμήτορε λαῶν, καὶ ἐν τοῖς καιρίοις βουλὴν τῶν γερόντων καθίζει αὐτοῖς. βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων Νεστορέῃ παρὰ νηΐ, B, 53. et 21, Νέστορι, τόν ῥα μάλιστα γερόντων τῖε Ἀγαμέμνων. et in his γέρουσιν erant e. c. duo Ajaces, non sane χρόνῳ γέροντες, sed ὡς ἔντιμοι. nam quia in prisco orbe nihil venerabilius bono sene videbatur; senesque ob πολυπειρίαν prudentiores et circumspectiores sunt juvenibus: hinc principes, et quorum consilio res publica erat gerenda, dicebantur γέροντες, etsi ætate tales nondum essent. et hinc conventus principum dictus ἡ γερουσία, senatus. ob φρόνησιν etiam Τάρχων ὁ Τυρρηνὸς, et Κύκνος ὁ Τρωϊκὸς, dicti πολιοὶ ἐκ γενετῆς. δαίνυ δαῖτα γέρουσιν, I, 70, i. e. τοῖς ἐντίμοις καὶ βασιλικοῖς, viris principibus: excipe convivio principes. quo loco et recte accusativum potuisset scribere; sed prætulit dativum, quia in mente habuit, ἵστα κρητῆρα καὶ τίθει δαῖτα, γέρουσιν. sic Δ, 344, ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοὶ, quo loco apparet, γέροντας dici supremos duces, non vero medii ordinis. γέρουσιν εἴπω βουλευταῖς, Z, 113. tales γέροντες βασιλικοὶ καὶ ἀγαθοὶ sunt quasi ἀφιδρύματα θεῖα, κατὰ ἀρετὴν καὶ τιμὴν, magis etiam, si accedat τὸ πολυχρόνιον, ut Ω, 398, γέρων δὲ δὴ, ὥσπερ σύ, inquit personatus Mercurius de patre suo ad Priamum: princeps et venerabilis senex est sicut tu. τῶν γερόντων erat, sacrificium adolere et libare, A, 462, καῖε δ' ἐπὶ σχίζαις ὁ γέρων, καὶ ἐπέλειβε οἶνον. sic et γ, 459. ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἷας Ἀχαιῶν, B, 370, inquit Agamemnon ad Nestorem; et optat sibi decem tales, 372. nam γέρων est πολύπειρος, ἐμπειρία δὲ μήτηρ φρονήσεως. ergo h. l. est vox admirantis aliquem, qui ob id vincit omnes in concionando, quia est γέρων σοφός. talis præstat fortissimo militi: nam ad rem militarem bene gerendam manibus, omnes milites oportet esse Ajaces; Nestores vero sufficiunt decem. οἷς δ' ὁ γέρων μετέῃσιν, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει, ὅπως ὄχ' ἄριστα γένηται, Γ, 109, s. collato 156, 160, ubi est exemplum, nam intelligunt et laudant τὸ πρόσω καὶ παρὸν καλὸν, sed simul δεδιότες περὶ τῶν ὀπίσω: i. e. περὶ τοῦ μέλλοντος. ὁρᾷ γέρων ἀγαθὸς πάντα, τά τε νῦν καὶ τὰ παρεληλυθότα, quæ sunt τὰ πρόσω: καὶ τὰ μέλλοντα quæ sunt τὰ ὀπίσω: καὶ ἐκ τῶν παρελθόντων στοχάζεται, οἷα ἔσται καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. recentes actiones ex exemplis potest dijudicare. coll. Matthæi xiii, 52. inde Argus est fictus. Nestor inde sæpe κατ' ἐξοχὴν ὁ γέρων est dictus, e. c. Λ, 624—626, ubi præmium φρονήσεως suæ accepit, coll 637. hoc præmium erat ἡ Ἑκαμήδη. τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπέσχετο, N, 368, ubi hic senex ostendit, σύνεσιν sibi inesse. nam si cadat ille cui promisit, promissum una cadit: si vero vincat, dignus est qui gener assumatur. hinc libenter poëta utitur hoc vocabulo, ut honorifico. κίκλησκεν δὲ γέροντας ἀριστῆας Παναχαιῶν, B, 404, seqq. ὦ γέρον, οὔτι (κατὰ) ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας, I, 115, inquit rex ad Nestorem. sic ὁ γέρων loco nominis proprii de principe positum, Λ, 693, 702. et ad nomen proprium additum, 782, 789. et id ponit poëta ut φιλῶν τὸ γῆρας, καὶ σεμνύνων τὸν ἱστορούμενον hoc nomine. αὐτὸν δ' ἀμφὶ γέροντες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο, T, 303, principes. et 338, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γέροντες. quibus locis est honoris vox. ἀγγελίην ἀπόφασθε, (τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων) ὄφρα ἄλλην φράζωνται μῆτιν, I, 422, ubi γέροντες videri possint esse οἱ πρέσβεις, legati: sed aptius refertur ad ἀριστήεσσιν, et ad φράζεσθαι μῆτιν: ut γέροντες sint iidem qui οἱ ἀριστῆες, et τὸ γέρας αὐτῶν sit τὸ φράζεσθαι μῆτιν, 421, 423. nam frigidum videtur, hoc γέρας explicare per μηνύειν τὰ ἀγγελθέντα, καὶ τοὺς πρέσβεις μὴ ψεύδεσθαι παραποιοῦντας τὰ ἀγγελλόμενα. etiam γέροντες sentiunt amoris et Veneris illecebras, Γ, 149—158, et 161, s. quanquam non furiose: nam oculis tantum judicant et delectantur. visa perpulcra muliere statim mutatur et senex, sentitque affectum aliquem humanum. puellæ tamen non delectantur senibus, si semel gustarunt de juvene, I, 452, ἵνα ἐχθήρειε γέροντα. nam, ut est apud Euripidem, ἢ τὸ γῆρας Κύπριν χαίρειν ἐᾷ, (vale ei dicit) ἢ Ἀφροδίτη τοῖς ἐρῶσιν ἄχθεται. Θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος, i. e. Nerei, A, 538. et 358, παρὰ πατρὶ γέροντι. sic et Σ, 36. ὀψόμεναι γέροντα ἅλιον, Σ, 141, qui est idem Νηρεύς. ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες, inquit Agamemnon honorifice ad Nestorem, A, 286. sic et Mercurius ad Priamum, Ω, 379. ἐπὶ τύμβῳ Αἰσυήταο γέροντος, B, 793. et 796, ὦ γέρον, αἰεί τοι μῦθοι φίλοι ἄκριτοί εἰσι, verba innumera, quæ in concione audiuntur. et loquitur sic principalis nuntius periculi ad Priamum, verba omittenda jam esse jubens, et ad rem gerendam accingendum. ὣς ὁ γέρων ὄτρυνε, πάλαι πόλεμον εὖ εἰδὼς, Nestor, Δ, 310. et 313, ὦ γέρον, εἴθ' ὡς θυμὸς, ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, *wenn du so gut fort kommest als dein muth ist, (would that thy body were as vigorous as thy mind.)* et 323, κελεύσω βουλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων. et 344, ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοὶ, principibus. ὀνειροπόλοιο γέροντος, E, 149. et 150, τοῖς ὁ γέρων οὐκ ἐκρίνατο ὀνείρους.

et 197, γέρων Λυκάων, qui multa prævidet, nam sequitur ἐπέτελλέ μοι πολλά. τοῖς ὁ γέρων (Nestor) πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν, H, 324. ὄφρα ὁ γέρων ἵπποιο παρηορίας ἀπέταμνε, Θ, 87. et 90, ἔνθα ὁ γέρων ἀπόλεσσε θυμὸν, perdidisset vitam suam. et 96, ὄφρα γέροντος ἀπώσομεν ἄγριον ἄνδρα. et 100, στῆ πρόσθε (ante) ἵππων γέροντος. et 102, ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. et ubique de Nestore est sermo. et 518, παῖδας πρωθήβας πολιοκροτάφους τε γέροντας, qui in muro debebant disponi, dum militaris ætas pugnaret ante urbem. Ἀτρείδης δὲ γέροντας ἀολλέας ἦγεν Ἀχαιῶν ἐς κλισίην, principes Græcos, I, 89. et 570, τὸν δ' ἐλίσσοντο γέροντες Αἰτωλῶν. γέρων περ ἐὼν πολεμιστὴς, senex bellator, K, 549, qui idem est qui ἀναγκαῖος πολεμιστὴς, necessitatis tempore militans, alias non. Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν, Λ, 636, coll. 635. γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος, N, 666, coll. 663, seqq. ἀράων ἀΐων (preces audiens Jupiter) γέροντος, Nestoris, O, 378, coll. 370, seqq. et 721, κακότητι γερόντων, ignavia principum, *des hohen rathes, (of the chiefs.)* ὁ γέρων Φύλας, Π, 191. et 196, Φοῖνιξ. ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι κηρύσσων γήρασκε, P, 324. γέρων Πηλεὺς, Σ, 331. et 448, τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες Ἀργείων, et 503, οἱ δὲ γέροντες (senatores populi) εἵατο ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ, in foro. ἡ μὲν γὰρ Διός ἐστι, ἡ δ' ἐξ ἁλίοιο γέροντος, Υ, 107. Ἄλταο γέροντος, Φ, 85. et 526, ὁ γέρων Πρίαμος εἱστήκει ἐπὶ πύργου. sic et X, 25, πρῶτος ἴδεν. et 33, ᾤμωξεν. et 37, ἐλεεινὰ προσηύδα. et 51, ὤπασε παιδὶ γέρων Ἄλτης. et 77, ἦ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δὲ ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσί. et 412, λαοὶ μέν ῥα γέροντα μόλις ἔχον. ὡς ἠρᾶτο ὁ γέρων, Ψ, 149. et 618, καί σοι τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔστω. πολλὴ κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι τοῖο γέροντος, Priami, Ω, 164. et 217, τὴν προσέειπε γέρων Πρίαμος. et 236, οὐδὲ τοῦ φείσατο ὁ γέρων. et 322, σπερχόμενος δ' ὁ γέρων. et 326, ἵππους ὁ γέρων ἐφέπων μάστιγι. et 332, ἰδὼν δ' ἐλέησε γέροντα. et 358, σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο. et 411, ὦ γέρον, οὔπω τόνδε κύνες φάγον. et 424, γήθησεν δ' ὁ γέρων. et 460, ὦ γέρον, ἤτοι ἐγὼ θεὸς εἰλήλουθα Ἑρμείας. et 515, γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη, οἰκτείρων πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον. et 650, λέξο, γέρον φίλε, cuba. et 683, ὦ γέρον, οὔ νύ τι σοί γε μέλει κακόν; κταμένοιο γέροντος, X, 75, coll. 71, s. ubi senex interfectus curare debere dicitur, ne turpiter cadat, retectis pudendis. γέροντα Λαέρτην ἥρωα, α, 188. εἶξαν δὲ γέροντες, juveni Telemacho cesserunt, β, 14, ob regiam ejus dignitatem. et 39, γέροντα καθαπτόμενος. et 40, ὦ γέρον, οὐχ ἑκὰς οὗτος ἀνήρ. et 157, γέρων ἥρως Ἁλιθέρσης. et 78, ὦ γέρον, εἰ δ' ἄγε νῦν μαντεύεο σοῖσι τέκεσσιν. et 192, σοὶ δὲ, γέρον, θωὴν ἐπιθήσομεν, coll. 201. et 227, πείθεσθαί τε γέροντι, sc. Λαέρτῃ. ὦ γέρον, οὔπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι ὀΐω, γ, 226. et 357, εὖ δὴ ταῦτα γε ἔφησθα, γέρον φίλε. Λαέρτης δ' ὁ γέρων, δ, 111. et 349, τά μοι ἔειπε γέρων ἅλιος νημερτὴς, sic et ρ, 140, ὁ Πρωτεύς. et δ, 384, πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής. et 395, λόχον θείοιο γέροντος, Protei. Sic et 401, 455, ubi de Proteo sermo. et 735, Δόλιον καλέσειε γέροντα. et 754, μηδὲ γέροντα κάκου κεκακωμένον, ne afflige senem afflictum. γέρων ἥρως Ἐχένηος, η, 155, seqq. et 189, ἠῶθεν δὲ γέροντας (principes) ἐπικαλέσαντες πλείονας, i. e. τοὺς ἐντίμους. ὡς ἀγόρευε ὁ γέρων, Θ, 570. ν, 178. πολύτλητοί τε γέροντες, ætate, λ, 38. et 341, Ἐχένηος. et 584, ὁσάκις γὰρ κύψει ὁ γέρων, Tantalus. et 590, ὁπότε ἰθύσει ὁ γέρων, idem. Φόρκυνος, ἁλίοιο γέροντος, λιμὴν, ν, 96, 345. et 432, δέρμα παλαιοῦ γέροντος ἀμφέθηκε μέλεσι personati Ulyssis. ὦ γέρον, ἦ ὀλίγου σε κύνες, ξ, 37. et 45, κλισίηνδε ἴομεν, γέρον. et 386, καὶ σὺ, γέρον πολυπενθές. μή με γέρων ἀέκοντα κατάσχῃ, ο, 200. et 441, μή τις γέροντι ἐξείπῃ. θεὸς ῥηϊδίως ἐθέλων θείη νέον ἠδὲ γέροντα, π, 198. et 199, ἦτοι γὰρ νέον (modo, *kurz vorher,*) *(shortly before)* ἦσθα γέρων. et 273, πτωχῷ ἐναλίγκιον ἠδὲ γέροντι. et 362, οὔτε νέων μεταΐζειν (una sedere) οὔτε γερόντων. et 456, πάλιν ποίησε γέροντα. πτωχῷ λευγαλέῳ ἠδὲ γέροντι, ρ, 202, 337. εἶκε, γέρον, προθύροιο, σ, 10. et 21, μή σε, γέρων περ ἐὼν. et 53, οὔπως ἐστὶ νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημένον. et 73, οἵην ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. πρέπησε πατὴρ, ἄλλοι τε γέροντες, principes, φ, 21. κοῦραι ἁλίοιο γέροντος, Nerei, ω, 58. et 156, πτωχῷ λευγαλέῳ καὶ γέροντι. et 210, γρηῦς, ἣ γέροντα ἐνδυκέως κομέεσκεν. et 224, ὁ τοῖσι γέρων ὁδὸν ἡγεμόνευε. et 243, ὦ γέρον, οὐκ ἀδαημονίη σ' ἔχει. et 254, ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων. et 386, ἦλθ' ὁ γέρων Δολίος. et 395, ὦ γέρον, ἷζ' ἐπὶ δεῖπνον. et 450, γέρων ἥρως Ἁλιθέρσης.

Ponitur et ut adjectivum, ὁ ἡ γέρων, τὸ γέρον. σάκος εὐρὺ, γέρον, πεπαλαγμένον ἄζῃ, χ, 184, ubi de clypeo vetusto dicitur. aliud est τὸ γέῤῥον, i. e. ἀσπὶς, πρόβλημα, θυρεός: etiam μορίον muliebre: sed τὸ γέρον σάκος est τὸ πάνυ παλαιὸν, et quasi γηράσαν, ἀρχαῖον. ὁ γέρων dicitur et ἀκάνθης ἐπάνθημα, *ein blühender distelkopf, (a thistle blossom.)* contemtus vocabula de senibus sunt, κρόνοι, ἰαπετοὶ, τιθωνοὶ, σαπροὶ, βεκκεσέληνοι, πρωτοσέληνοι, τυμβογέροντες, τυφογέροντες, quos propediem oportet τύφεσθαι, i. e. καίεσθαι νεκρικῶς, τυφεδανοὶ, σορόπληκτοι, σοροπλῆγες, σορέλλῆνες, etc. in dativo plurali æolice dicitur γερόντοις pro γέρουσιν.

γεύομαι, vide sequens.

Γεύω, f. γεύσω. (Γάω) gustare facio, *gebe zu schmecken, (I cause to taste.)* gusto, *ich koste, schmecke, (I taste.)* est a γέω, quatenus notat capio, *ich nehme ein, (I take in,)* interserto υ. ὁ μὲν θάνατος καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονε: ὁ δὲ θεὸς, γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών, inquit sapiens Artabanus apud Herodot. VII, 46, mors est in se exoptatissimum perfugium homini: sed deus, dulci quodam gustu commendans vitam, invidisse deprehenditur homini id perfugium. in poëta occurrit sola *forma media*, γεύομαι, gustum percipio: et metaphorice, periculum facio, experior. γευσόμεθα ἀλλήλων ἐγχείαις, Υ, 258, i. e. ἀποπειρασόμεθα, cum genitivo rei

gustandæ, *wir wollen uns einander versuchen mit spiessen, (we will have a trial with spears:)* et hoc ἀστείως dictum, quia alibi ἡ ποίησις προσπλάττει στόμα τῷ πολέμῳ. sic et Φ, 61, ἀκωκῆς δουρὸς ἡμετέρου γεύσεται, gustabit cuspidem hastæ nostræ, ἀποπειράσεται. πρὶν χειρῶν γεύσασθαι, υ, 181, priusquam manus gustemus: et dictum quasi ἐπὶ ἀγαθῆς τινος βρώσεως. cæterum κληδονίζεται h. l. i. e. ominose loquitur, contra se ipse: nam id passus est paullo post gravissime. ergo hæc erat φήμη, ominosa vox, alterius rei causa missa, aliam vero futuram vaticinans. προικὸς γεύσεσθαι ἔμελλεν, gustaturus erat donum datum, ρ, 413, ubi de cibis positum in sensu proprio. notat enim fruitionem cum animo contento et læto. ὀϊστοῦ πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν, φ, 98, primus erat ea sagitta occidendus. et apta hæc metaphora.

γέφυρα, ας. ἡ. (Φέρω) pons, *eine brücke, (a bridge.)* est compositum ex ἡ γέα, terra, et φορέω vel φέρω, quia pons ex terra in terram transmittit viatorem, et ripas jungit. χειμάῤῥος ῥέων, ὦκα ἐσκέδασε γεφύρας, torrens fluens, cito disrumpere solet pontes, Ε, 88. et 89, αὐτὸν γέφυραι ἐεργμέναι οὐκ ἰσχανόωσι, non sustinent eum pontes probe muniti et densi. τί ἀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας, quid respicis et servas pontes prœlii, i. e. intervalla inter ordines aciei instructæ, Δ, 371. ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας, per interstitia illa inter ordines pugnantium, Θ, 378. Λ, 160. Υ, 427. sed apparet et sic dici spatium inter duas oppositas acies, in quo concurritur, *die wahlstatt, (the field of battle.)* Θ, 549, οἱ δὲ, μέγα φρονέοντες, ἐπὶ πτολέμοιο γεφύρῃ εἵατο παννύχιοι, πυρὰ δέ σφισι καίετο πολλά, Trojani vero magno animo ad spatium vel campum in quo concursum erat pridie, sedebant pernoctes, ignesque multi accendebantur ab illis. ergo pluralis notat intervalla ordinum unius acici, per quæ receptus dabatur antesignanis, aut procursus subsidiariis a tergo copiis: singularis vero, spatium inter adversas duas acies, in quo pugnatur. οἱ Γέφυραι fuere olim gens clara, cujus historia hæc: uxor viri nobilis in Peloponneso pepererat uno partu novem pueros; ex his duos servabat, reliquos septem dabat ancillis clam de ponte proximo in flumen dejiciendos, μὴ καὶ τεκεῖν σκωφθείη καθὰ καὶ ὗς θήλεια, ne in pariendo similis videretur scrofæ. forte fortuna vir ad pontem obvius factus ancillis, et comperta re, clam pueros educari jussit; qui postea, in memoriam rei gestæ et periculi sui, hoc nomine cognominari voluerunt: et Eustathii ætate superfuere, qui ex hac gente esse se dicerent; ut narrat ad Ν, 301. Ecce autem, nihil novi sub sole. Fabula comitis ab Isenbart, aut comitis Hollandiæ, jam ante bis mille annos in orbe nostro exstitit, recocta tantum paullo portentosius in Germania nostra, olim nimis favente prodigiosis fabulis. γέφυραι πολέμου, vide sub ὀπιπτεύω.

γεφυρόω, f. ρώσω. (Φέρω) ponte jungo, ponte munio iter. γεφύρωσε κέλευθον, Ο, 357, pontem quasi fecit per fossam, detrudendo terram multam, et quidem tanta latitudine, quantam conjectus hastæ potest absolvere, *einen spiesswurf breit, (a spear's throw broad,)* ut copiæ transirent fossam. γεφύρωσε δέ μιν αὐτὸν, sc. ποταμὸν, Φ, 245, arbor magna, quæ prociderat vi ventorum, ab altera ripa ad alteram pertingebat, et ponte quasi junxerat ripas: et hac prehensa servat se Achilles ex flumine, cum abriperetur eo. γεφύρωσε Ἀτρείδαις νόστον, ὁ Ἀχιλλεὺς, Ist. 8, 111, quasi ponte munivit iis reditum, sua virtute scilicet tollendo hostes et superabilem faciendo Trojam, ut tuti redire inde possent. ergo h. l. valde metaphorice.

γέω, vide ΓΑ'Ω.

γηθέω, vide Γήθω.

γηθοσύνη, ης. ἡ. (Γάω) lætitia, gaudium, *freude, vergnügen, (joy, pleasure.)* est substantivum, sicut fere omnia in -σύνη: e. c. κερδοσύνη, δρηστοσύνη, παλαισμοσύνη, πλαγκτοσύνη, τοξοσύνη, βριθοσύνη, ταρβοσύνη, etc. etsi adjectivum in -όσυνος sit in usu. Sic Ζεὺς dicitur δικαιόσυνος, justus: sed ἡ δικαιοσύνη est substantivum, justitia. γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο, Ν, 29, ubi est ablativus, omisso σὺν, cum lætitia, deo per mare curru proficiscente, mare spatium ei dabat planum. ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ γηθοσύνῃ, Φ, 390. est et in usu τὸ γῆθος, gaudium.

γηθόσυνος, ου. ὁ ἡ. (Γάω) lætans, *froh, erfreuet und vergnügt im gemüthe, (joyful, rejoiced, contented.)* Ἀτρείδης παρῴχετο *(gieng von dem fort weiter) (proceeded farther)* γηθόσυνος κῆρ, lætans corde, Δ, 272. γηθόσυνοι θεράποντες, Η, 122. χάρμῃ γηθόσυνοι, Ν, 82, læti alacritate pugnæ. ἑστήκει ἐπ' ὄγμου γηθόσυνος κῆρ, Σ, 557, stabat herus super seriem demessi frumenti, *auf dem schwade, (on the swathes of corn.)* γηθόσυνος δ' οὔρῳ lætus vento ferente, ε, 269. reperitur tamen et fœmininum in η: ψυχὴ γηθοσύνη, anima Achillis apud inferos, λ, 539, læta et contenta in se, quod audiret, filium esse egregium virum. nisi ibi legendum est γηθοσύνῃ, præ lætitia: sed præstat adjectivum.

Γήθω et *γηθέω*, f. γηθήσω. (Γάω) lætor, gaudeo. est a γαίω: ut a κνάω est κνήθω. μέγα ἐγήθεεν, *er machte sich daraus ein grosses vergnügen, (he took great delight.)* Η, 127. et 214, τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μέγ' ἐγήθεον εἰσορόωντες, hunc adspicientes magnopere lætabantur. τοὺς δὲ ἰδὼν γήθησεν ἄναξ, Δ, 255, 283, 311. notat ergo delectationem animi contenti. τοὺς δ' ὁ γέρων γήθησεν ἰδὼν, Κ, 190. γήθησεν δὲ βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης, Ζ, 212, quod Glaucum paternum hospitem inveniret. τὸν δὲ ἰδὼν, Θ, 278. γήθησέν τε, ὅτι οἱ ὦκα θεὸς ἤκουσε, Π, 530. γήθησεν δὲ θεὰ, quod ad ipsam primam vota directa sint, Ρ, 567. οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη, Ω, 321, de augurio fausto. et 524, ὁ γέρων γήθησε, de occursu fausti comitis. γνῶ δὲ κλήρου σῆμα ἰδὼν, γήθησε δὲ θυμῷ, Η,

189, i. e. ἐκ ψυχῆς, non simulate: valde contentus erat in se. εἰ νῶϊ Ἕκτωρ γηθήσει, num lætabitur de nobis, Θ, 377, ut dicit Minerva ad Junonem hostiliter; et sequitur accus. dualis fœm. προφανείσα, nos duas apparentes, omissa præpositio διὰ, ob, propter. Sic alibi: τίς ἂν τάδε γηθήσει, i. e. διὰ τάδε, κατὰ τάδε, εἰς τάδε, et est ellipsis Attica, I, 77, quis in his lætetur! μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη, ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ᾽ ἀκάχοιτο, N, 344. et 416, φημὶ αὐτὸν γηθήσειν κατὰ θυμὸν, quod alibi dixit θυμῷ. ἦ κεν γηθήσαι (aor. 1. opt. act.) Πρίαμος, ἄλλοι τε Τρῶες κεχάροιντο θυμῷ, εἰ πύθοιντο τάδε, si hæc resciscerent, A, 255. γέγηθε (præt. perf. med.) δέ τε φρένα ποιμὴν, Θ, 555, nam pastor est ἐν νάπαις, illustratis ergo omnibus locis potest ὁ βόσκων ποιμὴν cernere nec timere furem per tenebras. νὺξ ἡμεροφαινὴς probis est valde grata. γεγήθει (præt. plusquamp. med.) δὲ φρένα Νηλεὺς, Λ, 682. Αἰνείᾳ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γεγήθει, ὡς ἴδε λαοὺς, N, 494. οὐδ᾽ ἄρα τούς γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεὺς, A, 330, i. e. ὑπερελυπήθη, valde offensus est animo. αὐτοῦ κῆρ γηθεῖ ἐνὶ στήθεσσιν, ἰδὼν φύζαν, Ξ, 140, *sein herz freuet sich innerlich, (he rejoiced in his heart.)* τὴν μὲν ἰδὼν γήθησεν Ὀδυσσεὺς, ε, 486. γέγηθε δέ τε φρεσὶ Λητώ, cernens Dianam egregiam, ζ, 106. γήθησε δέ μοι φίλον ἦτορ, η, 269, natanti mihi, et cernenti procul terram. γήθησεν δὲ πολύτλας, θ, 199, cernens æquum socium. et 385, ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, ob laudem tributam suis. οὐδέ κέ τίς μιν γηθήσειεν ἰδὼν, μ, 88. τὴν δ᾽ Ὀδυσεὺς γήθησεν ἰδὼν, ν, 226. et 251, γήθησεν Ὀδυσσεὺς, χαίρων ᾗ γαίῃ πατρῴῃ. sic et 353. οἱ δὲ, ἰδόντες γήθησαν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη, ο, 165. πολύτλας, σ, 280. δῖος Ὀδυσσεὺς, υ, 104. sic et φ, 414, quia Jupiter per tonitru ei signum faustum miserat. τὴν δ᾽ Ὀδυσσεὺς γήθησεν ἰδὼν, χ, 207. ω, 503. notat ergo lætitiam animi placidam et contentam, quando videmus quæ optaveramus vel quæ bona insignia putamus. a γαθέω est Romanorum gaudeo.

γηραιός et γεραιός, ά, όν. (Γάω) senior. it. princeps, nobilis. est a τὸ γῆρας, et *η sæpe transit in ε*, e. c. ξηρός, ξερός. Πρίαπος, Πρήπος, Πρίηπος, numen illud hortulanum. cæterum utraque notio, senis et principis, plerumque est jungenda: imo sæpe et juniores principes hoc honorifico titulo insigniuntur. nam senex in orbe antiquo erat θεῖόν τι. ἀπάνευθε κιὼν (abiens) ἠρᾶτο ὁ γεραιὸς Ἀπόλλωνι, A, 35, senex ille sacerdos simul et princeps. ἐρίγησε ὁ γεραιὸς, rex Priamus, Γ, 191, 225. δέπας, ὃ οἴκοθεν ἦγε ὁ γεραιὸς, Nestor, Λ, 631, coll. 636, et 644, τὸν δὲ ἰδὼν ὁ γεραιὸς ἀπὸ θρόνου ὦρτο, *sprang auf vom lehnstule, (sprung from his seat.)* et 647, οὐχ ἕδος ἐστὶ, γεραιὲ διοτρεφὲς, O Nestor. et 652, εὖ δὲ σὺ οἶσθα, γεραιὲ διοτρεφές. ex quibus locis amplitudo hujus vocis satis apparet. sic et ex I, 603, Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ διοτρεφές. sic et rursus ad Nestorem, K, 164, 167, 558, ubi sola vox est γεραιὲ, honoris maximi loco prolata. sic et P, 561, Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ παλαιγενὲς, ubi novum additum ostendit, τὸν γεραιὸν non præcise et solum notare senem, sed simul principalis dignitatis virum. ὁ δ᾽ ἐν μέσσοισι γεραιὸς, sc. rex ipse Priamus, Ω, 162. et 252, ἐνίπτων ὁ γεραιὸς ἐμοκλήσας. et 279, οὓς ἵππους ὁ γεραιὸς αὐτὸς ἔχων ἀτίταλλεν. θαύμαζεν δ᾽ ὁ γεραιὸς, γ, 373, Nestor. simpliciter pro sene positum est β, 201, οὔτε θεοπροπίης ἐμπαζόμεθα, ἣν σὺ γεραιὲ μύθεαι, collato 178, sic tamen ut civiliter dictum intelligi debeat. sic et ξ, 131, coll. 122. αἱ γεραιαὶ sunt αἱ ἔντιμοι, nobiliores et primariæ fœminæ, κἂν οὔπω τινὲς εἰς γῆρας ἦλθον, *die vornehmen damen, (the females of distinction.)* ἡ δὲ (regina) ξυνάγουσα γεραιὰς, Z, 87, et 270, ἀολλίσασα γεραιάς. et 287, καὶ ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γεραιάς. et 296, πολλαὶ δὲ μετεσσεύοντο γεραιαὶ, inter quas et Andromache, certe non anus, sed admodum juvencula. πειρᾷ ἐμεῖο γεραιὲ νεωτέρου, inquit personatus Mercurius ad regem, Ω, 433, *fürst, du versuchest mich jungen mann, (prince, thou temptest me a young man.)* et 618, δῖε γεραιὲ, inquit Achilles ad Priamum, *grosser fürst, (great king.)* ἐγὼν, ὃς σεῖο γεραίτερος εὔχομαι εἶναι, I, 60, te senior, inquit Nestor ad Diomedem. κῆρυξ τις οἱ ἕποιτο γεραίτερος, Ω, 149. αἰδὼς δ᾽ αὖ, νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι, reverentiæ est etiam juvenem hominem percontari seniorem, *man muss sich scheuen, dass ein junger mann einen ältern und vornehmern ausfragen soll, (it is not respectful for a young man to interrogate one who is older and of higher rank,)* γ, 24. et 362, οἷος γὰρ μετὰ τοῖσι γεραίτερος εὔχομαι εἶναι.

Γῆρας, ατος, τό. (Γάω) senectus, *das hohe alter, (advanced age.)* est ab ἡ γέα, terra, a quo est adjectivum γηρός, terreus; quia senectus et colore propinqua est terræ, et morte quoque. quia autem nihil honorabilius senectute habebatur in prisco orbe: hinc ὁ γέρων et τὸ γέρας suas habet notiones. ὁ δ᾽ ἐτείρετο γήραϊ λυγρῷ, E, 153. ἐπεὶ οὐ μὲν ἐπέτρεπε γήραϊ λυγρῷ, K, 79, non indulgebat quidquam senectuti miseræ. conf. ἐπιτρέπω. ὁ μὲν δὴ γήραϊ λυγρῷ κεῖται ἐν μεγάροις ἀρημένος, Σ, 434. pro γήρατι. σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει, Θ, 103, gravis senecta te sequitur. *drücket dich auf dem rücken, (presses hard upon thee.)* sic Sophocles; ἀκρατὲς ἀπροσόμιλον γῆρας, ἄφιλον, ἵνα (ὅπου) πρόπαντα κακὰ κακῶν συνοικεῖ: ubi ἀκρατὲς est, impotens, *ohnmächtig, (impotent,)* impotens sui, *ungeduldig, (unable to restrain himself,)* ὡς μὴ ἔχειν τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ, et in genere, invalidus, sine viribus. Euripidi est γῆρας ἄναρθρον, senectus membris capta. γήραΐ τε στυγερῷ, T, 336, senio inviso. ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ πείθεσθαι, Ψ, 644, me oportet senectuti tristi parere. quibus locis ad physicam corporis conditionem in extrema senectute respicitur. γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, Γ, 150, ob senectutem habentes vacationem militiæ: sed consilio juvantes rem publicam, ut in sequentibus tales ἀγορηταὶ senes describuntur. οἷς Ζεὺς ἐκ νεότη-

τος ἔδωκε καὶ ἐς γῆρας τολυπεύειν ἀργαλέους πολέμους, Ξ, 86. i. e. ἕως γήρατος. sic dicitur et, εἰς τέλος, i. e. ἕως τέλους. νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει, Δ, 321, nunc contra senectus ad me accedit. ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας, Σ, 515. πρίν μιν γῆρας ἔπεισι, antequam eam senectus invadat, Α, 29. χαλεπὸν κατεπείγει, Ψ, 623, gravis senectus urget. ἤν πως ἐλεήσῃ γῆρας, Χ, 420, si forte misereatur senectutis. εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς, γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον, si vel deus mihi promitteret, abradens senectutem, se facturum me esse juvenem, Ι, 446. ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοίϊον, Δ, 315, omnibus æque gravis. ἐπὶ γήραος οὐδῷ, Χ, 60. ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ, Ω, 487, i. e. ἐπὶ ἐξόδῳ γήρως καὶ βίου. conf. οὐδός. οὐδὲ ἵκετο γήραος οὐδόν, ο, 246. et 347. ἐπὶ γήραος οὐδῷ. γήραος οὐδὸν ἱκέσθαι, ψ, 212. ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν αὐτόν, ο, 356, in cruda senectute posuit, i. e. senem eum fecit tristitia et mœrore ante annos, ut notet ἄωρον πέπανσιν, παρὰ καιρόν. ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη, β, 16, qui quidem senio curvus erat, sed cui tamen ἡ πολυπειρία καὶ εἴδησις μυρία inerat. γῆρας λυγρὸν ἔχεις, ω, 248. et 232, γήραϊ τειρόμενον. αὐτὸν γῆρας κατέχει χεῖράς τε πόδας τε, λ, 496, i. e. κατὰ χεῖρας. hinc dicta senectus δεσμὸς φύσεως. ὃν κτεάτεσσιν ἑοῖς ἔπι (bey seinen gütern, [in his possessions,] in bonis suis) γῆρας ἔτετμε, senectus inveniret, α, 218. οὐδ' ἐπὶ γῆρας ἵκετο ἐπὶ μεγάροις, Θ, 226, s. non pervenit ad senectutem in domo sua. χαλεπὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἱκάνει, λ, 195, pro ἐφικάνει, supervenit senectus. χαῖρε διαμπερὲς, εἰσόκε γῆρας ἔλθῃ καὶ θάνατος, ν, 59. ὡς ἵκοιο γῆρας λιπαρόν, τ, 368, quod est τὸ δίχα ... καὶ τῆς ἐκεῖθεν σηπεδόνος, (ein glanzend alter, da man nicht vertrocknet und ausgemergelt ist vom alter, (a green old age, when a man is not shrivelled and emaciated with years.) sic et λ, 136, γήρᾳ ὕπο λιπαρῷ, i. e. εὐδαίμονι, cui opponitur τὸ χαλεπὸν καὶ λυγρόν. sic et ψ, 283. et 286, εἰ μὲν δὴ γῆράς γε θεοὶ τελέουσιν ἄρειον, i. e. λιπαρὸν καὶ εὐδαίμον. et 24, σὲ δὲ τοῦτό γε γῆρας ὀνήσει, in hoc sane tibi proderit senectus. ἐπεὶ κατὰ γῆρας ἔμαρπτεν, ω, 389, postquam senectus eum comprehenderat. honorabiliorem esse seniorem, apparet et ex γ, 49, seqq. et qui seniorem præfert juniori, dicitur δίκαιος. cæterum ex ο, 245, 246, sumsit Menander suum: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος: quasi σύμβολον τοῦ θεοφιλοῦς (amati a deo) sit τὸ μὴ καταγηρᾶν. Sane multis τὸ μακρόγηρων (neutrum Atticum) non conduxit. reperitur et τὸ γῆρος, εος. unde est τὸ γήρειον, senilis ætas.

γηράσκω, f. άσω. (Γάω) fio senex. sum senex. ἤδη γηράσκοντα, jam senescentem, Β, 663, alias tam facile non fuisset interfectus: spiritus enim exilis est in senibus. οὐδὲ τὸν γηράσκοντα κομίζω, non eum senem foveo, Ω, 541, *kann ihn in seinem alter nicht pflegen und warten, (cannot nurse and attend him in his old age.)* ὃς παρὰ πατρὶ γέροντι κηδόσσων γήρασκε, Ρ, 325. αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηράσκειν ἐν μεγάροισιν, δ, 210, conf. λιπαρῶς. ἀλλ' ὅτε γηράσκωσι, ο, 408, quando consenuerunt. ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, η, 120, pirum ad pirum senescit; ubi positum de ἀψύχῳ. et vide ἐπὶ ad hunc locum. sic et ὁ ἡ γέρων, τὸ γέρον, quoque de fructibus.

γηράω, f. άσω. (Γάω) idem. εἰ αὐτόθι ἐγήρα, si hic senuisset, ξ, 67. ἐπεὶ Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα, Η, 148. Ρ, 197.

γήρημι. (Γάω) idem ac γηράω. unde est participium γηράς, Ρ, 197, ubi πατὴρ γηρὰς ὄπασσε τεύχεα υἱῷ, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ ἐγήρα ἐν τεύχεσι πατρός.

γῆρυς, υος. ἡ. (Κρῶ) vox, proprie clamosa, vel late sonora. φωνή. est a κράω, quasi κᾶρυς, unde κῆρυξ, et γῆρυς. nam pro κράω dicitur et κρύω. Germanorum *krähen, kreischen, kriechen, (to crow, screech, shriek,)* ejusdem sunt originis. οὐ πάντων ἦν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἴα γῆρυς, Δ, 437, non omnium erat una et similis vox, coll. 438, γλῶσσα ἐμέμικτο. ut ergo γῆρυς sit, sermo clara voce prolatus, sæpe et multorum confusus. notat et in genere vocem. Ὀρφεία γῆρυς, Eurip. Alcest. 969, Orphei vox.

γίγνομαι, (Γάω) notat idem quod γείνομαι, fitque ab eodem γέω, unde est γείνω, γέγνω, pro quo Iones dicunt γίγνω, gigno, et γίγνομαι, nascor, generor, it. sum, exsisto. ὅσσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ, Β, 468, quot folia et flores nascuntur verno tempore. παυὴ δ' αὐτῆς ἐγίγνετο (nam sic scribunt accuratiores) τεθνειῶτος παιδός, Ν, 659. πολέμου δ' οὐ γίγνετο ἐρωή, non fiebat cessatio pugnæ, Ρ, 761. τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίγνετο, Τ, 386, eique sicut alæ erant hæc arma. ἐν δέ τε οἶνος γίγνεται, ι, 245, in ea vinum nascitur. νῦν δ' αἱ μὲν γίγνονται ἀθέσφατοι, ι, 211, fiunt innumerabiles. nam his omnibus locis ab accuratis Homeri exscriptoribus scribitur Ionico more antiquo γίγνομαι, non vero γίνομαι, quod recentiorum est, atramento velut parcentium, et in compendium scriptionis. etsi igitur γίνομαι Homeri non est; tamen eam formam cum locis suis, ubi omnes bonæ editiones manuscriptæ habuere γ intersertum, adducemus.

γιγνώσκω, (Νέω) nosco, video, intelligo, scio, cognosco. minus accurate scribitur γινώσκω. nam est verbum cum reduplicatione præfixi γ, cujus formationem vide sub γνόω, confer νοέω. γιγνώσκω σε, θεὰ, Ε, 815, coll. 128. et 824, Ἄρηα, Martem video et agnosco. δὲ, nam sentio et cognosco, ὅτι μοι Κρονίων κατένευσε νίκην, Θ, 175. καὶ αὐτὸς γιγνώσκω, ὁρόω δὲ Μαχάονα, et ipse agnosco eum, video enim Machaonem, Λ, 650. ὅσον ἔγωγε γιγνώσκω, quantum ego scio, Ν, 223, *so viel mir wissend ist, (as far as I know:)* quod recentiores dicunt, ὅσα ἐμὲ εἰδέναι. καὶ δέ σε γιγνώσκω, Πρίαμε, φρεσὶν, *ich kenne dich gar wohl, (I know thee well,)* Ω, 563. ἦ οὐ γιγνώσκεις, ὅτι ἐκ Διὸς οὐχ ἕπεται ἀλκή; Θ, 140, an non intelligis et vides, quod per Jovem non adest robur? sic, γιγνώσκεις δὲ καὶ αὐτὸς, ὅτι οὐκ ἔτι κάρτος Ἀχαιῶν, Ρ, 623, vides enim et ipse et intelligis. καὶ δ' αὐ-

τοὶ τόδε που γιγνώσκετε, nam et ipsi hoc sane intelligitis, M, 272. ὄφρα εὖ γιγνώσκῃς, ut probe agnoscas et noscas, E, 128, *damit du recht erkennen könnest, (that thou mayest be thoroughly aware.)* ὅτε δὴ γίγνωσκε, pro ἐγίγνωσκε θεοῦ γόνον ἠΰν ἐόντα, cum cognosceret eum esse filium dei, Z, 191. ἦ μὲν δὴ γίγνωσκε ἑτεραλκέα νίκην μάχης, Π, 362, certe quidem agnoscebat victoriam pugnæ penes alteros stantem. ἀσπίδι γιγνώσκων, ex clypeo agnoscens eum, E, 182. et 331, γιγνώσκων ὅτι ἄναλκις ἔην θεὸς, Venus nimirum: et eam agnoscebat, ὡς μηκέτι ἀχλυόμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, coll. 127. quidam prisci h. l. post γιγνώσκων ponunt comma, et referunt ad, ἐπῴχετο αὐτὴν χαλκῷ, ut notetur, quod sciens ita fecerit. et 433, γιγνώσκων ὅτι αὐτῷ ὑπερεῖχεν χεῖρας Ἀπόλλων, sentiens, quod Apollo tutaretur eum. οἱ δ' οὐ γιγνώσκοντες, sed ii, qui non id agnoscebant pro suo, H, 185. ἐσύλα τεύχεα, γιγνώσκων, agnoscens ea pro iis quæ ante vidisset, Λ, 111. ἦ (ἔφη) εὖ γιγνώσκων, probe cognoscens eum, quanquam loquebatur quasi non cognosceret, quis ille esset, Ξ, 475. ἀμφί ἑ γιγνώσκων ἑτάρους, circa se agnoscens suos, cum ex λειποθυμίᾳ ad se rediret, O, 241. σὲ εὖ γιγνώσκων, te probe cognitum mihi habens, X, 356, *der ich dich gar wohl kenne, wie du geartet bist; (who well know thy disposition.)* γιγνώσκω, φρονέω, τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις, π, 136. ρ, 193, 281, ubi una sententia tribus terminis exprimitur: novi, intelligo, hæc sane intelligenti præcipis; et respicit maxime in π, 133, 134. et in ρ, 190, 191; 278, 279. et 269, γιγνώσκω δ', ὅτι πολλοὶ δαῖτα τίθενται ἄνδρες, sentio, quod multi ibi epulentur. γιγνώσκω δὲ καὶ αὐτὸς, ὅτι σοὶ πινυτὴ (prudentia) φρένας ἵκει, υ, 228, imo et ipse intelligo, quod vir prudens et intelligens sis. γιγνώσκω δ', ὡς σφῶϊν (vobis duobus) ἐελδομένοισιν ἱκάνω, advenio, adsum, φ, 209. ἐπεὶ γίγνωσκον (omisso augmento) ὅτι δὴ κακὰ μήδετο δαίμων, γ, 166, cum intelligerem quod mala meditaretur deus. sic, καὶ τότε δὴ, μ, 295, καὶ τότε δὴ γίγνωσκον, ὅτι οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλονται, θ, 299, et tunc sane intelligebam, quod nulla jam effugia sint. γίγνωσκε δ' ἄρα φρεσὶ πάσας, χ, 501, agnoscebat enim re vera omnes. καλάμην γέ σε ὀΐομαι εἰσορόωντα, γιγνώσκειν sc. τὸ λήϊον ἢ τὸν καρπὸν, ξ, 215, arbitror te, intuentem calamum, agniturum esse spicam quæ fuerit, *ich glaube, da du den halben halm siehest, du sehest ein wie die ähre beschaffen gewesen, (I verily believe that when thou seest half a straw, thou knowest what kind of ear it bore;)* et loquitur elliptice ex modestia, simulque proverbialiter. παῖς, γιγνώσκων, τ, 160, intelligens jam, φρονῶν καὶ εἰδὼς οἷα γίγνεται κακά. ἤδη γιγνώσκουσα παρεστάναι, jam sciens omnia et agnoscens adstare, υ, 94. quod Æoles γνοέω scribant pro νοέω, apparet et ex ἀμφιγνοεῖν, i. e. διχονοεῖν, et ex σύγγνοια, conscientia, cogitatio tacita. ab νοέω est ἡ νώμη dorice, æolice et communiter ἡ γνώμη, sententia. ὁ γνώμων inter alia dicitur et ὁ ὀδοὺς, ἀφ' οὗ ἡ ἡλικία γνωρίζεται πώλων τε καὶ μόσχων: hinc ὁ λειπογνώμων est equus, vel et ovis, si μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δύνανται.

γίνομαι, (Γάω) est ex usu scribendi recentiorum compendioso pro antiquo γίγνομαι. notat nascor. it. sum. et editiones vulgares variant oscitanter his locis, modo γ antiquum exhibentes, modo omittentes. οὐδέ τις σφίσι μετὰ φρεσὶ γίγνεται (γίνεται) ἀλκὴ, Δ, 245, i. e. inest. ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίνετο ὀδόντων, K, 375. κόμπος ὀδόντων γίνεται, Λ, 418. καί σφιν ἄχος κατὰ θυμὸν ἐγίνετο, N, 86. et 283, πάταγος δέ τε γίνεται ὀδόντων. et 569, ἔνθα μάλιστα γίνεται Ἄρης ἀλεγεινός. et 684, ἔνθα μάλιστα ζαχρηεῖς γίνοντο μάχῃ, ubi maxime acres erant pugna. δεινὴ δὲ θεείου γίνεται ὀδμὴ, Ξ, 415, oritur. ἐπὶ ὅσον δουρὸς ἐρωὴ γίνεται, quousque hasta volat missa, O, 359. et 490, ἀρίγνωτος Διὸς ἀνδράσι γίνεται ἀλκή. et 607, ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνετο. πολέμου δ' οὐ γίνετο ἐρωὴ, non fiebat cessatio pugnæ, Π, 302. et 634, ἕκαθεν δέ τε γίνεται ἀκουὴ, longeque exauditur. ὑψόσε δ' αὐγὴ γίγνεται ἀΐσσουσα, Σ, 212, splendor in altum emicat. περὶ δὲ ἀφρὸς ὀδόντας γίγνεται, Υ, 169. οὐδέ τις ἀλκὴ γίνετο, Φ, 529, neque ulla opitulatio erat. καπνὸς γίνεται ἐξ αὐτῆς, X, 150. et 160, ἅ, τε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν. οὐδὲ πολλὴ γίνετο ἐπισσώτρων ἁρματροχιὴ, non multa fiebat canthorum orbita, Ψ, 505. *die räder schnitten gar nicht tief ein, (the wheels did not sink deep.)* οὐδέ οἱ αἰδὼς γίνεται, neque ei reverentia ullius inest, Ω, 45. οὐ γὰρ νηὸς ἐπήβολος γίνομαι, β, 320, non sum compos navis propriæ. οὖροι νηῶν πομπῆες γίνονται ἐπὶ νῶτα θαλάσσης, δ, 362, venti navium ductores sunt. et 417, [illegible] πάντα δὲ γινόμενος πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ γίνονται, omnia factus tentabit quæcunque in terra reptilia sunt, de Proteo. et 634, ἐμὲ δὲ χρειὼ γίνεται αὐτῆς, mihi opus est illa nave. et 709, αἵτε ἁλὸς ἵπποι γίγνονται ἀνδράσι, naves scilicet, sunt hominibus equi maris; vel potius, fiunt: nam dantur alias ζῶα, dicta ἵπποι ποτάμιοι. οὔτι κασιγνήτου χείρων γίνεται, non deterior est fratre bonus amicus, θ, 586. οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίνεται, nihil est dulcius, ι, 35. et 51, ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ. ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν, κ, 202, sed nimirum nullus effectus erat lamentantibus. sic et 568. et 350, γίνονται δ' ἄρα ταίγε ἐκ κρηνῶν, nascuntur ex fontibus: et paraphrasis antiqua hujus loci sic habet: γένεσις δὲ τούτων, οὐχ οἵαπερ ἡ ἀνθρώπων ἐστὶν, ἡ δι' ἀλλήλων. ἀλλὰ ποταμοὶ, καὶ ἄλση, καὶ πηγαὶ, ἐκείνας φύουσιν. conf. Νύμφαι, in R. οἷά τε πολλὰ γίνεται ἐν πολέμῳ, λ, 536, qualia sæpe fiunt in prœlio. τῆς φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος γίνεται, μ, 87, est. et 130, γόνος δ' οὐ γίνεται αὐτῶν, propagatio ex ipsis non nascitur. et 287, δηλήματα νηῶν γίνονται. et 396, βοῶν δ' ὡς γίνετο φωνή. et 326, οὐδέ τις ἄλλος γίνετο ἔπειτα ἀνέμων, nullus deinde alius ventorum nascebatur. nam venti non sunt subsistens quid, sed ἐν τῷ γίνεσθαι est τὸ εἶναι αὐτοῖς. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε γίγνεται ἡμετέρη, ξ, 59, munus nostrum est exiguum,

sed ex amico animo datum, simulque gratum accipienti. et 157, ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι γίγνεται, *ich hasse ihn wie den teufel, (I hate him as the devil.)* οἷοί τε τραπεζῆες κύνες ἀνδρῶν γίγνονται, sunt, ρ, 310. οὐδέ μοι ποδάνιπτρα γίγνεται, τ, 344. et 561, ὄνειροι ἀμήχανοι γίνονται. μία δ' οἴη γίνετο ἐφορμὴ, χ, 130. et 306, οὐδέ τις ἀλκὴ γίνεται οὐδὲ φυγή.

γινώσκω, vide γιγνώσκω, et sub νοέω.

γλάγος, εος. τό. (Γάω) est idem quod τὸ γάλα, lac, *milch, (milk.)* ὅτε γλάγος ἄγγεα δεύει, quando lac vasa rigat, Β, 471. Π, 643, . e. ὅτε ἀμέλγεται γάλα πολύ τε καὶ πῖον καὶ γλυκὺ καὶ μυιῶν ἐπισπαστικόν. hinc est ἡ γλὰξ, quæ est βοτάνη, γαλακτοποιὸς ταῖς ἐσθιούσαις. eadem dicitur et ἡ γλαύξ.

διέπω, (Ἕπω) exsequor studiose, administro, ordino, curo. *τὸ πλεῖον πολέμοιο χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι*, Α, 166, majorem partem belli meæ manus administrant. conf. *χείρ. ὣς ὅγε κοιρανέων δίεπε στρατὸν*, Β, 207, sic ille cum imperio obibat et regebat exercitum. *ἡμεῖς μὲν τὰ ἕκαστα διείπομεν*, Λ, 705, nos quidem hæc singula procurabamus et administrabamus, dividendo scilicet prædam. *σκηπανίῳ δίεπε ἀνέρας*, Ω, 247, scipione insequens abigebat viros, disturbavit, *ἐδίωκε, ἔπληττε*, urgebat, regaliter. non tamen re vera ictus sunt intelligendi, sed minæ tantum, quibus instantes pellebat. *ἡμεῖς μὲν τὰ ἕκαστα διείπομεν*, exsecuti sumus et curavimus, μ, 16, sc. quæ ad sepeliendum eum pertinebant. hinc *ὁ ἄρχων ἢ ὁ οἰκονόμος* dicitur *ὁ δίοπος, ου*, sicut apud Eurip. Rhes. 741, *τὶς δίοπος*,

aliquis ex ducibus militum. et apud Æschyl. Pers. 44, βασιλεῖς δίοποι. ex quo apparet, esse adjectivum. et οἱ ἄδιοποι sunt οἱ ἄναρχοι, οἱ μὴ ἀρχόμενοι, quibus nullus est præfectus.

διέπω. (Ἕπω) distincte et copiose satis loquor; sic, ut sermo distinguatur in plura quasi capitula. colloquor; διασαφέω εἰς μάθησιν, διεξοδικῶς εἰπεῖν. διέπε μοι, ὄφρα δαείω, accurate narra mihi, ut sciam, Κ, 425. διαειπέμεν (pro διεπεῖν, sc. μύθους) ἀλλήλοισιν, conferre sermones inter nos, δ, 215, *ausführlich mit einander zu sprechen, (to confer explicitly with one another.)*

διερέσσω, f. έσω. (Ῥάω) remigo, idem ac ἐρέσσω. διήρεσα χερσὶ, manibus utebar loco remi, *ruderte mit den händen fort, (rowed with my hands instead of oars,)* μ, 444. ξ, 351.

διερὸς, ὰ, όν. (Δέω) qui humorem habet, qui rigatus est. *feucht, benezt, (damp, wet.)* et quia terra satis rigata plantas omnes reddit vegetas et vividas: hinc metaphorice διερὸς est et, vegetus, vividus, alacer, vivus, *frisch, munter, lebhaft, (fresh, lively;)* et opponitur arido et exsucco. nomen est a διαίνω, a quo est δίημι et δίεμαι: apud Aristoph. Plut. 720, διέμενος ὄξει, madefaciens aceto, διϋγραίνων. οὐκ ἔστι οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτὸς, ζ, 201, non est ille homo inter vivos: ut sit ὁ ζῶν καὶ ἐῤῥωμένος. τὴν μὲν γὰρ ζωὴν ὑγρότης καὶ θερμότης συνέχει, τὸν δὲ θάνατον τὰ ἐναντία ποιεῖ. hinc νεκροὶ dicuntur ἀλίβαντες, οἱ ζωτικῆς λιβάδος (vitalis humoris) ἄμοιροι. hinc comicus fingit, ἐν ᾄδου εἶναι λίθον Αὑαίνου, a verbo αὑαίνω, sicco, fingens hoc nomen proprium ὁ Αὔαινος. conf. Plutarchum in symposiacis. ἔνθα διερῷ ποδὶ φεύγειν ἡμᾶς ἠνώγειν, ι, 43, ibi celeri pede fugere nos hortabar, i. e. ταχεῖ καὶ σπουδαίῳ ποδί: παραχρῆμα, *stehendes fusses, (with a firm foot.)* nam et ῥγιὴς descendit ab ὑγρὸς, ut mirum non sit, διερὸν πόδα notare celerem et vegetum. alii dictum id h. l. volunt pro ἐν νηΐ, nimis poëtice. nam, inquiunt, navis dicitur ἁλὸς ἵππος, equus maris; ergo et eadem potest dici, pes humidus. sed id nimis διθυραμβωδῶς dictum videtur melioribus, et idem esse ac si quis τὸ λικμητήριον (*die wurfschaufel*) *(a shovel,)* vocare vellet χεῖρα ξηρὰν ἀνθρώπου. omnino quidem rei ipsi jungenda est h. l. navis, nam per mare erat fugiendum: sed id nihil ad πόδα, quo alacriter erat utendum, ut ad naves suas pervenirent fugientes. sic alibi τὸ γόνυ dicitur χλωρὸν, i. e. τὸ νεάζον καὶ θαλερόν. ergo διερὸς ποὺς est, alacer et celer et robustus pes. nam qui, per διερὸν πόδα, τὴν κώπην, remum suadent intelligi; ludere et jocari videntur. verbum μαδάω, sum depilis, sum sine coma, videtur esse ex μὴ, non, et δέω vel δεύω, rigo: nam defectus humoris calidi efficit defectum comæ. μυδάω vero notat abundantiam humoris fœtidi, ut syllaba μυ fœtorem innuat. Vide sub ἀζαλέος.

διέρχομαι, (Ἔρω) per transeo. οἴων πῶϋ διέρχεται, ἀρνειὸς, Γ, 198, ovium magnum gregem pertransit, aries: *gehet unter der heerde herum, (went about among the flock.)* διερχόμενος μέγα ἄστυ, postquam transiit per urbem, Ζ, 392. φάτο ἔγχος ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι Αἰνείαο, Υ, 263, putabat, hastam Æneæ facile pertransituram esse clypeum suum; ubi est per apocopen, pro διελεύσεσθαι. ἀντικρὺ δὲ διῆλθε βέλος, Ψ, 876, penitus pertransiit sagitta. ὅπως ἵπποι ῥεῖα διέλθοιεν, Κ, 492, ut equi facile transirent hanc viam. πρὶν χροὸς διελθέμεν, pro διελθεῖν, Υ, 100, antequam corpus transadigeret. εἴξατέ μοι, οὐρεῦσι διελθέμεν, spatium date mihi, ut cum mulis transeam, Ω, 716. ἐκ μεγάροιο διελθέμεν, ζ, 304, ex atrio transire, pertransire triclinium magnum. Sæpe ad hoc verbum inseritur πρὸ, e. c. ἡ δὲ διὰ πρὸ ἤλυθεν ἐγχείη, Η, 260, s. penitus transiit hasta.

διέσσυτο, vide sub διασεύω.

διέτμαγεν, vide sub διατμήγω.

διέτρεσαν, vide sub διατρέω.

δίζημαι, (Δίω) quæro, scrutor, ambigo, idem ac Δίζω. νόστον δίζηαι, quæris reditum, interrogas de reditu, λ, 99, inquit Tiresias interrogatus ad Ulyssem. Πάνδαρον διζημένη, quærens, Δ, 88. διζήμενος eundem, Ε, 168, *aufsuchend unter der menge, (seeking among the multitude.)* τινὰ οὐρήων (custodum) διζήμενος, Κ, 84. Ἄσιον διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι, Ν, 760. οὐ γὰρ ἐγὼ πληθὺν διζήμενος, quærens et desiderans, Ρ, 221. φάρμακον ἀνδροφόνον, α, 261. μὴ πατέρα διζήμενος αὐτὸς ὄλωμαι, ο, 90. μνάσθω ἐέδνοισι διζήμενος, ambiat sponsam donis eam quærens sibi, π, 391. sic et φ, 161. ἵππους, αἵ οἱ ὄλοντο, equas quærens quas perdiderat, φ, 22. νόστον ἑταίροισι διζήμενος ἠδ' ἐμοὶ αὐτῷ, reditum comparare studens, ψ, 253. μήτε πλέον τι δίζησθαι ἔχειν, neque studere aliquid amplius habere, Herodot. II, 147. coll. III, 41. ἐδίζετο, disquirebat secum, agitabat in animo.

δίζυξ, υγος. ὁ, ἡ. (Ἄγω) bijugis. duplex. δίζυγες ἵπποι, bijuges equi, bini sub uno jugo, ἀνὰ δύο εἰς ἕκαστον ζυγὸν. ἕνδεκα δίφροι, παρὰ δὲ ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι, Ε, 195, habuit ergo equos viginti duos. Sic et Κ, 473. et tales duo equi dicuntur et ἡ ξυνωρὶς, *ein gespann von zweyen, (a yoke.)*

Δίζω et διζέω, f. ζήσω. (Δίω) quæro, scrutor, ambigo, *ich frage, suche, bedenke mich, (I ask, seek, consider.)* est a δίω, agito. notat in poëta maxime, agito mecum, disquiro in animo, *ich überdenke, (I consider,)* capto consilium. δίζε γὰρ, pro ἔδιζε, ambigebat enim secum, Π, 713. ἢ καὶ διζησόμεθα ἄλλους, π, 239, an et alios quærere, conquirere, debeamus; sicut nos dicimus, *eine hülfe auftreiben, ausfindig machen, (to seek assistance.)*

διηκόσιοι, αι, α. (Χάω) ducenti. η in syllaba secunda est Ionicum, pro communi α. Θ, 233. Ι, 383.

δίημι, (Δίω) in medio δίεμαι, fugio, agitari me patior, *lasse mich scheuchen, (suffer myself to be frighted away,)* σπουδαίως τρέχω.

ἵπποι πεδίοιο δίενται, Ψ, 475, equi fugiunt consternati per campum. est et aliud δίω et δίημι, quod notat διαίνω, humecto, et unde est διερὸς, humidus, δίυγρος.

διηνεκής, έος. ὁ ἡ. (Χάω) totus, perpetuus, continuus, in longitudinem rectam procurrens. est ab ἐνέγκω et διενέγκω, perfero, *ich trage hindurch, (I carry through,)* me vel aliud. simplex est ἠνεκής, έος, ὁ ἡ, idem notans quod compositum. recentiores hoc nomen de *tempore* continuo ponunt; at Homerus de *re* continua et perpetua et recta et integra. νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν, Ajacem vero integro tergo bovis honoravit in convivio, *mit dem ganzen zimmer vom ochsen, (with the whole sirloin of the ox,)* nulla ejus parte præsecta aut prælibata, Η, 321, ut is victor præcipui quid et in convivio haberet. sic et Eumæus hospitem suum, personatum Ὀδυσῆα, integro tergo suis, ξ, 437. δρύες, ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσι ἀραρυῖαι, quercus, radicibus magnis in longum porrectis firmatæ in terra, Μ, 134, ταῖς διὰ πολλοῦ τόπου ἐνηνεγμέναις καὶ τεταμέναις, αἵτε οὕτως αἴτιαί εἰσι ταῖς δρυσὶ τοῦ μίμνειν ἄνεμον ἐς διηνεκὲς χρόνου. et 297, χρυσείοις ῥάβδοισι διηνεκέσιν περὶ κύκλον, aureis lineis continuis in orbe clypei; et conf. ῥάβδος. ἀτραπιτοί τε διηνεκέες, ν, 195, viæ in longum procedentes; sic dictæ παρὰ τὸ διόλου ἐνηνέχθαι καὶ μὴ παρεκκλίνειν. sic, σ, 374, εἰ ὦλκα (i. e. αὔλακα, sulcum in agro) διηνεκέα προταμοίμην, si sulcum continuum rectum sulcarem, τὴν διόλου ἐνηνεγμένην μίαν, καὶ κοιλανθεῖσαν μιᾷ μακρᾷ τομῇ.

διηνεκῶς et διηνεκέως, (Χάω) adv. continue, recta, integre: κατ' εὐθὺ, ἀσχιδῶς· οὐ μέν τοι κεῖνόν γε διηνεκέως ἀγορεύσω, δ, 836, non equidem tibi de illo recta dicam, *ich kann es dir doch nicht gerade zu sagen, ob er lebe oder nicht, (I cannot tell you precisely whether he is alive or not:)* ut notetur ἡ ἀληθὴς ἀπόφανσις, ἡ δι' ὅλου πράγματός τινος ἤκουσα, quasi a metaphora τῆς διηνεκοῦς ὁδοῦ, quæ perfert usque ad destinatum locum. et fuisset h. l. διηνεκὴς ἀγόρευσις, si unum ex duobus quæsitis diserte vel affirmasset vel negasset: *ich kann es dir nicht zuverlässig sagen, (I cannot say positively.)* ἀργαλέον, βασίλεια, διηνεκέως ἀγορεῦσαι κήδεα, difficile nimis est, O regina, explicare et in totum narrare tibi ærumnas meas omnes, η, 241, *nach der reihe, (from beginning to end,)* integra serie, a primo malo usque ad ultimum, nullo omisso. σοὶ οὐκ ἔτι ἔπειτα διηνεκέως ἀγορεύσω, ὁπποτέρη σοὶ ὁδὸς ἔσται, μ, 56, tibi jam non explicite dicam, utra tibi via erit ingredienda ex duabus; sed ipse considera, si veneris in rem præsentem: *ich kann es dir jezt nicht umständlich und ausführlich sagen, (I cannot yet tell you explicitly and circumstantially.)*

διΐημι, (Ἕω) transmitto. διὰ δ' ἧκε σιδήρου, pro διῆκε, φ, 328, transjecit sagittam per ferreos annulos. Sic et ω, 176.

διΐκομαι, f. ἵξομαι, (Ἕω) pertranseo, exsequor. πάντα διΐξομαι, Ι, 61, i. e. διεξέλθω, διεξιόσω λόγῳ, omnia exsequar narrando. πάντα διΐκεο καὶ κατέλεξας, Τ, 186.

διϊπετής, έος. ὁ ἡ. (Πέτω) a Jove delabens vel delapsus. est a πέτω, i. e. πίπτω. hinc habet accentum in ultima, ad differentiam aliorum in πέτης desinentium a πέτεσθαι, volare. est epitheton fluvii, et quidem aptissimum; nam a Jove, i. e. a pluviis et nivibus, fontes fluviorum aluntur et oriuntur. et proprie quidem sic dicitur ὁ χείμαῤῥος, torrens, *ein regenbach, (a torrent,)* ὁ ἐκ Διὸς πίπτων (confer πίπτω ex Τ, 110.) ἤτοι γεννώμενος: deinde vero et ὁ ἀέναος, perpetuum flumen. nam pluvia alibi dicitur υἱὸς Διὸς, natus Jovis: unde apparet, qua ratione etiam perennis fluvius dicatur διϊπετής. non ignoravit ergo poëta causam et originem fontium. Σπερχειοῦ, διϊπετέος ποταμοῖο, Π, 174, coll. 176. ἐπὶ προχοαῖς διϊπετέος ποταμοῖο, in ostiis fluvii, Ρ, 263, ubi simile maxime respicit fluvium imbribus auctum, vel et re vera torrentem. κῦμα διϊπετέος, i. e. τοῦ γεννηθέντος ἐκ Διὸς ex aëre ejusque pluviis, Φ, 268, 326, et ibi perennis fluvius excreverat imbribus. πεσεῖν notat et γεννηθῆναι. idem fere est ὁ διοτρεφής. Αἰγύπτοιο, διϊπετέος ποταμοῖο, δ, 477, 581, ubi sic vocatur ὁ Νεῖλος, qui ex imbribus æstivis in Æthiopia tantum augetur, ut omnem sibi adjacentem Ægypti terram altissime inundet. vide igitur, rationem exundantis Nili scivit Homerus: nam ὕδωρ ἐκπίπτον ἐκ Διὸς, i. e. ἀέρος, pluvia est. ἀπάνευθε διϊπετέος ποταμοῖο, η, 284, remotus a fluvio, in terra Phæacum fluente. Vide sub δῖος, prope initium, et πίπτω, prope medium.

διΐστημι, (Στάω) distare facio, disto. οἱ δὲ διέστησαν, et illi distantiam fecerunt, ut daretur via currui ad transeundum per turbam populi, Ω, 718, coll. 716, *sie traten auseinander und machten einen zwischenraum, (they drew back and made room.)* sic etiam τοπικῶς de intervallo inter duos, sed a forma διΐστημι, τίη δὴ νῶϊ διέσταμεν, cur nos ambo remoti alter ab altero stamus, Φ, 436, cur non congredimur potius ad certandum, et conserimus manus? sed de morali dissidio est, διαστήτην ἐρίσαντε, disjuncti erant ambo contendentes lite, discordabant, Α, 6, ubi miser nescio quis legi jussit, διὰ στήτην, i. e. ob fœminam. τὼ δὲ διαστήτην, ambo equi removebant se ab occiso παρηόρῳ ἵππῳ, Π, 470, ad latus alterum nitebantur duo jugales equi incolumes, tertio illis adjuncto cæso; et id vel ex consternatione, vel ex nisu contrario, ne una cum cadente illo traherentur in casum. οἱ δὲ διαστάντες, discedentes illi, quisque in locum sibi debitum, Μ, 86, cum alius alium locum in acie bene ordinata caperet: *da sie auseinander und in die gehörigen abtheilungen traten, (they parted and went to their proper places.)* ergo h. l. mere τοπικῶς. sic et Ρ, 391, διαστάντες τανύουσιν; in opposito sibi stantes trahunt corium, διαχωρισθέντες, καὶ ὧδε καὶ ἐκεῖ στάντες, *da sie sich auseinander und gegen einander gestellet, (when they had*

separated and placed themselves opposite to one another,) φιλικῶς tamen. hinc loco ex A citato additum erat, ἐρίσαντε, ne verbum mere localiter acciperetur. γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο, N, 29, præ lætitia mare viam dabat, vadente per illud Neptuno: eodem sensu, quo ex Ω vidimus. undæ densæ dirimebant se, ut planum intervallum daretur per superficiem maris.

δικάζω, f. άσω. (Δίω) jus statuo. δικαζέμεν, pro δικάζειν, ionice, A, 542, i. e. σεμνῶς καὶ βασιλικῶς οἰκονομεῖν καὶ ἐπικρίνειν: et Juno loquitur ibi ad Jovem. sic et de Jove, Θ, 431, Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι δικαζέτω, ὡς ἐπιεικὲς, adjudicet, pro jure merito statuat. ἀμοιβηδὶς δ' ἐδίκαζον, Σ, 506, alternis de jure pronuntiabant: et sermo ibi de judicibus publicis. ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσατε, Ψ, 574, utrisque nobis jus ex æquo dicite: ubi de arbitris sermo. et 579, ἐγὼ αὐτὸς δικάσω, ipse dijudicabo rem, conf. μέσον. παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν, judices erant nobiles Trojani, inter Ajacem et Ulyssem, λ, 546. et 544, ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος, ego in judicio vici. κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν, juvenum in judicio experientium causas suas, μ, 440.

δίκαιος, α, ον. (Δίω) justus, æquus, moris justi et humani observans. *billig, wolgesittet, menschenliebend, (just, mannerly, humane.)* ἔχαιρε δὲ Ἀθήνη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ, οὕνεκά οἱ προτέρῃ δῶκεν ἄλεισον, γ, 52, nam Minerva personata erat sub specie Mentoris, proficiscentis una cum Telemacho ad Nestorem. Mentor erat senior ætate, sed Telemachus major dignitate, utpote regis filius et hæres. Nestor tamen in libatione Mentori priori dabat poculum ad libandum. ergo δίκαιος est, qui jus et morem bonum accurate observat: nam senior in re sacra habendus erat prior, utut dignitate inferior. ἐπὶ ῥηθέντι δικαίῳ, σ, 413, ob dictum æquum et justum. sic et υ, 322. οὐ γὰρ καλὸν οὐδὲ δίκαιον, ἀτέμβειν ξείνους Τηλεμάχοιο, υ, 294. φ, 312. ἐπεὶ οὔτι νοήμονες οὔτε δίκαιοι, β, 282, proci illi. et vide hoc dictum Minervæ, prudentiam et justitiam copulantis. nam omnes virtutes probum intellectum requirunt. in stultitia est iniquitas. sic et de Græcis redeuntibus a Troja, γ, 133. ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι, οὔτε δίκαιοι, οἵ τε φιλόξεινοι, καί σφι νόος ἐστὶ θεουδής, θ, 575. ἤ ῥα οἵγε ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι, ἦε φιλόξεινοι, καί σφι νόος ἐστὶ θεουδής, ι, 175. ζ, 120. sic et ν, 201. et 209, οὐκ ἄρα πάντα (pro κατὰ πάντα) νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι ἦσαν Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες.

δικαιότατος, η, ον. (Δίω) æquissimus, humani moris tenacissimus. δικαιοτάτων ἀνθρώπων, N, 6, ubi poëta sic vocat Scythas Europæ conterminos. habebant ii communia omnia, non uxoribus quidem et liberis exceptis; erant sine litibus inter se, et sine externis hostibus, cum nihil haberent quod alius concupisceret: viatores et hospites benigne excipiebant, et deinde ulterius ituros aliis notis commendabant: abstinebant esu animalium, lacte et frugibus contenti: nobiliores habitabant in montibus, rustici campos exercebant exiguo tributo. v. Strabo, Lib. VII. et conf. Ὑπερβόρεοι in R. Χείρων, δικαιότατος Κενταύρων, Λ, 831, maxime quia φιλοξενώτατος. cæterum δίκαιος est in genere, moris boni et humani observans, et sectator humanitatis: a δίκω. sicut et Germani suum, *pflichten*, a solere, curare, *pflegen*, appellant: ut inter bonos et humanos et probos et intelligentes, fieri *solet*.

δικαιότερος, έρα, ερον. (Δίω) justior, æquior, humanior. σὺ δὲ ἔπειτα δικαιότερος καὶ ἐπὶ ἄλλῳ ἔσσεαι. T, 181, et tu in posterum justior, æqui bonique tenacior eris etiam erga alium. σὺ δὲ, οὕτω παθὼν ἐπὶ τῷ Ἀχιλλεῖ, μεταμαθήσῃ τὸ ἀδικεῖν, καὶ ἔσῃ τοῖς ἄλλοις δίκαιος, πεῖραν γνοὺς, καλὸν εἶναι τὸ δικαιοπραγεῖν. futurum modeste positum pro imperativo. δίκαιος ἔσῃ, οὐ μόνον ἐπὶ τῷ μεγάλῳ Ἀχιλλεῖ, ἀλλὰ καὶ, εἴ τινα ἄλλον βλαβέντα (injuria aliqua affectum a te) χρὴ βασιλικῶς ἀπαρέσασθαι, placare.

δικαίως, (Δίω) adverb. juste, justo more, ex more bonorum hominum. οὐκ ἐθέλουσι δικαίως μνᾶσθαι, ξ, 90, nolunt ex more æquo sponsam ambire. apparebit ergo, quid notet δίκαιος apud antiquissimos.

δικασπόλος, ου. ὁ. (Πέλω) qui cum causis forensibus versatur, qui jura et mores administrat, judex, δικαστής, et idem fere qui βασιλεύς. ab ἡ δίκη, mos, jus, fas: ὁ περὶ δίκας πολῶν. σκῆπτρον, ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, A, 238, qui jura tuentur et conservant nomine Jovis. δαῖτας δαίνυται, ἃς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν, λ, 185, ubi sermo de Telemacho, qui velut prorex, absente Ulysse, patrimonium non solum suum obtinebat, sed et ad epulas publicas aut solemnes adhibebatur, quibus solebat adesse princeps populi, iisque præsidere. Sic Jupiter vocatur δικασπόλος οὐρανίδαις, princeps inter cœlites, Callimach. Hymno in Jovem, 3. idem dicitur θεμιστοπόλος, Rex.

δίκη, ης. ἡ. (Δίω) mos, jus, fas. *gute sitte, schickliche aufführung, billigkeit, (good manners, decorous behaviour, propriety.)* est a δίκω ortum nomen, sicut Germanorum phrasis, *es schicket sich*, æquum est, decet, a *schicken*, mittere, jacere, orta est. δίκη enim dirigitur ad scopum rectum et recepto mori bono consentaneum. inest simul notio reverentiæ et pudoris, ex δίω et τὸ δέος. ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, Π, 388, ubi de hominibus est sermo, qui ex libidine et potentia sua omnia agunt, non secundum jus et fas. qui expellunt justitiam in jure dicendo. et 542, Σαρπηδὼν Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί (δίκαις, jure æquo administrando) τε καὶ σθένεϊ ᾧ, sua justitia et fortitudine, nam hæ duæ sunt maximæ virtutes regiæ: prior curat cives, posterior arcet hostes. et priore loco vide, ἡ ἀδικία est causa τοῦ κατακλύζεσθαι γῆν, coll. 384—387. et 389, seqq. nam est χειρίστη τῶν ἄλλων κακιῶν in societate humana. ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ, qui inter hos sententiam judicialem rec-

tissime diceret, Σ, 508. coll. 497, seqq. ubi *δικηγορία* descripta, et *δικαστηρίου παλαιοῦ διάθεσις.* nam sunt in foro (*ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ*) sellæ lapideæ: seniores vel ætate vel auctoritate et nobilitate judicium exercent a populo sibi commissum; et sceptra vel baculos insignes tenent manibus, etc. *ἵνα μή τι δίκης ἐπιδευὲς ἔχῃς*, Τ, 180, ne quid desit tibi de jure debito. *Ἀντίλοχος ἀναστὰς ἠμείψατο δίκῃ Ἀχιλλέα*, jure et juste respondit Achilli, Ψ, 542, i. e. *δικανικῶς*, judiciaria quasi sententia pronuntiata: *δικανίζει γὰρ ἐνταῦθα ὁ νεανίας.* potest tamen hic ablativus et simpliciter intelligi pro *δικαίως.* cæterum *ἡ δίκη* et *ἡ θέμις* est idem, quod inter alia apparet ex Α, 238. *περίοιδε δίκας καὶ φρόνιν ἄλλων*, γ, 244, magis quam alii novit jura et prudentiam: *weiss besser als alle andre was recht und klug ist, (know better than any other, what is just and right.)* *ἥτε ἐστὶ δίκη θείων βασιλήων*, δ, 691, qui est mos divinorum et bonorum principum. *αὕτη δίκη ἐστὶ βροτῶν, ὅτε κέν τε θάνωσιν*, λ, 217, hæc est sors mortalium quando mortui fuerint, *das ist ihre weise so, (such is their lot.)* *ἄνδρα μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκὴν, ἄγριον, οὔτε δίκας εὖ εἰδότα οὔτε θέμιστας*, ι, 215, ubi utrumque est idem, i. e. *οὐ δίκαιον*, non observantem leges humanitatis. nam hæc est suprema *δίκη* antiquorum, ut id fiat alteri, quod tu tibi recte velis fieri; utque humanitatis communes leges, a recta natura præscriptas, serves. *ἡ (αὕτη) γὰρ δμώων δίκη ἐστὶ*, hæc sors est servorum, ξ, 59, sc. ut pauca habeant quæ donare possint egenis. coll. 56, ubi *θέμις* idem est quod alibi *δίκη*, i. e. *τρόπος, ἔθος.* et 84, *ἀλλὰ δίκην τίουσι (θεοὶ) καὶ αἴσιμα ἔργα ἀνθρώπων. Μίνωα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν, ἥμενον, οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα*, λ, 569, interrogabant eum de justo et jure. *μνηστήρων οὐχ ἥδε δίκη τοπάροιθε τέτυκτο*, hic non erat antea mos procorum, σ, 274. *das war sonst nicht die weise guter freier, (this was not formerly the practice of honourable suitors.)* *αὕτη γὰρ δίκη ἐστὶ θεῶν*, τ, 43, hic est mos deorum, *so pflegen es die götter zu machen, (such is the way of the gods.)* et 168, *ἡ γὰρ δίκη*, hæc enim est consuetudo. alibi hoc sensu ponitur *μοῖρα*, e. c. χ, 413, quæ est eadem quæ *δίκη*, justus mos; nam in eum, qui homines nullos veretur, armari solet vindicta divina. *ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων*, ω, 254, hoc est jus senum, hoc convenit senibus, *so muss es bey alten mannern billig seyn, (it is a respect due to age:)* ex quo loco maxime vis vocis apparet. *δίκη ἐν χερσίν ἐστιν*, laudabiliter dicitur; sed *ὁ χειροδίκης* in probro est. sic *ἔκδικος*, apud vetustos erat *ὁ ἔξω τοῦ δικαίου*, cui opponebatur *ὁ ἔνδικος*, juste et modeste vivens. *στρεψοδικέω*, f. *ήσω*, causam judicialem perverto, Aristoph. Nub. 433.

δικλὶς, ίδος, ἡ. (Κλάω) biforis, ex duabus valvis quæ pessulo junguntur. est a *δὶς*, *bis*, et *ἡ κλεὶς*, sera, abjecto ε. *δικλίδες πύλαι*, Μ, 455. sicut *δίζυγες ἵπποι* dicuntur, *οἱ ἀγόμενοι δύο ὑφ' ἕνα ζυγόν*: sic *πύλας δικλίδας* intelligimus, *τὰς ἀγομένας δύο ὑπὸ μίαν κλεῖδα*, i. e. *αἱ δίθυροι, διχόθεν κλειόμεναι. σανίδες δικλίδες*, β, 345, i. e. *θύραι δικλίδες*, quæ uno pessulo opposito clauduntur. sic *θύραι δικλίδες*, ρ, 268.

δίκτυον, ου. τό. (Δίω) rete, quod ejicitur ad pisces captandos. *δικτύῳ πολυωπῷ*, χ, 386, reti multos oculos, i. e. foramina, habente; et sermo est de piscatoris reti. *das viele augen hat, (that has many eyes.)* sic et *ὀφθαλμοὶ* in navibus majoribus dicuntur *αἱ ὀπαὶ, ὧν αἱ κῶπαι διείρονται*, foramina, per quæ remi prominent in navibus, triremibus vel aliis magnis. est a *δίκω*, ejusque præt. pass. Vide sub *δίσκος.*

δικύπελλον, vide *ἀμφικύπελλον.*

δινεύω, f. *εύσω.* (Δίω) verso, circumago. *ich drehe, wende, (I turn, turn round.)* *δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς δίνευον*, pro *ἐδίνευον*, circumrotabant se, Σ, 605, coll. 494. sic et δ, 19. duo saltatores saltabant in circulo, *κατὰ δῖνον ἐστρέφοντο, tanzeten einen kreis, (danced a round.)* *ὅστις δινεύοι κατὰ μέσσον*, quisquis in medio versaretur, Δ, 541, et undique circumspiceret ab hac et ab illa parte prœliantes. *ἀροτῆρες ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα*, Σ, 543, aratores circumagebant boves binos junctos, coll. 544, *στρέψαντες*, quod explicat τὸ, *δινεύοντες.* nam ab initio arvi per longitudinem arantes convertebant boves, ut rursus arando ad initium redirent. *δινεῖν* ergo et *δινεύειν* est *στρέφειν. τὴν (πέλειαν) δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε*, Ψ, 875, hanc huc et illuc se vertentem percussit sagitta. nam filo longiusculo in alto alligata erat columba ad pedem. *ἀναστὰς δινεύεσκε* (ionice pro *ἐδίνευε*) *παρὰ θῖνα ἁλὸς*, Ω, 12, oberrabat in littore maris, *gieng auf und ab spazieren, (walked to and fro.)* *δινεύων κατὰ οἶκον*, τ, 67, circumversans in domo, *umhergehend, (going about.)*

Δινέω, f. *ήσω.* (Δίω) in orbem circumago, *ich drehe, (I turn.)* it. moveo, agito. est a *δίω*, agito. *κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον*, saltantes juvenes circumagebant se in orbem, Σ, 494, ubi activa forma est intransitive, pro *ἐστρέφοντο χορικῶς.* et hæc vox valde propria *ἐπὶ εἰλήσεων ὀρχηστοῦ*: siquidem et *ὁ δῖνος, ου*, est *σχῆμα χορικὸν*, saltationis forma per *ἐγκύκλιον κίνησιν.* coll. 605. *ἧκε δὲ* (emisit *τὸν σόλον*, discum) *δινήσας*, rotatum emisit manu, Ψ, 840. *ἐγὼ δὲ δίνεον*, pro *ἐδίνεον*, ι, 384. et 388, *ἐν ὀφθαλμῷ* (Polyphemi) *τὸν μοχλὸν ἐδινέομεν*, ubi valde proprie posita vox. et 153, *ἐδινεόμεσθα κατὰ νῆσον*, circumagebamur per insulam, *wir giengen in der insul herum, (we went round about the island.)* de scuto, cui impositus dormiebat infans, est apud Theocr. Id. 26, 10, *ἐδίνησε τὸ σάκος ἡ μήτηρ*, motitabat scutum, loco cunarum. *κάππεσε (κατέπεσε) δινηθεὶς*, χ, 85, concidit circumvolutus, *sich herumwalzend, (rolling about.)* *πάντοσε δινείσθην κατὰ ἔθνος*, ubique circumerrantes per agmen ambo, Ρ, 680.

δίνη, ης. ἡ. (Δίω) circulus. vortex. *ein kreiss, ein wirbel, (a circle, a whirlpool.)* gurges. po-

nitur a poëta de fluvio vorticoso, qui vortices format inter fluendum. *ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας*, de natantibus in fluvio, Φ, 11, circumagitati per vortices. et 132, *ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι (δίναις) καθίετε ἵππους*, dejicitis, sacrificii causa. nam fluvio sacer erat equus. et 213, *βαθέης (ἐκ) ἐφθέγξατο δίνης*, deus ille fluminis. et 239, *κρύπτων ἐν δίνῃσι βαθείῃσιν μεγάλῃσι*. et 353, *ἰχθύες, οἳ κατὰ δίνας*. *ὁ δῖνος, ου*, et *ὁ δίνης, ου*, quoque est, circulus, *ein wirbel, (a vortex:)* it. tornus, *τόρνος*, *ein dreheeisen, (a turning lathe:)* conf. Aristoph. Nub. 379, 380. it. poculum infra rotundum, Vesp. 616.

δινήεις, ήεσσα, ῆεν. (Δίω) verticosus, *wirbelnd, (whirling.)* est epitheton fluvii alti. *Ξάνθου ἀπὸ δινήεντος*, Β, 877. *Ξάνθῳ ἐπὶ*, Ε, 479. *ποταμοῦ Ξάνθου*, Ξ, 434. *ἐπὶ Ἕρμῳ δινήεντι*, Υ, 392. *Ξάνθου*, Φ, 2. et 125, *Σκάμανδρος οἴσει δινήεις*. et 206, *παρὰ ποταμὸν δινήεντα*. et 332, *Ξάνθον. Σκαμάνδρου*, Χ, 148. *Ξάνθου*, Ω, 693. *ποταμὸν παρὰ δινήεντα*, ζ, 89. *ἐν προχοαῖς ποταμοῦ*, λ, 241. est ergo, *ὁ δινούμενός που, καθὰ καὶ ἡ θάλασσα. ὁ δίνας ἔχων.* potest et esse, varie curvans se in alveo. imo et, volvens se.

δινόω, vide *δινέω*, et sub *ῥιγέω*.

δινωτὸς, ή, όν. (Δίω) rotundus, in orbem factus. *rund, (round.)* it. *τόρνῳ* elaboratus, *gedrehet, gedrechselt, (turned with a lathe.)* a *δινόω*, f. *ώσω*, ejusque præt. perf. pass. *δεδίνωται*. circumdatus, circumpositus, *umgeben, (surrounded.)* *δινωτοῖσι λέχεσσι*, Γ, 391, i. e. *τορνωτοῖς*, torno artificiose elaboratis lectis. *κλισίην* (sellam) *δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ*, τ, 56, *τορευτικὴν κατά τινα μέρη, μάλιστα δὲ τὴν κύκλῳ κεκοσμημένην ἐλεφαντίνοις ὀστοῖς καὶ ἀργύρῳ. ἀσπίδα ἐν ῥινοῖσι* (coriis, *mit häuten,*) *(with hides.)* *βοῶν καὶ νώροπι χαλκῷ* (corusco ære) *δινωτὴν*, Ν, 407, rotundum clypeum, circumdatum coriis et ære. *περιφερέα καὶ πάντοσε ἴσην.* fere idem est et *δινητὸς, ή, όν*.

διογενὴς, έος. ὁ ἡ. (Γάω) in significatu passivo, a Jove genitus, ut notet *τὸν ἀρχηγὸν* (auctorem) *τοῦ γένους Δία*. deinde est epitheton et titulus supremæ nobilitatis et amplitudinis apud antiquos, regibus et magnis principibus imponi solitus. nam reges et principes, eorumque summa dignitas, a Jove esse videbantur, et tales vere *δῖοι* habebantur. *διογενὲς Πατρόκλεις*, nobilissime Patrocle, Α, 337. *διογενὲς Ὀδυσσεῦ*, Β, 173, quo titulo innumeris locis salutatur Ulysses. *Αἴας διογενὴς*, Δ, 489. Η, 234, 249. *διογενὲς*, in allocutione ad Agamemnonem, Ι, 106, et in media oratione. quo loco quidam male legunt *διογενεῦς*, ionice pro *διογενοῦς*, referentes ad *Ἀχιλῆος*. *διογενὴς Εὐαιμονίδης*, Λ, 809. et 822, *διογενὲς Πατρόκλεις*. sic et Π, 49, 707. *αὐτὰρ ὁ διογενὴς*, sed ille nobilissimus, Φ, 17, ubi positum loco nominis proprii. *εἴποθεν ἔλθοι διογενὴς Ὀδυσεῦς*, β, 352. et absolute positum, in allocutione, loco tituli honorificentissimi, κ, 443. *αὐτὸς διογενὴς Ὀδυσσεὺς*, σ, 311. nusquam igitur, nisi supremæ auctoritatis viris, datur hic titulus; cui in nostro orbe par est nullus.

διοϊστεύω, (Οἴω) transmitto sagittam. *ich schiesse durch oder hinüber mit dem pfeile, (I shoot at with an arrow.)* *καί κεν διοϊστεύσειας*, μ, 102, sc. a Scylla ad hanc, posses sagittam transmittere, *es ist eines bogenschusses weit, (it is a bow-shot distant.)* *καὶ διοϊστεύσῃ ἁπάντων πελέκεων*, τ, 578, et sagittam per omnes bipennes transmiserit: quæ erat altera conditio. prior erat, qui arcum facillime tetenderit. et 587, *νευρὴν δ' ἐντανύσαι* *(die sehne anzuspannen an das zweite horn des bogens,)* *(to fasten the cord to the second horn of the bow)* *διοϊστεῦσαί τε σιδήρου*, ubi sunt ambæ conditiones. sic et φ, 76, 97, 114, 127.

διολέω, (Ὄλω) prorsus perdo. *οἶκος ἐμὸς διόλωλε*, β, 64, domus mea tota perit vel perditur, *gehet ganz zu grunde, (is totally ruined.)*

διοπτεύω, f. *εύσω*. (Ὄφ) speculor, observo oculis. *ἠὲ διοπτεύσων* aut speculaturus, Κ, 451, coll. 562. *κατασκοπήσων*. hinc *Ζεὺς* dicitur *διόπτης, ου. ὁ*, observator.

διοπτὴρ, ῆρος. ὁ. (Ὄφ) speculator, idem qui *ὁ ὀπτήρ*. *διοπτῆρα στρατοῦ*, speculatorem castrorum nostrorum, *σκοπὸν*, Κ, 562, coll. 451.

διορύσσω, f. *ξω*. (Ῥάω) perfodio. *διορύξας τάφρον*, fossam in longitudinem ducens, φ, 120.

δῖος, ῖα, ῖον. (Δίω) est pro *δίιος* contractum, a genitivo *διός*. et notat maxime venerabilem et suspiciendum, deinde et, valde timendum et horrendum. proprie autem notat filium Jovis, *τὸν ἀπὸ Διός*. sic Ο, 67, *υἱὸν ἐμὸν, Σαρπηδόνα δῖον*, inquit Jupiter. et sæpe pro, *Διῒ φίλος*, a Jove amatus præcipue et adjutus, ut Λ, 607, *δῖε Μενοιτιάδη*, coll. 610, *Διῒ φίλε*. quod autem et timendum magnopere notet, apparet ex Ο, 652, *αὐτοὶ γὰρ μάλα ἐδείδισαν Ἕκτορα δῖον*, valde timebant Hectorem terribilem. et ex μ, 104, *δῖα Χάρυβδις*, i. e. *φοβερὰ*, a *δίω*, i. e. *φοβοῦμαι*. in genere designat præstantissimum, et magnas prærogativas habentem: unde et gradus comparationis nullos habet, quia vim superlativi *κατ' ἐξοχὴν* in se continet. est nomen principale et auctoritatis supremæ: et *προσκυνητὸν* antiquis videbatur *τὸ δῖον, ὅσα καὶ δαίμων*, quod apparet ex Χ, 393, *δῖον*, et 394, *θεῷ ὣς*, et 434, *θεὸν ὥς*. *δῖα Ἀφροδίτη*, ut Jovis filia, et in se præstantissima, Β, 820. Γ, 413. *σὺν σοὶ, δῖα θεὰ*, Κ, 290, inquit Diomedes ad Minervam. *δῖα θεάων*, Juno, Ξ, 184, utpote Jovis conjux, et summe veneranda aliis. sic et *Ἀθήνη*, ut filia Jovis propria, Σ, 205. et *Χάρις*, ob eximiam pulcritudinem, Σ, 388. et *Θέτις*, ob majestatem præcipuam, Τ, 6. Ω, 93. *δῖα χθὼν, διὰ τὸ ἔντιμον*, Ω, 532. Ξ, 347. *δῖα ἅλς*, i. e. *μεγάλη, καὶ φοβερὰ*, Α, 141. Β, 152. Ξ, 76. Ο, 161. Φ, 219. *αἰθέρας ἐκ δίης*, post præstantem serenitatem, Π, 365. *διὸς ποταμὸς*, qui Jovis pluvia augeri solet, Π, 522. Μ, 21. hinc et fluvii dicuntur *δι-*

πετεῖς, maxime si sunt torrentes. δῖα Ἠὼς, quia in aëre nostro gignitur, et ob præstantiam suam, Ι, 240, 658. Λ, 722. Σ, 255. Ω, 417. δῖον γένος, Ἰοχέαιρα, Diana, Ι, 534. ob majestatem, et ob virtutem singularem, et ob terrorem quem ante se agebant, varii heroes hoc titulo insigniuntur. Ἕκτωρ, Ε, 467, ubi sic loquitur Mars personatus, sub figura principis Thracici, amici Trojanorum. ut ergo ibi sola præstantiæ supremæ notio adhæreat. ergo ex contextu determinanda vox, an terribile quid adsit, an solum reverendum summe. et 601. Ζ, 515. Η, 42, 169. Ρ, 710. Χ, 226, 320, 395. Ψ, 24. Ω, 595, 596, 657, 660. Ἀγαμέμνων, quia supremus erat imperator, et maximus rex inter Græcos, Ψ, 36. Β, 221. Σ, 257. Ἀχιλλεὺς, Α, 121, 292. Υ, 160. Χ, 102, 326, 330, 364, 455, ubi ex ore hostili sic vocatur, ut terribilis. Ὀδυσσεὺς, ob singularem sapientiam, et prudentiæ celeritatem, Α, 145, ubi id epitheton innuit, eum præ aliis debere esse ducem, Β, 244. Γ, 205. Η, 168. Ἀγήνωρ, ob autoritatem et prudentiam inter Trojanos, Ν, 490. Ξ, 425. Ο, 340. Π, 535. Φ, 545, 579. Ἀλέξανδρος, ob formæ præstantiam, Γ, 329, 352. Η, 355, nam et in hoste libenter sunt commemoranda, quæ præcipua habet. Νέστωρ, Β, 57. Πρίαμος, Ν, 460. Ω, 618. Διομήδης, Κ, 502, 508. Ἐρευθαλίων, Δ, 319. coll. Η, 136. Ὑψήνωρ, Ε, 76. Ἀρηΐθοος, Η, 138. Ἀλάστωρ, Ν, 422. Ἐπειγεὺς, Π, 571. Θρασυμήδης, Ρ, 705. Ἐπειὸς, Ψ, 838, 839. Ἀγάθων, Ω, 249. δῖοι Ἀχαιοὶ, Ε, 451, ob præstantiam suam: maxime tamen intelliguntur principes. Λ, 455. Σ, 241. Υ, 354, *die liebwerthen, (the beloved.)* Πελασγοὶ, Κ, 429. δῖα Ἦλις, urbs antiqua et sacra, Β, 615. Λ, 685, 697, et hoc addit, ut magnum quid contra magnos fecisse videatur. Ἀρίσβη, urbs, Β, 836. Φ, 43. δῖα γυναικῶν, Ἄλκηστις, præstantissima fœminarum, Alcestis, Β, 714, s. Ἑλένη, Γ, 171, 228, 423, coll. 426, 418. ergo et, ut filia Jovis. δῖα Ἄντεια, Ζ, 160, ob formæ et generis præstantiam; et simul inest excusatio facti, et miseratio: ἡ ἐνδοξοτάτη alias. Φρόντις δῖα, Ρ, 40. δῖοι ἑταῖροι, Ε, 663, socii et ministri regis præstantes et honorati. et 692. etiam de equo præstante posita vox, Θ, 185. Ψ, 346, 348. et de κήρυκι, Μ, 343, quia hi homines in tutela Jovis. δῖος Ὀρέστης, α, 298. γ, 306. λ, 460. Ὀδυσσεὺς, α, 396, qui hoc titulo infinities insignitur. δῖος ὑφορβὸς, ο, 300, ob indolem egregiam, et fidem singularem, maxime venerabilis. sic et π, 20, 333, 452. ρ, 507, 508. nam virtus est venerabilis, sors reliqua qualiscunque sit. sic et φ, 359. δίου Ὀδυσσῆος, γ, 84. Νέστορα δῖον, α, 284. Μέντορα, δ, 655. Μέμνονα, λ, 521. δῖον ὑφορβὸν, ξ, 3. et 4, δῖος Ὀδυσσεὺς, ubi vide, servus et dominus eodem epitheto honorantur, uterque ob præstantiam suam singularem in suo genere. sic et 48, ὑφορβός. et π, 56. φ, 80. χ, 162. nam hunc Eumæum eximie amat poëta ob fidem suam. ἦλθες, δῖ' Εὔμαιε, π, 461, quod apocopatum a Græcis eodem modo legitur ac δή: ut ergo audienti sit amphibolice. sic, ἔρχεο δῖ' Εὔμαιε, ρ, 508. σὺ δῖ' Εὔμαιε, φ, 234. χ, 157. sic et Φιλοίτιε δῖε, φ, 240. δῖαι Ἀχαιαὶ, γ, 116. τ, 199. et 177, Πελασγοί. Καλυψὼ, δῖα θεάων, α, 14, ob insignem benevolentiam et præstantiam. et 332, δῖα γυναικῶν, ut et σ, 207. υ, 60, 147, Penelope. δῖα Κλυταιμνήστρη, γ, 266, et poëta ibi statim rationem reddit, cur eam sic appellet. Ἑλένη, δῖα γυναικῶν, δ, 305. ο, 106. Εἰδοθέη, δῖα θεάων, ob beneficium ingens præstitum, δ, 382, coll. 364—367. 398. Καλυψὼ, ε, 78, 192, 180. Κίρκη, κ, 400, et δῖα θεάων est præstans et veneranda inter deas. δῖα Νέαιρα, μ, 133. Ἦλις, ο, 297. ν, 275. ω, 430. δῖα θεάων, Ἀθήνη, σ, 189. υ, 55. et 68, δῖα Ἀφροδίτη. εἰς ἅλα δῖαν, γ, 153. et 326, Λακεδαίμονα. sic et ν, 440. ἅλα, δ, 577. ἐς ἠῶ δῖαν, λ, 374. π, 368. τ, 50, 342. et 540, ἐς αἰθέρα δῖαν. Vide sub Ἀλέξανδρος, Εὔμαιος, et Ζεὺς, in R.

διοτρεφὴς, έος. ὁ ἡ. (Τρέφω) a Jove auctus et magnus factus. est epitheton magnorum principum, qui majestatem et potestatem habent a deo. Jupiter vero, in sensu politico, est majestas regia. notat ergo firma et magna auctoritate præditum. θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος, Β, 196, nam ira magna est augusti regis, vel, animus magnus. et 847, υἱὸς διοτρεφέος Κεάδου. ὦ υἱὲ Πετεῶο, διοτρεφέος βασιλῆος, Δ, 338. Αἰσυήτου διοτρεφέος φίλον υἱόν, Ν, 427. Πριάμοιο ἐν δόμοις διοτρεφέος βασιλῆος, Ω, 803. ἀφραίνεις, Μενέλαε διοτρεφὲς, Η, 109, quod verbum confer. sic, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, Κ, 43, inquit Agamemnon. sic Ρ, 12, 702. Ψ, 594. δ, 138, 156, 591. ο, 64, 155. ad Achillem, legati, Ι, 229. Lycaon, Φ, 75, ubi simul est aliquis alius respectus: cum tu sis a Jove nutritus, O Achilles, non adspernaberis τὴν ξενίαν τροφὴν cujus antea me participem fecisti, καὶ ἧς ἐφρούρει ὁ Ζεύς. sic ad eundem Priamus, Ω, 553, 635. Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ διοτρεφὲς, Ι, 603, inquit Achilles ad Phœnicem, principem natum, tribus honorificentissimis epithetis. sic ad Nestorem, γεραιὲ διοτρεφὲς, Λ, 647, 652. et 818, Εὐρύπυλε ἥρως. Ἀντίλοχε (qui erat filius Nestoris natu maximus) Ρ, 685. Ψ, 581. Σκάμανδρε, Φ, 223, ubi ad fluvii præsidem Achilles loquitur: et fluvii etiam physice a Jove, i. e. ex pluviis, augentur. ad Ulyssem supplex aliquis, κ, 266. et socii, 419. Telemachus ad filium Nestoris, ο, 199. Melanthius servus adulator ad procum Agelaum, χ, 136, ubi est idem quod; nobilissime. διοτρεφέες βασιλῆες, Β, 445. Ξ, 27, 29. ὄψα τε, οἷα ἔδουσιν βασιλῆες, γ, 480. ἔχθιστος δέ μοί ἐσσι διοτρεφέων βασιλήων, inquit Agamemnon ad Achillem, Α, 176. εἰ ἀκούσειαν διοτρεφέων β. Β, 98. et 660, πέρσας ἄστεα πολλὰ διοτρεφέων αἰζηῶν, vastans urbes multas clarorum juvenum, i. e. βασιλικῶν ἀνδρῶν, οἷς πόλεις ἀνάκεινται, *grosser prinzen, denen die städte gehören, (of great princes to whom the cities belong.)* υἱάσι δὲ Πριάμοιο διοτρεφέεσσι, Ε, 463. et 464, ὦ υἱεῖς Πριάμοιο διοτρεφέος βασιλῆος. εἴπομεν ἀνθρώποισι

διοτρεφέεσσι μιγείης, ε, 378, donec hominibus nobilibus immiscearis; ubi Neptunus sic appellat Phæacum principes, quibus Ulysses erat interfuturus: et respicit, vel characterem eorum moralem, vel peculiare præsidium Jovis et præstantiam terræ illius, abundantis omni genere donorum divinorum. cæterum *βασιλῆες* sunt *ἐκ τοῦ Διὸς*, sicut *οἱ ἀοιδοὶ ἐκ Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος*. conf. *διογενής*. prima syllaba in *διοτρεφὴς* corripitur, quia est a genitivo *Διὸς*, ut notetur *ὁ τραφεὶς ὑπὸ τοῦ Διός*.

δίπλαξ, *ακος. ὁ ἡ.* (*Ἕω*) duplex, duplicatus. est idem cum *διπλόος*, ut sit ex *δὶς*, cum terminatione *πλαξ*. *ἱστὸν ὕφαινε, δίπλακα*, Γ, 126. X, 441, ubi hoc adjectivum non pertinet immediate ad *ἱστὸν*, qui est generis masculini, quique his locis notat *τὸ ἐργαλεῖον*; et additur *δίπλακα μαρμαρέην*, sc. *ὑφὴν*, vel *ἐσθῆτα*, vestem, sensu generali: et notatur vestis genus, duplici filo dense textum, quam nonnulli *δίμιτον* dici putant, *von doppelm einschlage, (of double texture.)* possis et credere, sic duplici filo, e. c. ex lana et bombyce, etc. *δίπλακα δῶκα καλὴν πορφυρέην*, τ, 241, ubi *ἡ δίπλαξ* substantive posita: et conf. 225, 226. omnium luculentissimus locus est Ψ, 243, *ὀστέα ἐν δίπλακι δημῷ θείομεν*, ossa in duplici adipe involuta componamus, ne cito in pulverem dilabantur ossa cremati mortui, arida valde ab igne. supponebatur ergo adeps, imponebantur ossa, et his imponebatur adeps, deinde iterum ossa, et adeps. unde intelligitur et, quid sit *δίπτυχα ποιεῖν*. in veste ergo quoque duplex textura inerat, fundamentum sc. et aliud huic superadditum.

διπλόος, *οῦς. διπλόη, ῆ. διπλόον, οῦν.* (*Ἕω*) duplex, *zwiefach, (twofold.)* est a *δὶς*, cum terminatione *πλόος*, sicut ab *α* unitatis fit *ἁπλόος*, a *τρὶς τριπλόος*, etc. et *διπλοῦν* dicitur *κατά τι μέγεθος*, *doppelt, (double:)* sed *διπλάσιος κατὰ ἀριθμὸν* dicitur, *doppelt so viel, (twice as much.)* *διπλόος θώρηξ*, Δ, 133. Υ, 415, et conf. *θώρηξ*. *χλαῖναν διπλῆν*, lænam duplicem, K, 134. τ, 226, ubi *ἱμάτιον πτυσσόμενον* (*ein kleid das wegen seiner weite, doppelt um den leib genommen werden kann,*) *(a garment which, on account of its width, will wrap twice round the body)* *διπλοῦν λέγεται*.

δίπτυχος, *ου. ὁ ἡ.* (*Πέτω*) duplicatus, geminatus. nam ponitur et de partu gemino, sicut *τρίπτυχος* de ter geminis. sic dicunt, *δίπτυχος γονὴ*, geminus partus, *τρίπτυχοι κόραι*, ter geminæ puellæ, i. e. Gratiæ. et *δίπτυχοι νεανίαι*, duo juvenes, Eurip. Iphig. Taur. 1289. *δίπτυχα ποιήσαντες*, i. e. duplici adipe, superne et inferne, involventes carnem adolendam in sacrificio, A, 461. γ, 458. μ, 361, *διπλοῦντες τὴν κνίσσαν*. et hoc facto, cum ex omnibus aliis partibus victimæ parva frustula abscidissent, imponebant ea cruda his ita adipe circumdatis *μηρίοις*, et id vocabant *ὠμοθετεῖν*. *δίπτυχον εὐεργέα λώπην ἔχουσα ἀμφὶ ὤμοις*, ν, 224, ubi sermo est de puero principali, vestito ampla veste, ut duplicem eam sibi circumdare posset.

δὶς, (*Ἕω*) adverb. bis. *zweymal, (twice.)* *δὶς τόσον*, ι, 491.

δισθανὴς, *έος. ὁ ἡ.* (*Τῶ*) bis moriens. *σχέτλιοι, οἳ ζώοντες ὑπήλθετε δῶμα ἀΐδαο, δισθανέες, ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσι ἄνθρωποι*, μ, 22, audaces, qui vivi subiistis domum Orci, bis morientes et destinati morti, cum tamen alii semel moriantur homines. sic retinetur Sigma in *δισχίλιοι*, et, *δίσπαιδες οἱ γέροντες*: sed *δίπαιδες* sunt qui duos habent liberos. *δυσθανὴς* est *ὁ βιαιοθάνατος*.

δισκέω, f. *ήσω.* (*Δίω*) disco jacio, certo disco. *οἵῳ (δίσκῳ) Φαίηκες ἐδίσκεον*, θ, 188.

δίσκος, *ου. ὁ.* (*Δίω*) discus. est a *δίκω*, interserto Sigma. erat alias *ἐκ σιδήρου*, alias *ξύλινος*, alias *χαλκοῦς*: in Homero est et *λίθινος*. et est idem qui *ὁ σόλος*, quem conf. ambitu erat rotundus, cætera planus, in medio habens foramen, per quod transmittebatur alterum extremum baculi, *ἐξ οὗ μετεωρίζοντες ἐῤῥίπτουν τὸν δίσκον*, *ἢ ἔδικον*, jaciebant. recentiores deinde etiam *δίσκους* dixere orbes in mensa adhiberi solitos, *teller, assietten, (dishes, plates.)* si de sole ponitur, est audax metaphora, *die sonnenscheibe, (the sun's disk:)* audacior etiam, si lux aut radii dicuntur a sole *ἀποδισκεύεσθαι*. utebantur autem antiqui disco ad lusum et exercitium corporis in jaciendo. sæpe, loco baculi, inerat medio foramini *ἱμὰς*, lorum, *ᾧ ἐνειρομένῳ στρεφόμενος ἵετο ὁ δίσκος*. *δίσκου οὖρα* (pro *οὖροι*) *κατωμαδίου*, disci ab humero vibrati fines, Ψ, 431, ex quo composita sunt *τὰ δίσκουρα*, 523, i. e. spatium illud ad quod discus missus volat. *μνηστῆρες δίσκοις τέρποντο ἱέντες*, δ, 626, delectabant se jaculantes discis. sic et ρ, 168. *δίσκῳ προφερέστατος*, disco jaciendo præstantissimus, θ, 129, apud Phæaces. et 186, *λάβε δίσκον μείζονα καὶ πάχετον, στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον*. coll. 189—198, ubi id certamen describitur. Vide sub *φᾶρος*.

δίσκουρα, *τὰ*, vide supra et sub *οὖρον*.

διφάω, f. *ήσω* et *άσω.* (*Ἅπω*) est per syncopen, pro *διαφάω*, tactu discerno, tangendo manibus quæro. *ich suche etwas durch tasten mit den händen, (I grope about for something.)* deinde et in genere, scrutor, quæro. in primâ et propriâ notione est Π, 747, *ἀνὴρ ὅδε τήθεα διφῶν*, ostrea sub aquis demersa, in fundo maris quærens palpando. hinc est *ὁ διφήτωρ, ορος*, attrectando quærens.

δίφρος, *ου. ὁ.* (*Φέρω*) proprie est currus militaris, cui superstabant semper duo, unus regens equos, qui *ἡνίοχος* (habenas habens) alter pugnans, qui *παραιβάτης* (juxta stans) dictus. et hi duo stabant juxta se, prior ille a sinistra, hic a dextra. est ergo *δίφρος* per syncopen pro *δίφορος*, a *δύο φέρειν*, a ferendo duos viros. inter prœliandum stabant ambo, extra prœlium etiam sedere poterant in eo. est ergo, *ein streitwagen für vornehm helden, (a military car for chief commanders.)* deinde in genere, currus

nobiliorum, *ein vornehmer wagen, (a car for eminent persons.)* tandem quia sedilia domestica nobiliorum et lautorum hominum fieri solebant ad formam horum curruum, qui a parte posteriori erant rotundi; hinc et sella, maxime principalis, dicebatur δίφρος, *ein lehnstul, (an arm-chair.)* si de curru ponitur, proprie notatur ea pars currus, quæ superposita est rotis et axibus earum, *der obere theil des wagens, der über den rädern und deren achsen befestiget ist, (the body of the car which is placed over the wheels and axles.)* deinde, ab hac parte, etiam totus currus. cæterum δίφρος dicitur et alio nomine ὁ διόχης, ου, et ὁ δίεδρος, ου. etymologia ejus innuitur, Λ, 747, πεντήκοντα ἕλον δίφρους, δύο δ' ἀμφὶς ἕκαστον φῶτες ὀδὰξ ἕλον οὖδας, quinquaginta adsecutus sum currus, et ad singulos bini viri mordicus prehenderunt solum. et Ρ, 464, οὐ γάρ πως ἦν, οἶον ἐόντα ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ, ἔγχει ἐφορμᾶσθαι, καὶ ἐπίσχειν ὠκέας ἵππους, non enim fieri poterat, ut unicus in sacro curru exsistens, simul hasta irrueret in hostes et equos veloces regeret; nam ὁ παραιβάτης jam erat occisus, et restabat solus ἡνίοχος. sacer autem h. l. vocatur currus specialiter, quia erat Achillis currus, cui equi juncti erant a deo donati, et quem ipse Vulcanus fecerat; simul quia ipse filius deæ marinæ. δύω λάβε εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας, cepit duos in uno curru, Ε, 160, nactus est, *bekam zu fassen, (held.)* sic et 609. Λ, 101—104, ubi duo præcipue descripti. ejusmodi δίφρος erat ὑψηλὸς, quod apparet ex Χ, 398—403, ubi ingens Hector sic extremis pedibus alligatus erat posteriori parti currus superne, ut caput tantum in pulvere traheretur. ergo posterior pars rotunda valde alta, ut tergum tegeret superstantium; ad latera erat pressior, et ab anteriori parte erat valde humilis semicirculus. de sella domestica in domo nobili est Γ, 424. ἕζεο, τῇδ' ἐπὶ δίφρῳ, Ζ, 354, qui est idem qui ὁ θρόνος. confer de curru militari: Γ, 262, περικαλλέα βήσατο δίφρον, in perpulcrum currum adscendit. ὄφρα ἴτυν (orbile) κάμψῃ (curvet) περικαλλέϊ δίφρῳ, Δ, 486. λιπὼν, Ε, 20, desiliens. et 39, ἔκβαλε τὸν δίφρου. et 193, ἕνδεκα δίφροι καλοὶ, πρωτοπαγεῖς νεοτευχέες. 364, ἐς ἔβαινεν. et 585, εὐεργέος ἔκπεσε. et 727, 728, ubi δίφρος specialiter sic dictus, i. e. pars in qua vectores stant vel sedent, describitur in curru Junonis. ἐξεκυλίσθη ἐκ, Ζ, 42. ἑοῦ δ' ἐπιβήσατο, in suumque adscendit currum, Θ, 44, Jupiter. (sic de Neptuno, Ν, 26.) et 320, ἐκ παμφανόωντος, ex collucente undique curru: ergo is multo ære exornatus erat. δώσω δίφρον καὶ δύω ἵππους, Κ, 305. et 501, ποικίλου ἐκ, ex variegato coloribus et ornamentis curru. ἀνόρουσεν ἐς, Λ, 273, 399. et 535, ἄντυγες, αἱ περὶ δίφρον, semicirculi illi circa currum, alter ante alter post, in parte currus cui inerant vectores. et 742, ἐγὼ δ' ἐς δίφρον ὀρούσας (insiliens) ἔστην μετὰ (inter) προμάχοις. ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἦγον αὐτὸν πρὸς Ἴλιον, Ν, 657, in currum imponentes eum duxerunt ad. δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον, Π, 379, currus evertebantur, *schlugen um, das oberst zu unterst, (were overturned.)* et 402, ὁ μὲν εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ ἧστο, sedebat, coll. 409, ubi metu perculsus sedebat in curru. et 427, ἔκθορε δίφρου, desiliit de curru. et 657, ἀναβὰς ἐς. κατέτειναν ἡνία ὀπίσω κολλητὸν ποτὶ δίφρον, Τ, 395, nam compositus erat ex asseribus aliisque additis. ἀνέβησαν ἐν δίφροις (attice pro εἰς δίφρους) παραιβάται ἡνίοχοί τε, Ψ, 132. et 335, εὐπλέκτῳ ἐν, nam pars ubi stabatur vel sedebatur, etiam secundum partem aliquam πλεκτὴ esse solebat. et 370, ἐλατῆρες ἕστασαν ἐν δίφροισι. et 436, μὴ δίφρους ἀνστρέψειαν εὐπλεκέας, ne subverterent. et 509, ἐκ δίφροιο χαμαὶ θόρε παμφανόωντος. et vide, sicut in curru ex quo pugnabatur duo viri erant, sic in curuli certamine ludicro unicus tantum. 379, 394. ξεστοῦ ἐπεβήσετο δίφρου, Ω, 522, nam ex aliqua parte poterat esse εὐπλεκὴς, reliqua vero parte εὔξεστος. et 701, πατέρα, ἑσταότα ἐν δίφρῳ, ubi et iter faciens stabat in curru. πάρα σοὶ δίφρος τε καὶ ἵπποι, si non vis mari proficisci, sed pedestri itinere, adsunt tibi currus et equi a me, γ, 324, coll. 369, 481—485, ubi iter faciunt duo principes juventutis in uno curru; et alter regit equos: coll. 492, ubi idem δίφρος vocatur ἅρμα ποικίλον. δώσω σοι τρεῖς ἵππους καὶ δίφρον εὔξοον, δ, 590. ἐς δίφρον δέ με ἕσας, cum me sedere fecisset secum in curru suo, ξ, 80. de sella domestica est δ, 717, οὐκ ἔτλη δίφρῳ ἐφέζεσθαι, non poterat in sella residere. ἕλε δίφρον κείμενον, ἔνθα δαιτρὸς ἐφίζεσκεν, ρ, 330, prehendit sellam stantem ibi, in qua sederat divisor carnium; ubi ergo est sella εὐτελής. sed 602, ἕζετο εὐξέστου ἐπὶ δίφρου, ubi est pulcra sella. φέρε δὴ δίφρον, καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ, adfer sellam, et vellus super ea, τ, 97. et 101, κατέθηκε φέρουσα δίφρον εὔξεστον, καὶ ἐπέβαλλεν αὐτῷ κῶας. sic, δίφρον τε μέγαν, καὶ κῶας ἐπὶ αὐτοῦ, φ, 177, 182, coll. 420. ω, 407. δίφρον ἀεικέλιον παραθεὶς, utpote mendico, υ, 259. sed 387, θεμένη περικαλλέα, utpote reginæ sessuræ. parva sella dicitur τὸ διφρίον, cujus species est τὸ σκολύθρον ἢ σκολύθριον. in plurali dicitur et τὰ δίφρα, sellæ apud Callim. Di. 135. Vide ἀπήνη.

δίχα, (Ἔω) adverb. dupliciter, bifariam. *zweyerley, (doubly.)* in poëta nunquam est pro χωρὶς καὶ ἄνευ, hæc enim notio recentiorum est; sed est semper pro διχῇ. δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλὴ, Σ, 510, duplicis rationis consilium placebat illis, i. e. duo consilia, ex quibus jam alterutrum sit eligendum. δίχα θυμὸν ἔχοντες, Υ, 32, animum habentes duplicem, i. e. aliqui deorum Græcis favebant, alii Trojanis, et sic dii διχονοοῦντες ἦσαν, non vero unius ejusdemque sententiæ. δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο, Φ, 386, duplici modo illis in pectoribus animus movebatur, i. e. δίχα ἐφρόνουν, *ihre meynungen und gesinnungen waren getheilet, (they were divided in opinions and sentiments.)* οὔποτε δίχα ἐβάζομεν, ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχομεν, γ, 127, nunquam ego aliter, aliter ille loquebamur, sed habebamus unam sententiam. et 150, δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλὴ, duo erant consilia, quæ

iis placebant: et id δίχα explicatur 152 et 155, sic ut pars proficisceretur, altera pars maneret. ἐγὼ δίχα πάντας ἑταίρους ἠρίθμεον, κ, 203, numerabam omnes socios in duas partes. δίχα δέ σφισι πάντα δέδασται, in duas partes omnia divisa sunt, ο, 411, sc. inter has duas urbes omnis ager in duas æquas partes. μητρὶ δ' ἐμῇ δίχα θυμὸς ἐνὶ φρεσὶ μερμηρίζει, π, 73, matri meæ bifariam animus in pectore cogitabat. ὡς καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸς ὀρώρεται ἔνθα καὶ ἔνθα, τ, 524, et ista duplex agitatio in animo explicatur 525 et 528. δίχα δὲ φρεσὶ μερμήριζεν, χ, 333, coll. 334, 337. Vide sub ἄτερ.

διχθά, ("Εω) est idem adverbium δίχα, dorice inserto θ. nam Δωριέων est ἡ τοῦ θ ἐπένθεσις; qualis est in τριχθά, τετραχθά: sic et in πέποσθα pro πέπονα, præt. med. a πονέω, laboro, et in μαλθακὸς pro μαλακὸς, et in χθαμαλὴ pro χαμαλὴ, a χαμαὶ, humi. διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε, mir ist auf doppelte art zu muthe, ich habe ein doppelt anliegen, (I am of two minds,) Π, 435, coll. 436, 438. Αἰθίοπας, οἳ διχθὰ δεδαίαται, qui in duas partes divisi sunt, α, 23.

διχθάδιος, ία, ιον. ("Εω) duplex. διχθαδίας κῆρας θανάτοιο, duplicia fata mortis, Ι, 411, quæ explicantur 412, s. 414, seqq. δαϊζόμενος κατὰ θυμὸν διχθάδια, Ξ, 21, ubi id neutrum est pro adverbio, divisus animo in duas partes, quæ et statim adduntur: et ad hanc duplicem consultationem addita est parabola, 16—19. nam nisi præponderans ratio accedat, animus inter duo proposita manet indeterminatus.

δίψα, ης. ἡ. (Πέτω) sitis, der durst, (thirst.) est ab ἴπτω, quod vide loco suo metaphorice ponitur de magna aliqua cupiditate et desiderio. τὼ δ' ἐπεὶ οὖν πίνοντε ἀφέτην πολυκαγκέα δίψαν, hi duo igitur cum bibentes exemissent sibi perariḍam sitim, Λ, 641. δίψα τε καὶ λιμὸς, Τ, 166. δίψῃ καρχαλέοι, siti aridi, Φ, 541. ἔπιον, ἀκέοντό τε δίψαν, Χ, 2. metaphorice dicitur χεὶρ διψῶσα φόνου, sitiens cædem. τὸ δίψος est recentiorum.

διψάω, f. ήσω. (Πέτω) sitio. διψάων, sitiens, de Tantalo, λ, 583.

Δόρυ, τό, (Δέρω) genit. τοῦ δουρὸς et δορὸς, et δόρατος et δούρατος, quasi nominativus esset τὸ δόρ, aut τὸ δόρας: cum interserto vel transposito υ. hastile, *der schaft des spiesses, (the shaft of the spear:)* it. hasta tota, *der spiess, (the spear.)* proprie est lignum longum, a cortice liberatum, trabs, *ein balke, (a beam;)* lignum teres, *eine stange, (a pole;)* deinde et arbor ipsa ex qua fieri possunt trabes aut hastilia. apud Eurip. Androm. 792, 793, duæ notiones immediate se excipiunt. ὁμιλῆσαι δορὶ, congressum esse cum hasta, i. e. cum exercitu, eorum: ἐπὶ Ἀργῴου δορὸς, in trabe Argoa, i. e. in navi Argo. vox est a δέρω, nudo, decortico; διὰ τὸ ἤδη ἀποδαρῆναι τοῦ φλοιοῦ, ἢ διὰ τὸ χρῆναι παθεῖν τοῦτο. sic et τὸ ξύλον est a ξύω, rado. nam arbor corticem habens, si ex ea faciendum est aliquid, liberari debet a cortice et accurate radi. ὡς πέλεκυς, ὅστε εἶσι διὰ δουρὸς, Γ, 61, sicut securis, quæ penetrat per arborem vel lignum, quando pars aliqua de arbore cæditur. στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει, amussis trabem navalem rectam facit, Ο, 410. δόρυ μέγα νήϊον, Ρ, 744, trabem ad navem ædificandam. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, et jam trabes et ligna putruerunt navium, Β, 135. δοῦρα ἐλάτης κέρσαντες, Ω, 450, ligna abietis cædentes, *behauend, (cutting.)* κανάχιζε δὲ δούρατα πύργων βαλλόμενα, Μ, 36, trabes ex quibus turres excitatæ erant, *die bolen, (the timbers.)* οὔπω τοῖον ἀνήλυθεν ἐκ δόρυ γαίης, ζ, 167, inquit Ulysses ad regiam virginem, quam comparat rectæ et tereti arbori; *ein so gerade aufgeschossener junger baum, (a straight young tree.)* διατμῆξαι κοῖλον δόρυ χαλκῷ, θ, 507, cavam trabem, i. e. equum illum ligneum. ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήϊον ἀνὴρ τρυπάνῳ, ι, 384, ut si quis vir terebraret lignum navale terebra. δούρατα μακρὰ ταμὼν, ligna longa cædens, ε, 162. et 243, ὁ τάμνετο δοῦρα, *er hieb holz ab, (he cut wood:)* collato 241, 238, ubi hæc δούρατα ad ædificandam navem idonea dicuntur δένδρεα μακρά. et 361, ὄφρα ἂν κεν δούρατ' ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ, quamdiu trabes in compagibus suis hærebunt. et 371, ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, inscendit unam trabem ex dissoluta naufragio navi. velut equum. et 370, οὕτως τῆς (σχεδίης) δούρατα μακρὰ διεσκέδασε, sc. tempestas. ergo tabulæ et trabes navis dicuntur δούρατα. sic et ι, 498, συνάραξε νήϊα δοῦρα, confregit. et μ, 441, τάχ' ἐμοὶ δοῦρα ἐξεφαάνθη Χαρύβδιος, ex Charybdi trabes vel ligna ea emergebant, collato 438, ἱστὸν καὶ τρόπιν, malum et carinam. et 443, παρὲξ περιμήκεα δοῦρα, *neben diese lange hölzer,* sc. *den mast und den untern schifskeil, die er von dem gescheiterten schiffe hatte, (besides these long pieces, the mast and the keel, which he had from the stranded ship.)* τέκτονα δούρων, fabrum lignarium, ρ, 384. δούρεσσι κόπτοντες μετάφρενον, hastilibus verberantes tergum, sc. captivæ illius et aliorum captivorum, θ, 528. ex his locis primus τοῦ δόρυ, significatus satis apparebit. δόρυ μείλινον, hastam fraxineam, *den spiess von eschenholz, (a spear of ash,)* Π, 814, ubi hastile pro tota hasta positum. τὸν βαλὼν χαλκήρεϊ δου-

ρὶ, E, 145, hasta ferro præfixa; ubi quoque hastile per δόρυ dicitur. λάμπετο δουρὸς αἰχμὴ, Θ, 494, splendebat cuspis in hastili. sic et Z, 319. εὖ μέν τις (quisque) δόρυ θηξάσθω, probe acuat hastam, B, 382, ubi δόρυ positum indicat partem illam, in qua hastile acui potest. δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ πάλλων, vibrans duas hastas armatas ferro, Γ, 18. μεταφρένῳ ἐνέπηξε δόρυ, infixit hastam tergo ejus, E, 40. Θ, 95. Λ, 447. δόρυ εἵλετο χειρὶ, K, 31, apprehendit manu. ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει, N, 442, infixa erat cordi. στήθει ἐνέπηξε, O, 650. δόρυ μείλινον ἔπληξεν ἄορι, Π, 114, *hieb in den schaft von eschenholz, (cut his ashen spear,)* et quidem παρὰ καυλὸν αἰχμῆς, *an der öse des eisens, (at the neck of the spear.)* ἤθελε ἆξαι ἐπιγνάμψας δόρυ μείλινον, Φ, 178. ὀξέϊ δουρὶ, E, 73. et 300, πρόσθε δέ οἱ δόρυ ἔσχε, *hielte den spiess gerade vor ihn hin, ihn damit zu schützen, (projected the spear before him to defend him.)* sic et P, 7. μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρὸν, N, 830. ἐξόπιθεν δόρυ μακρὸν οὔδει ἐνισκίμφθη, Π, 611, *fuhr hinter ihm in die erde, (struck into the ground behind him.)* ἀλευάμενος μακρὸν, Υ, 281. et id ad differentiam brevioris, qualis erat ἡ αἰγανέα. sic et δολιχὸν δόρυ ἑλὼν χειρὶ, O, 474, collato Θ, 494. Z, 319, unde apparet, tale longum δόρυ fuisse ἑνδεκάπηχυ, undecim cubitorum longum: ναύμαχον vero δόρυ (in prœliis navalibus) erat δυοκαιεικοσίπηχυ, viginti duorum cubitorum: ut vides ex O, 388, 389. nam ideo dicebantur κολλήεντα, quia duplicata erat longitudo, ex compactis duobus hastilibus. ὀδόντας ἐξῶσε δόρυ πρυμνὸν, i. e. ἡ αἰχμὴ, cuspis, quæ est extrema pars hastæ, P, 618. καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμαις, Θ, 111, ubi de hasta dicitur quasi de vivente. δόρυ διὰ ὀφθαλμοῦ καὶ ἰνίου ἦλθε, Ξ, 495. ἐπὶ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον ἧκεν, Π, 608. οὐδὲ στεφάνη σχέθε, galea non morata est hastam, Λ, 96. et 97, ἀλλὰ δι' αὐτῆς ἦλθε καὶ ὀστέου. βέβρυχε δέ μιν δόρυ μακρὸν ἑλκόμενον, E, 664. et 666, μηροῦ ἐξερύσαι δόρυ μείλινον. et 859, ἐξέσπασεν αὖτις. ὀξὺ δόρυ κραδάων, N, 583, vibrans. πῆλεν ἐν χειρὶ κολὸν δόρυ, vibrabat manu mutilatum hastile, Π, 117, coll. 115, s., nam cuspis erat desecta ictu gladii. et 346, ἀντικρὺ χάλκεον ἐξεπέρησε, transiit. et 862, ἐξ ὠτειλῆς εἴρυσε. et 863, ὕπτιον ὦσεν ἀπὸ δουρὸς, depulit eum supinum ab hasta, qua eum transfixerat, pede ad pectus opposito. ἐν καυλῷ δ' ἐάγη δολιχὸν δόρυ, P, 607, *brach oben an der öse des eisens ab, (broke just below the head.)* δόρυ δὲ πρὸς τεῖχος ἐρείσας, X, 112, *an die mauer lehnend, (leaning it against the wall.)* et 283, μεταφρένῳ οὐκ ἐμπήξεις. et 291, ἀπεπλάγχθη σάκεος. et 295, ᾔτεέ μιν δόρυ μακρόν. δόρυ Μηριόνῃ ἥρωϊ πόρωμεν, Ψ, 893. et 896, δῶκε χάλκεον. μέσσου δουρὸς ἑλὼν ἀνέεργε φάλαγγας, Γ, 78. H, 56, ex more, ad reprimendos suos per transversam illis oppositam hastam, et ad significandam cessationem a pugnando: ἐδείκνυον τῇ μεσολαβήσει τοῦ δόρατος πολέμου σχολὴν, οἷα μὴ πρὸς σχῆμα μάχιμον αὐτὸ χειριζόμενοι. εὐξόου δουρὸς ἀκωκὴ ἐν γαίῃ, K, 373, politi hastilis ferrum acutum in terra infixum est. μίνυνθα δὲ χάζετο δουρὸς, Λ, 539, paululum retrocedebat a conjectu hastæ, *wich dem spiesse ein wenig aus, (stepping back to avoid the spear:)* et deest præpositio ἐκ: δὲ vero est, attamen, *jedoch, (but.)* sensusque est: non tam prope accedebat ad hastatos nobiles, ut ipsum ferire possent. ὅσον δ' ἐπὶ (ἐφ' ὅσον διάστημα) δουρὸς ἐρωὴ γίνεται, O, 358, *so weit ein spiess flieget, (as far as a spear flies,)* sc. non in pugna, sed ἐν γυμνασίας ἀδείᾳ, coll. 359, ὁπότε ἀνὴρ, σθένεος πειρώμενος, ἥσει, quando eam miserit vir ad experiendum robur suum. ἐπὶ ὅσον δουρὸς ἐρωὴ, Φ, 251, quantum in spatium pertinet jactus hastæ. et 60, καὶ δουρὸς ἀκωκῆς ἡμετέροιο γεύσεται, gustabit et aciem nostræ hastæ. πρυμνὸν βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ δρύψε ἀπὸ μυώνων, Π, 323. et 406, δουρὸς ἑλὼν εἷλκε, hastam prehendens traxit eum, coll. 409. μέγα δ' ἀμφὶ σάκος μύκε δουρὸς ἀκωκῇ, Υ, 260. αὐτὸς λείπετο Μενελάου δουρὸς ἐρωὴν, Ψ, 529, *war auf einen spiesswurf weit hinter dem Menelaus zurück, (was a spear's throw behind Menelaus.)* et 821, ἐπὶ αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ, cervici intentabat cuspidem. αἶψά τοι αἷμα ἐρωήσει περὶ δουρὶ, A, 303, fluet circa hastam. αὐτὸν δουρὶ βάλεν, M, 183, coll. 185, ubi idem dicitur αἰχμὴ χαλκείη. nam δόρυ proprie est hastile, αἰχμὴ vero est cuspis. et 394, αὐτὸν δουρὶ τυχήσας νύξε, ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος, ὁ δὲ ἑσπόμενος πέσε δουρὶ πρηνὴς, confodit eum hasta, et retraxit hastam, quam is sequens cecidit pronus. μήπως ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμείης, ne ab ipso hasta occidaris, Γ, 436, talis phrasis est et Δ, 479. et quod ὑπὸ pertineat ad δουρὶ, apparet ex Λ, 444, 748, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες. ἀκόντισεν ὀξέϊ δουρὶ, Δ, 490. et 496, φαεινῷ. et 501, τὸν βάλε δουρὶ κόρσην, *traf ihn mit dem spiesse an den schlaf, (struck him with the spear on the temple.)* τὸν ἐγὼ δεδέξομαι ὀξέϊ, excipiam, E, 238. et 533, ἀκόντισε δουρὶ θοῶς. et 537. τὸν κατὰ ἀσπίδα βάλε δουρὶ, ut ergo paullo ante ad κόρσην desit κατά. et 611, ἀκόντισε φαεινῷ. τὸν βάλε, H, 14. et 140, οὐ τόξοισι μαχέσκετο, δουρί τε μακρῷ. et 145, δουρὶ μέσον περόνησεν, medium transfodit, *spiessete ihn mitten durch, (transfixed him with his spear.)* ἐπαΐσσων δουρὶ, K, 369. et 370, ἠὲ μένε, ἠέ σε δουρὶ κιχήσομαι, assequar. τυπεὶς, Λ, 191, 206, 433. φράξαντες δόρυ δουρὶ, N, 130, *mit den spiessen nahe an einander geschlossen, (with their spears close to each other,)* in condensata acie. τὸν οὔτασεν ὀξυόεντι, Ξ, 443. τὸν κατὰ στῆθος βάλε, O, 420. et 523, τοῦ στῆθος μέσον οὔτασε. et 528, τοῦ μέσον σάκος οὔτασε δουρί. et 745, τὸν δ' Αἴας οὔτασκε (vulnerabat) δεδεγμένος ὀξέϊ. δουρὶ δ' ἐμῷ κτεάτισσα τήν, hasta mea acquisivi mihi eam, i. e. bello cepi eam, Π, 57. (conf. 2 Regum vi. 22.) sic et Σ, 341, τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα (labore multo quæsivimus) βίηφί τε δουρί τε μακρῷ. αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτε (*verfehlete ihn,* [*missed him*] aberravit ab eo) δουρὶ φαεινῷ, Π, 466, 477. et 708, σῷ ὑπὸ δουρὶ πόλιν πέρθαι, a tua hasta urbem vastatum iri. et 861. ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ ἀπολέσαι θυμὸν, vitam perdere. sic et Σ,

92. ἤδη μὲ καὶ ἄλλοτε δουρὶ φόβησε, fugavit, Υ, 90. et 187, σὲ φόβησα. ἤ ὅγε δουρὶ βαλὼν, Φ, 113. et 577, καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένη πάρδαλις, vel affixa hastæ; et præpositio pertinet ad verbum: *angespiesset, (fixed on the spear.)* δουρὶ δ' ὑπερέβαλον αὐτὸν, Ψ, 637. hasta mittenda potior fui, *habe damit weiter geworfen als er, (have thrown farther than he,)* in certamine ludicro isto. πάλλων δ' ὀξέα δοῦρα, Ε, 495. ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα, dirigentium adversus se invicem ferro præfixas hastas, Ζ, 3. δοιὰ δὲ χερσὶν δοῦρα ἔχεν, Μ, 465, ut ἀμφοτεροδέξιος, utraque manu unam. εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει, Η, 139, apta manibus ejus. et 772, πολλὰ ἀμφὶ αὐτὸν ὀξέα δοῦρα πέπηγει. Τρῶες ἐπέχευαν δούρατα ὀξέα παμφανόωντα, Ε, 618, quasi imbrem et procellam hastarum. et 656, τῶν μὲν ἁμαρτῆ δούρατα μακρὰ ἐκ χειρῶν ἤϊξαν. ἀνασχόμενοι δούρατα ἔχοντες, Μ, 444, acutas hastas intentantes. δούρατα ἓν καὶ εἴκοσι δήεις ἑσταότα ἐν κλισίῃ πρὸς ἐνώπια, Ν, 260. ἀνασχόμενοι, elevantes, Ο, 298. et 314, seqq. πολλὰ δὲ δοῦρα ἀπὸ χειρῶν, ubi describuntur velut animata. μηδὲ δούρων ἔστω φειδωλὴ, Χ, 243. σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι φυλάσσοντες περὶ μῆλα, Μ, 303, de pastoribus nocturnis. forma ablativi Ionica: nam Iones in declinatione tertia formant dat. plur. a nominativo plur. ad terminationem ες addentes σι; et si is nominativus desinit in α, concipitur quasi esset in ες. jam ex δούρατα fit per syncopen δοῦρα. ὁ δ' ὁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς (utraque manu) Ἀστεροπαῖος, sc. ἐμάχετο ἢ ἠκόντισεν, ἐπεὶ περιδέξιος ἦν, Φ, 162, seqq. nam utraque manu æque bene utebatur: ergo duas hastas simul poterat jaculari dextre. sic et Γ, 18, ὁ δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ πάλλων, vibrans. et Μ, 298, δύο δοῦρε τινάσσων. et Φ, 145, ἔστη ἔχων δύο δοῦρε. qui heroes ergo omnes erant ἀμφοτεροδέξιοι ἔχων πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε, α, 256, de Ulysse. sic et μ, 228, καταδὺς τεύχεα, καὶ δύο δοῦρε μακρὰ ἐν χερσὶν ἑλών, et σ, 376, ἐμοὶ σάκος εἴη καὶ δύο. ἤδη σοι σάκος οἴσω καὶ δύο, χ, 101. et 125, εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ. et sic in omnibus locis, ubi duarum hastarum simul fit mentio. ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε, κ, 162, *der spiess schlug durch und durch, (the spear pierced through and through.)* δόρυ δ' ἔκβαλον ἔκτοσε χειρὸς, ξ, 277, *warf den spiess von mir, (threw the spear from me.)* χαλκοβαρὲς, λ, 531. δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος τις ὀϊστῷ, Θ, 229, *ich werfe mit dem spiesse so weit als kein andrer mit einem pfeile schiesset, (I throw the spear farther than any other can shoot an arrow.)* ergo δόρυ proprie est, lignum vel decorticatum vel decorticandum; deinde hastile; et ex similitudine ejus, procera et teres arbor; deinde trabs quævis. δόρυ (a parte ad totum, hasta,) παλτὸς, κοντὸς, σάρισσα, ὑσσὸς, conveniunt et differunt, ratione figuræ variæ et usus varii. a δόρυ fit δορύπτω, per syncopen δρύπτω. αἱ δορίδες sunt μαγειρικαὶ τράπεζαι, *küchen-bretter, (kitchen-tables.)* ἡ ἐπιδορατὶς est cuspis in hastili. in plurali Euripides habet τὰ δόρη, Rhes. 274.

δόσις, εως. ἡ. (Δόω) donum, munus, *eine gabe, (a gift.)* neque est tantum, quod pauperi aut egenti datur; sed et in genere, quodcunque datur, etiam honoris causa, καί οἱ δόσις ἔσσεται ἐσθλὴ, Κ, 213, ubi præmium honorificum promittitur heroi speculatum ituro. χαλεπὸν κεν ἀνήνασθαι δόσιν εἴη, δ, 651, inhumanum esset, negare tali viro dationem: et sermo est de nave, præbita ad iter necessarium Telemacho. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε, ζ, 208, ξ, 58. et est ὀλίγη τῷ διδόντι, φίλη δὲ τῷ λαμβάνοντι: ἀρκεῖται γὰρ ἐνδεὴς εὐγνώμων, καὶ ὀλίγον λαβών. et ibi sermo est de δώρῳ πτωχικῷ. οὐ γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστὶν, σ, 286, non enim bonum est recusare id quod datur; ubi passive, de oblata datione sermo est, sicut supra in δ de activa datione. dicitur eadem et ἡ δὼς, indeclin. et ἡ δωρεά.

δοτὴρ, (et ob metrum δωτὴρ) ῆρος, ὁ. (Δόω) dator, qui munus dat. *ein geber, (a donor.)* σίτοιο δοτῆρες ταμίαι, Τ, 44, cibi præbitores. ut ergo in genere sit, qui præbet et distribuit aliquid. θεοὶ δωτῆρες ἐάων, Θ, 325, datores bonorum.

δούλειος, ου. ὁ. ἡ. (Δέλω) servilis. οὐδέ σοι δούλειον εἶδος, ω, 251, nequaquam tibi servilis forma est.

δούλη, ης. ἡ. (Δέλω) ancilla, serva. *sclavinn, (a female slave.)* fiebat vel captivitate in bello, ubi hæc fortuna vel nobilissimis poterat accidere; vel emtione a piratis; vel nativitate, ab ancilla nata in domo herili: imo et per damnationem a judice, qui tamen casus rarior. nonnunquam aliquis ipse se dedebat in servitutem, ob inopiam. quod rapi potuerit puella valde nobilis, et deinde vendi; plenus exemplorum Homerus, que vide in δμωὴ, ἀμφίπολος, ταμίη: etiam in R. est et tale exemplum ο, 426—428. exemplum vero ancillæ per nativitatem et educationem est σ, 320—323. et tales ancillæ plerumque erant pellices domini, vel saltem ab eo vitiabantur. conf. μίγνυσθαι. εἰσόκε σὲ ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην, Γ, 409. ὅς οἱ ἐγένετο (natus erat ei) ἐκ δούλης, δ, 12, quæ fuerat nobilis captiva, Ζευξίππου nobilis hominis filia; cum qua Menelaus, absente et rapta Helena, consueverat uxoris loco, et procrearat ex ea filium suum hæredem. masculinum ὁ δοῦλος, (qui, ob etymon, proprie est, *ein schalk,) (a rogue,)* non occurrit in poeta, sed ejus loco ὁ δμώς. cæterum quod servitus deprimat animum nobilem, innuit Eumæus, ρ, 322, s. et, quod servus, absente domino, valde remissus fiat, 320, s. raro δοῦλος vel δούλη in magnis rebus et necessariis fidelem benevolentiam præstant dominis: unde et nomen ipsum δοῦλος a δέλω ortum, sicut prisci Romani servum, furem, appellabant. Sed longe aliter ἡ Εὐρύκλεια et ὁ Εὔμαιος, quos vide in R. apud Græcos servi comam non alebant: hinc apud Aristoph. Av. 912, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; nam τῶν ἐλευθέρων

erat τὸ κομᾷν. concilia id cum Pauli effato, 1 Cor. xi, 14. ἀμφίδουλος dicebatur ὁ ἐξ ἀμφοτέρων γονέων δοῦλος, cujus pater et mater servitutem servierant. aliæ servorum appellationes erant οἱ μενέσται, πενέσται, λάτριες, ἄζοι, ἐρκίται, μνῶται, σίνδρωνες qui et δουλέκδουλοι dicti, εἵλωτες, νεοδαμώδεις, κλαρῶται, οἰκέται, secundum varias dialectos. ὁ ἀτμὴν, ένος et ὁ ἄτμενος, ου, est non solum δοῦλος, sed et ὁ τεταγμένος ἐλεύθερος: et videtur esse vel ab α privativo et ἡ τιμὴ, sine pretio et honore, in opp. ad ingenuos et nobiles; vel et ab α intensivo, valde in pretio habitus. ὁ λάτρις est in specie θεράπων, ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς καὶ εἰς δουλείαν ἀπαχθείς. οἱ εἵλωτες erant apud Lacedæmonios, a τὸ ἕλος, palus; quasi *die brücher bauern, (the peasants of the marshes,)* rustici in palustri regione colentes. οἱ κλαρῶται et κλαρεῶται, ab ὁ κλῆρος, dorice κλᾶρος, apud Cretenses. οἱ ἀμφαμιῶται sunt οἱ κατὰ ἀγρὸν ἰδίᾳ δοῦλοι. οἱ μενέσται sunt a μένειν, sicut a πένεσθαι οἱ πενέσται, operæ. alii mitiori vocabulo dicebantur δωροφόροι, dona ferentes, *pachtbauern, (farmers:)* et in genere notandum, in antiquo orbe nobiliores bello captis et in servitutem redactis sæpe partem agri sui colendam perpetuo dedisse; ut deinde nobilium essent ii rustici, una cum posteris suis. honestiores servos vocabant ἄζους, et ejusmodi ancillas quoque χαλκίδας. ancillam dixere et ἀποφράτην et βολίζην. ἀμφίπολος dicebatur honesta famula nobilis fœminæ, *kammerfrau, kammerfraulein, hofdame, (a chambermaid, waiting-woman.)* inter has erat ἡ πρόπολος, quæ semper dominam antecedebat; sicut et apud herum ὁ πρόπολος. apud Cares utebantur loco servorum τοῖς Λέλεξι, sicut οἱ Βυζάντιοι τοῖς Βιθυνοῖς. apud Cretenses servitus vocabatur ἡ μνοία unde οἱ μνῶται sunt οἱ ἐγγενεῖς οἰκέται. ἐρκίται erant agrestes servi, a τὸ ἕρκος. Alii erant οἱ πάλμονες, et οἱ ἀκόλουθοι, et οἱ ὑπηρέται. οἱ ἀφέται sunt liberti.

δούλιος, ία, ιον. (Δέλω) servilis, *sclavisch, (slavish.)* ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ, Z, 463, arcere diem quo in servitutem tradaris, i. e. τὴν δουλείαν, servitutem. αὐτίκα δούλιον ἦμαρ ἐμοὶ περιμηχανόωντο, ξ, 340. ἥμισυ γὰρ ἀρετῆς ἀποαίνυται Ζεὺς ἀνέρος, εὖτε ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλησι, ρ, 323, quando eum servitus occupat. sic ἐλεύθερον ἦμαρ est ἡ ἐλευθερία.

δουλοσύνη, ης. ἡ. (Δέλω) servitus. δουλοσύνης ἀνέχεσθαι, χ, 423, servitutem obire, *sclavinnen dienste zu leisten, (to perform the service of slaves.)*

δουπέω, f. ήσω. (Τύπω) sonum talem facio. ἐδούπησε πεσὼν, fragorem et sonum gravem fecit cum caderet, Δ, 504. E, 42, 540, 617. Λ, 449. N, 187, 373. O, 421, 524, 578. Π, 325, 401, 599, 822. P, 50, 311. Υ, 388. χ, 94. ω, 524. et verbo δουπεῖν honesti quid in tali contextu inest, nam connotat τὸ τῶν σωμάτων μέγεθος: τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶ τὸ ἀποτελεῖν δοῦπον ὅτε καταῤῥιφῶσι, quando dejiciuntur. hinc δουπῆσαι simpliciter ponitur pro πεσεῖν καὶ θανεῖν, N, 426. communis lingua dicit eodem sensu ψοφεῖν. δεδουπότος Οἰδιπόδου, cum cecidisset in pugna Œdipus, Ψ, 679, i. e. πεσόντος ἐν μάχῃ: et est particip. perf. m. ἐπὶ δ' ἐγδούπησαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη, insuper tonuerunt Minerva et Juno, Λ, 45, aor. 1. a. quasi a γδουπέω, metri causa, vel potius ad significandam τραχύτητα φωνῆς, addito γ. Vide sub τορέω.

δοῦπος, ου. ὁ. (Τύπω) idem fere qui ὁ κτύπος: sonus gravis et obscurus, proprie quem corpus terræ allisum reddit, vel tonitru in nubibus. *ein dumpfiger knall, ein butz, (a dull sound, a rumbling,)* ut Germanorum vulgaris lingua, inversis fere Græcis litteris, vocat. cæterum est a τύπτω. δοῦπος ἀκόντων, sonus quem jacula accidentia armis faciunt, i. e. μάχη, Λ, 364. de sagittis per aërem volantibus dicitur ῥοῖζος ὀϊστῶν, de jaculis et hastis δοῦπος, Π, 361. ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων, iens in pugnam, Υ, 451. ὑδάτων δοῦπον, strepitum aquarum de montibus decurrentium vi multa, Δ, 455, τῶν μὲν ἐπερχομένων ὅμαδος καὶ δοῦπος ἔγειρεν, horum eum advenientium strepitus excitavit e somno, Ψ, 234, quæ ταυτολογία non est ἄκαιρος. sic et, ἀμφὶ πύλας ὀρώρει, circa portas tumultus oriebatur, I, 569. ἔστη, ἀκούσας, restitit, audiens strepitum advenientium, K, 354, in tenebris. ὑπὲρ πᾶν τεῖχος δοῦπος ὀρώρει, M, 289, per omnem munitionem tumultus pugnantium excitabatur. τῶν ὤρνυτο ἀπὸ χθονὸς, Π, 635, horum strepitus resonabat a terra. θαλάσσης, fremitus undarum ad littus allisarum, ε, 401. ἑταίρων κινουμένων, κ, 556. ἤκουσα, μ, 202, strepitum undarum ad saxum Scyllæ. ποδῶν, π, 10, coll. 6. Vide sub ὅμαδος.

δουράτεος, έα, εον. (Δέρω) ligneus, ex trabibus compactus. et sic pro δουράτειος, abjecto Iota. dicitur et δούρειος. *hölzern, von balken und bohlen gemacht, (wooden, made of beams and timber,)* ξύλινος. ἵππου κόσμον δουρατέου, ὃν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, θ, 493. et 512, δουράτεον μέγαν ἵππον, cujus fraude Troja est tandem capta. Sed si δούρειος dicitur is ἵππος, etymologiam Neptunus apud Eurip. Troad. 14, tradit: κληθήσεται δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ, occultam continens in se hastam, i. e. occultos hastatos et armatos viros.

δουρηνεκὴς, έος. ὁ ἡ. (Χάω) in quantum spatium hasta profert impetum, si conjicitur: *einen spiess-wurf weit, so weit ein geworfener wurfspiess flieget, (a spear's throw, the distance to which a spear flies when thrown.)* est a τὸ δόρυ, et ἠνέχθαι, ferri, volare. ὅτε δή ῥα ἄπεσαν δουρηνεκὲς, ἢ καὶ ἔλασσον, K, 357, cum jam abessent hastæ jactum, aut etiam minus: εἰς ὅσον δόρυ φέρεται, ut notetur βολὴ δουρός.

δουρικλειτὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Κέλω) hasta, i. e. bello et pugnando, clarus. est epitheton Menelai, ο, 52. a τὸ δόρυ, hasta.

δουρικλυτὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Κέλω) hasta inclytus, i. e. clarus pugnator et imperator. nam spe-

cies teli, τὸ δόρυ, est pro omni militari instrumento et arte et fortitudine. nec ducem modo, sed et quemvis laudatum bellatorem notat. Ἰδομενεὺς, B, 650. E, 45. et 55, Μενέλαος, sic et 578. Τυδείδης, K, 109. Ψ, 681. Τληπόλεμος, B, 657. Φυλείδης, E, 72. Ὀδυσσεὺς, Λ, 401. Ὀϊλιάδης, Ξ, 446. Αὐτομέδων, Π, 472. Πείραιος, ρ, 71. est ergo περίκλυτος (nam sic quoque ponitur accentus in his compositis) ἐν τῷ δουρὶ, αἰχμητής.

δουρικτητὸς, οῦ. ὁ ἡ. (Κῶ) hasta, i. e. bello, acquisitus vel acquirendus. δουρικτητήν περ ἐοῦσαν, I, 343, etsi bello captam, captivam licet, αἰχμάλωτον. et fœminina forma ibi est Ionica, cum Attici ament in talibus commune genus.

δουροδόκη, ης. ἡ. (Δέκω) est a τὸ δόρυ, hasta, hastile; et δέκω, *ich stecke, (I put into,)* in medio δέκομαι, excipio infixum et repositum, cujus præt. m. est, δέδοκα. est ergo θήκη δοράτων κιονοειδὴς, vel potius εἰς κίονα ἐγγεγλυμμένη, ἐν ᾗ πρὸς ὀρθότητα τὰ δόρατα ἵσταντο, receptaculum hastarum in pariete vel columna ædium, in quo hastæ stabant erectæ. ἔγχος ἔστησε πρὸς κίονα μακρὴν, δουροδόκης ἔντοσθεν ἐΰξόου, α, 128, unde apparet, fuisse ligneam erectam capsam ad columnam atrii. sic et Attici retinent τὸ κ in talibus: e. c. ἡ ξυροδόκη, *ein scheermesserfutteral, (a razor case:)* ὁ πανδοκεὺς, caupo, et ἡ πανδοκεύτρια, etc.

δόχμιος, ία, ιον. (Δέκω) transversus, obliquus, πλάγιος, *vor quer, von der seite, (oblique.)* δόχμια, Ψ, 116, i. e. πλάγια, *schief, (oblique.)*

δοχμὸς, ὴ, όν. (Δέκω) transversus. *von der quere, von der seite, (transverse, oblique.)* obliquus. τὼ δοχμὼ ἀΐσσοντε, M, 148, illi duo, cum obliquo impetu ruentes. nam ita solent apri impetum facere.

ΔΟ'Ω, contr. ΔΩ͂, f. δώσω. do, *ich gebe, da hast du, (I give, there thou hast.)* πάρος σοι δαίμονα δώσω, ante tibi fatum dabo, i. e. mortem placidam, Θ, 166. ἑπτὰ γυναῖκας, I, 128—131, dona dabo ei. et 147, ἐπιμείλια πολλὰ, dotalia dona. et 149, ἑπτὰ πτολίεθρα, septem urbes. et 270—273, δώσει. et 289, 291. nam legati renuntiant Achilli dona a rege magno accipienda, quæ is promiserat. δῶρα δέ τοι δώσω, Ξ, 238. et 268, χαρίτων μίαν δώσω σοι ὀπυίειν, dabo tibi ineundam uxorem. et 275, ἐμοὶ δώσειν Χαρίτων μίαν. νεκρὸν Ἀχαιοῖς δώσω πάλιν, X, 259, mortui corpus reddam illis, *will zurück geben, (will restore.)* δώσω δίφρον καὶ ἵππους, K, 305, donabo, coll. 304. σοὶ μενοεικέα δώσω, placentia animo tuo, T, 144, coll. 145. Ἕκτορα οὔτι δώσω πυρὶ δάπτειν ἀλλὰ κύνεσσιν, Ψ, 183, non dabo eum igni absumendum. et 553, τὴν δὲ ἐγὼ οὐ δώσω. et 560, αὐτῷ θώρηκα. et 592, ἣν ἀρόμην ἵππον, quam accepi equam, coll 596, 597. 610, 612. ὕστερον αὖτε καὶ ἡμῖν δώσει Ζεὺς, Θ, 143. εἰ δέ σοι οὐ δώσει ἑὸν ἄγγελον Ζεὺς, Ω, 296. πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας Ἀχαιοὶ, A, 123. et 135, εἰ μὲν δώσουσι γέρας, donabunt. κάρτος μὲν Ἀθηναίη καὶ Ἥρη δώσουσι αἴκε ἐθέλωσι, I, 255. ὄϊν δώσουσι μέλαιναν, ovem nigram, K, 215, et ibi ad verbum plurale additum est ἕκαστος, attice. δῶρα, τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ μήτηρ, X, 341. εὖχος ἐμοὶ δώσειν, E, 654. sic et Λ, 445. ἄλοχον Μενελάου οὔ φησιν δώσειν, H, 393, non dicit se redditurum Paris. καί μιν ἔμελλε δώσειν θεράποντι καταξέμεν ἐπὶ νῆας, Z, 53, traditurus eum erat ministro deducendum ad naves. δῶρα, ὅσα αὐτῷ ὑπέστημεν δώσειν, T, 195, polliciti sumus nos daturos ei. Ἕκτορα δώσειν κυσὶν, traditurum me eum canibus, Ψ, 21. ἦ μὲν τοὺς ἵππους δωσέμεν, ionice pro δώσειν, donaturum te mihi illos equos, K, 323. δωσέμεν Ἀτρείδαις ἄγειν, X, 117. δωσέμεναι, attice pro δώσειν, donaturum esse, N, 369. ἄλλα κακὰ δαίμων δώσει. β, 135, deus dabit et immittet. et 223, ἀνέρι μητέρα (ἐμὴν) δώσω, dabo eam viro uxorem. σοὶ προτέρῳ δώσω ἄλεισον, tradam poculum, ad libandum ex eo, γ, 50. δώσω τοι δῶρον, ὃ κάλλιστον καὶ τιμηέστατόν ἐστιν, δώσω τοι κρητῆρα, δ, 614, 615. sic et ο, 114, 115. et δ, 480, καὶ τότε σοὶ δώσουσιν ὁδὸν θεοὶ, dabunt tibi viam, i. e. fortunabunt tibi tuum iter. et 589, δώσω τοι ἀγλαὰ δῶρα, τρεῖς ἵππους. et 591, δώσω καλὸν ἄλεισον. δώσω αὐτῷ τόδε ἄορ, dabo ei hunc gladium, θ, 403. οὐ γάρ ἐάσει φάρμακον, ὅ τοι δώσω, κ, 292, non sinet remedium, quod tibi dabo. θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει, ὅ, ττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλει, ξ, 444, aliud dabit aliud omittet deus. et 516, σοὶ εἵματα δώσει, vestes tibi donabit. δώσω δὲ ξίφος, π, 80. δώσει δέ οἱ, ὅς κε ἐθέλῃ, πύρνον, dabit ei quicunque voluerit panem, ρ, 11. et 19, δώσει δέ μοι ὅς κε ἐθέλῃ. sic et 559, σοί. ἦ μέν με ἀχέεσσί γε δώσεις πλείοσιν ἢ ἔχομαι, τ, 167, certe quidem me doloribus trades pluribus quam jam teneor. et 302, σοὶ ὅρκια δώσω, tibi jusjurandum dabo. et 412, τῶν (κτημάτων, ex his bonis) αὐτῷ ἐγὼ δώσω, donabo ei aliquid. θεὸς δώσει κράτος ᾧ κε ἐθέλῃ, dabit robur superans, φ, 280. et 340, δώσω δ' ὀξὺν ἄκοντα καὶ ξίφος, acutum jaculum et ensem. ἄλλα δὲ Ἀχαιοὶ δώσουσι, donabunt, ψ, 558. δωσέμεναι, attice pro δώσειν, daturum se ei esse, filiam uxorem, δ, 7. *imperf.* a δόω est ἔδοον, et ionice δόεσκον, per syncopen δόσκον, ες, ε. Ἀγαμέμνονι δόσκον, dabam, I, 331, χέρεια δὲ (τεύχεα) χείρονι δόσκον, Ξ, 382, imbelliora arma imbelliori dabant, sc. reges; ubi exemplaria minus accurata legunt in singulari, δόσκεν, nullo apto sensu. ἐν χερσὶ δέπας οἴνου δόσκεν, Σ, 546, in manus dabat poculum vini. πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ, sæpe dabam mendico, ρ, 420. τ, 76. præt. perf. act. δέδωκα, dedi. præt. perf. pass. est δέδομαι, pro δέδωμαι, correpto ω, sicut alibi τὸ η activi in ε corripitur in passivo. οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα, E, 428, non tibi datæ et commissæ sunt bellicæ res, *sind dir nicht befohlen, hast sie nicht unter deiner macht, (are not committed to thee, are not placed under thy direction.)* aor. 1. pro ἔδωσα habet ἔδωκα, specialiter et ex usu. ἄλγεα ἔδωκεν Ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει, A, 96, calamitates dedit Apollo et porro etiam

dabit. et 178, θεός σοι τόγε ἔδωκεν, donavit. et 278, βασιλεὺς, ᾧ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. et 347, δῶκε (sine augmento, ionice) δ' ἄγειν, tradidit eam abducendam. Ἥφαιστος μὲν δῶκε Διῒ, Β, 102, et in sequentibus sæpe τὸ, δῶκε, de sceptro per successionem tradito: et est ibi verbum τῆς φιλίας. confer λείπω. et 205, εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς σκῆπτρον. et 375, ἀλλά μοι Ζεὺς ἄλγεα ἔδωκεν, *hat über mich verhänget, (has dispensed to me.)* et 612, αὐτὸς γάρ σφιν δῶκε νῆας, dedit iis naves. et 827, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν, docuit eum arcum. καὶ γὰρ ἐγώ σοι δῶκα ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, Δ, 43, nam et ego tradidi tibi libens, etsi contra propositum meum pristinum, παρεχώρησα, concessi tibi eam. Διομήδεϊ Ἀθήνη δῶκε μένος καὶ θάρσος, addidit, Ε, 2. et 266, Τρωῒ Ζεὺς δῶχ' (pro ἔδωκε) υἷος ποινὴν Γανυμήδεος. et 285, ἐμοὶ δὲ μέγα εὖχος ἔδωκας. et 397, αὐτὸν ὀδύναις ἔδωκεν, dedidit et tradidit eum doloribus; quasi αἱ ὀδύναι essent personæ. δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ, Ζ, 193. θεὸς ναύταις ἔδωκε οὖρον, Η, 4. et 149, δῶκε φορῆναι, dedit gestanda arma. et 154, δῶκεν δέ μοι εὖχος Ἀθήνη. et 288, Αἶαν, ἐπεί σοι δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε. et 471, Ἀτρείδαις δῶκεν ἄγειν μέθυ, dedit apportandum illis vinum. σοὶ δὲ διάνδιχα δῶκε Ζεύς. σκήπτρῳ μέν σοι δῶκε τετιμῆσθαι, ἀλκὴν δὲ οὔ σοι δῶκεν, Ι, 37—39. et 367, γέρας δέ μοι ὅσπερ ἔδωκεν αὖτις εἵλετο. Τυδείδῃ μὲν δῶκε φάσγανον, Κ, 255. et 268—270, ubi δῶκε donavit, dedit, ter repetitum. θώρηκα, ὅν ποτὲ αὐτῷ κινύρας δῶκε ξεινήϊον εἶναι, Λ, 20, ubi εἶναι est pro, ὥστε εἶναι, ut esset. et 23, τὸν δῶκε. et 243, 244, μνηστῆς ἀλόχου, ἧ πολλὰ ἔδωκε: πρῶτα ἑκατὸν βοῦς δῶκε. et 288, ἐμοὶ δὲ μέγα εὖχος ἔδωκε Ζεύς. et 300, ὅτε οἱ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. ὅτε Ζεῦς κῦδος ὑπέρτερον Ἕκτορι δῶκε, Μ, 437. ἑτέροις δὲ κῦδος ἔδωκαν, Ν, 303. et 727, οὕνεκά σοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, quia tibi super alios et præ aliis dedit virtutem bellicam. et πέρι est pro περισσῶς. et 730, ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς τὸ, ἄλλῳ δὲ τό. οἷς Ζεὺς ἐκ νεότητος ἔδωκε καὶ ἐς γῆρας τολυπεύειν ἀργαλέους, Ξ, 86. αἰγίδα, ἣν Ἥφαιστος Διῒ δῶκε φορῆναι, Ο, 310. et 455, τοὺς μὲν (ἵππους) ὅγε τῷ δῶκε, tradidit servandos. et 532, ξεῖνος γάρ οἱ ἔδωκεν ἄναξ θώρηκα. et 719, νῦν ἡμῖν Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκεν νῆας ἑλεῖν. τῷ δὲ ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ (Ζεὺς) ἕτερον δ' ἀνένευσε, alterum dedit ei, alterum abnuit, Π, 250, coll. 252, concessit. ἔντεα δῶκε φέρειν ἑτάροις, tradidit arma asportanda ministris, Π, 665. et 844, σοὶ γὰρ ἔδωκε νίκην Ζεύς. τὰ ἃ (ἔντεα, arma propria) δῶκε φέρειν πρὸς Ἴλιον. dedit portanda in urbem, Ρ, 193. νῦν δὲ, ὅτε μοι ἔδωκε Κρόνου παῖς κῦδος ἀρέσθαι ἐπὶ νηυσὶ, Σ, 293. et 431, ὅσα ἐμοὶ ἐκ πασῶν (θεάων, ex omnibus deabus) Ζεὺς ἄλγεα ἔδωκεν. et 436, υἱὸν ἐπεί μοι δῶκε γενέσθαι, postquam mihi dedit filium nasci. et 456, Ἕκτορι κῦδος ἔδωκε. sic et Τ, 414. δῶκε δὲ ἑταίροις κατάγειν ἐπὶ νῆας, dedit eos ministris deducendos ad castra, Φ, 32. et 41, υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε, pretium emtionis dedit. et 42, ξεῖνός μιν ἐλύσατο, πολλὰ δ' ἔδωκεν. et 84, ὅς με σοὶ αὖτις ἔδωκε, qui me rursus tibi in manus tuas tradidit. et 216, εἴ σοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσαι. et 473, μέλεον δέ οἱ εὖχος ἔδωκας, impune ei gloriam tradidisti? et 484, ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ Ζεὺς θῆκεν, καὶ ἔδωκε κατακτεῖναι ἥν κε ἐθέλῃς, inquit Juno ad Dianam. εἴ σοι ἔδωκε θεὸς si deus id te facere jussit, Χ, 285. et 379, ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν, occidi fecerunt. et 404, τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι δῶκεν ἀεικίσασθαι, tradidit eum turpiter tractandum hostibus. et 470, κρήδεμνον, ὅ οἱ δῶκεν Ἀφροδίτη. τὴν (ἵππον) Ἀγαμέμνονι δῶκ' Ἐχέπωλος δῶρα, Ψ, 296. et 298, μέγα γάρ οἱ ἔδωκε Ζεὺς ἄφενος. et 390, δῶκε δέ οἱ μάστιγα, tradidit ei scuticam. et 512, δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισι γυναῖκα, tradidit abducendam. et 684, ἱμάντας ἐϋτμήτους, i. e. cæstus. et 896, Μηριόνῃ δόρυ, dedit ei hastam præmium. ἦ οὔνεσθε ὅτι μοι Ζεὺς ἄλγεα ἔδωκε, Ω, 241. et 594, οὔ μοι ἀεικέα δῶκεν ἄποινα. ἱερὰ θεοῖς ἔδωκεν, sacra fecit diis, α, 67. et 263, ὁ μὲν οὔ οἱ δῶκεν, ἀλλὰ πατήρ οἱ δῶκεν ἐμὸς, sc. venenum ad sagittas inficiendas. et 431, ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν, pretium viginti boum pro ea ancilla dedit. ἅ οἱ πέρι (περισσῶς) δῶκεν Ἀθήνη, β, 116, quæ ei abunde donavit Minerva, sc. intelligendi vires. δῶκε δ' ἄρα σπλάγχνων μοίρας, γ, 40. et 53, οὕνεκά οἱ προτέρῃ δῶκεν ἄλεισον ad libandum tradidit. et 437, χρυσὸν ἔδωχ' pro ἔδωκε. δ, 125, donavit. et 172, s. ἡμῖν νόστον ἔδωκε νηυσὶν γενέσθαι, dedit nobis reditum qui navibus fieret. et 209, ὡς νῦν Νέστορι δῶκε, concessit benigne. et 262, ἄτην, ἣν Ἀφροδίτη δῶχ' (ἔδωκε) ὅτε με ἤγαγε κεῖσε. et 647, ἠὲ ἑκὼν οἱ δῶκας, an lubens ei dedisti. et 649, αὐτὸς ἑκών οἱ δῶκα. et 722, πέρι γάρ μοι Ὀλύμπιοι ἄλγεα ἔδωκαν. δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ε, 234. et 237, σκέπαρνον. et 408, γαῖαν ἀελπέα δῶκεν ἰδέσθαι Ζεύς. et 437, εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκεν Ἀθήνη prudentiam indidisset. δῶκε ἐν ληκύθῳ ἔλαιον, ζ, 79, *gab mit, (gave.)* et 190, καί που σοὶ τάδε ἔδωκε, hæc mala, sc. deus. et 215, δῶκαν δέ οἱ ἔλαιον. ἐπεί σφισι δῶκ' Ἐνοσίχθων, η, 35, docuit eos. et 110, πέρι γάρ σφισι δῶκεν Ἀθήνη ἔργα ἐπίστασθαι περικαλλέα. et 238, τίς σοι τάδε εἵματα ἔδωκεν. et 295, ἥ μοι σῖτον ἔδωκεν ἅλις, καὶ οἶνον, καί μοι τάδε εἵματα ἔδωκεν. πολλὰ δ' ἔδωκε, λέχος δ' ᾔσχυνε καὶ εὐνὴν Ἡφαίστου, θ, 269, ubi videtur eo sensu positum verbum, quo Romanum, dedit, Terent. Heaut. V, 1, 43. vel, designavit, *hat viel loser streiche ausgeübet, (has played many scurvy tricks.)* nisi tamen malis simpliciter subintelligere δῶρα, quæ Mars dedit Veneri. αἶψα δ' ἔδωκε θεὸς μενοεικέα θήρην, ι, 158. et 197, οἴνου, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων. et 202, 203, χρυσοῦ μοι δῶκε ἑπτὰ τάλαντα, δῶκε δέ μοι κρητῆρα, donavit. sic et ω, 273, s. οὐ δέ τῳ (τινὶ) ἄλλῳ δῶχ' ἑτάρων, commisi, κ, 33. et 213, ἐπεὶ κακὰ φάρμακα ἔδωκεν. δῶκε δέ οἱ σκῆπτρον (baculum ad innitendum in via) καὶ ἀεικέα πήρην, ν, 437. οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκε οἶκόν τε κλῆρόν τε, ξ, 63, dedisset, *würde gegeben haben, (would have given.)* et 112, δῶκε σκύφος tradidit bibendum, sc. Eumæus Ulyssi personato, *trunk ihm zu, (drank to*

him, pledged him,) et 404. ξείνια δῶκα. αἰδοίοισιν ἔδωκα, ο, 372, i. e. ξένοις καὶ ἱκέταις, αἰδοῦς ἀξίοις. et 428, ἄξιον ὦνον ἔδωκεν, emtionis pretium dignum re ipsa. ἐμὲ οὔτι κακὸν ῥέξαντα ὀδύνῃσιν ἔδωκεν, tradidit doloribus, ρ, 567. ξείνια, dona hospitalia, τ, 185. et 396, Θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν Ἑρμείας, donavit, docuit, instruxit. et sermo est de astutia. μάλα δ' ὦκα φέρων μνηστῆρσιν ἔδωκε, tradidit arma, χ, 146. ἥν (ἀμφίπολον) μοι δῶκε πατὴρ ἔτι, *die mir noch mein vater geschenket und mitgegeben hat, (whom my father also gave me,)* ψ, 228. δμώεσσιν ἀρήϊα τεύχεα ἔδωκεν, tradidit asportanda, ω, 218. et 336, εἴπω ἅ μοι ποτὲ ἔδωκας, donasti proprias arbores in horto, coll. 339, s. et 341, δώσειν, daturum te esse.

δράγμα, ατος. τό. (Ὄρω) manipulus, quantum implet manum, ὅσον ἂν δράξηταί τις τῇ δρακί. a δράσσω, unde est ἡ δράξ, pugnus. in segetibus sunt δράγματα, ὧν ἡ χεὶρ δράττεται ἐν τῷ θερίζεσθαι. τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει, Λ, 69. δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτει ἔραζε, Σ, 552, manipuli alii recta serie densi cadebant in terram. antiqui enim aristas secabant circa mediam longitudinem culmi, et sic sinistra manu comprehensa aristarum portio erat δράγμα, et ex multis ejusmodi δράγμασιν fiebat deinde ἄμαλλα, *eine garbe, (a sheaf.)* δραχμή, drachma, est ab eodem δράσσω: nam continebat sex obolos, quot manus viri capere poterat: *ein schwer drey gute groschen-stück, (a sixpenny piece,)* octava pars thaleri imperialis vel uncialis. Vide sub ἀμαλλοδετήρ.

δραγμεύω, f. εύσω. (Ὄρω) colligo δράγματα et congrego, facio δράγματα. παῖδες δραγμεύοντες, pueri facientes et colligentes ejusmodi manipulos, afferebant ut fierent majores manipuli ex his minoribus colligatis, Σ, 555. idem dicitur δραγματεύω, i. e. δράγματα συνάγω.

δραθέω, f. ήσω. (Θέω) dormio, est compositum verbum a δράω, i. e. βλέπω καὶ ποιέω, et a θέω, τίθημι: ut sit, ἀποτίθημι τὸ δρᾷν. transposite deinde dicitur δαρθέω, et δαρθάνω. ἔδραθεν (aor. 2. ind. a.) ἐν προδόμῳ ἐν ἀδεψήτῳ βοέῃ καὶ κώεσιν οἰῶν, υ, 143, dormivit in vestibulo, in cruda bovina et pellibus ovium.

δραίνω, f. ανῶ. (Ὄρω) facere conor. ἀλλ' εἴ τι δραίνεις, si quid faciendum suscipere vis, Κ, 96, quia somnum capere non potes. a δράω, facio; a quo et est τὸ δρᾶμα, ατος, actus, i. e. narratio actuum, fabula.

δράκων, οντος. ὁ. (Ὄρω) draco, anguis major. est a δέρκω, ὡς τῇ ὄψει καταπλήττων, visu suo terrens; fortasse et ὁ ὀξὺ βλέπων. δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός, σμερδαλέος, Β, 308—329, ubi est prodigium. draco is significabat Græcos; nam est in tutela Minervæ, sicut Græci in eo bello: passer mater est Troja ipsa, pulli ejus sunt urbes circumjacentes; et numerus pullorum notat simul annos belli. fiebat denique lapis is draco, et ad difficultatem belli signandam, et ad perpetuam rei memoriam, coll. 325, simul et, quod Græcia nullam in posterum ultionem ex Trojanis metuendam habeat, et quod non multum prædæ relaturi sint Græci, multa potius dura passuri etiam post captam urbem. ὡς δ' ὅτε τις δράκοντα ἰδών, Γ, 33—35, ubi etymologia innuitur, et τὸ τῇ ὄψει καταπληκτικὸν τοῦ δράκοντος. πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Ζ, 181, i. e. habet δράκοντος οὐράν. κυάνεοι δράκοντες τρεῖς, in thorace ficti, Λ, 26, 27, ἐοικότες ἴρισιν. et 39, κυάνεος ἐλέλικτο δράκων, κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν τρεῖς ἀμφιστεφέες, ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι, in balteo acu pictus sic. αἰετός, φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Μ, 202, qui suo ipse sanguine sic erat coloratus ruber: et is quoque in hoc augurio notabat Græcos, aquila Trojanos, coll. 217—229. ὡς δὲ δράκων ὀρέστερος, βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, σμερδαλέον δέδορκεν ἑλισσόμενος περὶ χειῇ, Χ, 93—95. ἔπειτα δράκων fiebat ὁ Πρωτεύς, δ, 457, coll. 417, 418, ubi draco pertinet inter ἑρπετὰ ἐπὶ γαῖαν. Vide sub δέρκω.

δράσσω, f. ξω. (Ὄρω) prehendo operando strenue, comprehendo manu agili. est a δράω ortum verbum, operor. passiva forma deponentialiter est, Ν, 393, ἔκειτο τανυσθείς, βεβρυχὼς (stridens et frendens dentibus) κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης, manu apprehendens pulverem, impleta manu pulvere. sic et Π, 486.

δρατός, (pro δαρτός) ἡ, όν. (Δέρω) excoriatus. ab tertia persona præt. pass. deductum nomen, cum transpositione τοῦ ρ. περὶ δὲ δρατὰ σώματα νήει, Ψ, 169, circa autem cumulabat corpora excoriata hostiarum, τὰ ἐκδεδαρμένα νεκρωμαῖα, γυμνὰ δέρματος, *geschlachtete thiere denen die häute abgezogen waren, (slaughtered animals which had been skinned.)*

δράω, f. άσω, (Ὄρω) facio opus, ago, ministro strenue, διακονέω, ὑπηρετέω. est ab ὄρω ortum verbum, notans motum alacrem ad agendum et operandum. αἶψά κεν εὖ δρώοιμι μετὰ σφίσιν, ὅ, τι θέλοιεν, statim sane bene ministrarem inter illos, quodcunque vellent, ο, 316, ubi est pro δράοιμι, contr. δρῷμι, et distracto circumflexo per insertum ο, cui adjungitur id ante subscriptum Iota, δρώοιμι, i. e. διακονοίην, ὑπηρετοίην. et 323, οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παρὰ δρώωσι χέρηες, qualia apud nobiliores ministrant humiliores; pro δράουσι, contr. δρῶσι, et per intersertum ω ob metrum, non vero ο, distracto circumflexo. præpositio ibi postposita retrahit accentum: nam ut compositum verbum, παραδρώωσι, scribere, vetant vetusti critici. apud alios δράω etiam est, celeriter aufugio. unde est ὁ δρασμός, οῦ, fuga, Eurip. Iphig. Taur. 1300. a priori δράω est et ὁ θρῆσκος, ου, factor et cultor religiosus. unde verbum θρησκεύω, colo. et ἡ θρησκεία, cultus religiosus et cærimonialis. Vide διοράω. Sequitur aliud.

δράω, (Ὄρω) quod notat, aufugio vigilanter et bene capta occasione; amat formam δρῆμι, a qua est partic. a. 2. δράς. cæterum inest his verbis omnino etiam notio τοῦ δρᾷν, i. e. βλέπειν.

Δρέμω, f. 2. δραμῶ, (Τρέω) perf. m. δέδρομα. perf. a. δεδράμηκα. circumverto me ad currendum vel fugiendum, curro. est a τρέω, a quo et est τρέχω. ἵπποι δραμέτην ἀμφὶς ὁδοῦ, ambo equi præter viam currebant, Ψ, 393. ἰθὺς δράμεν, recta accurrit ad eum, ψ, 207.

δρεπάνη, ης. ἡ. (Δέρω) falx. ensis falcatus, *ein krummer säbel, (a sabre,)* qui retro se curvat ut acies promineat magis. instrumentum quoque, quo messores metunt, falx messoria, *eine sichel, (a sickle.)* ἔριθοι ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες, Σ, 551, et sermo ibi de segete metenda.

δρέπανον, ου. τό. (Δέρω) idem. δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι, σ, 367, collato 369, ubi apparet, sermonem esse de falce, qua gramina desecantur in prato, *eine grass-sichel oder sense, (a sithe.)*

δρέπω, f. ψω. (Δέρω) decerpo, recido: carpo: fruor. *ich breche oder schneide ab, (I break or cut off,)* proprie de arbore, *vom baume, e. g. eine frucht, einen zweig. Suche zu geniessen. streife ab, (from a tree, e. g. a fruit, a branch. I seek to enjoy, strip off,) (strefe, ströpe.* sicut a τὸ δὸρ vulgaris lingua Germanica habet, *a sterl*, et verbum, *sterlen*), et est verbum a τὸ δὸρ vel ἡ δρῦς, arbor; cui fortasse simul inest τὸ ἕπω, sequor, quasi περὶ δρῦν ἕπειν i. e. ἐνεργεῖν, circa arborem operari quid. hinc et notat, vindemiare, *weinlese halten, (to gather the vintage.)* δρεψάμενοι φύλλα δρυὸς, decerpentes folia quercus, μ, 357.

δρήστειρα, ας. ἡ. (Ὄρω) famula, ministra, quæ opus facit. nam δρᾷν in genere est, ποιεῖν, etsi apud poëtam in specie est ὑπουργεῖν. ἀμφίπολοι τέσσαρες, αἵ οἱ δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασιν, quatuor famulæ, quæ ei (Circæ) in domo erant operariæ, κ, 349. γυνὴ τάων, αἵ σοι δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασιν, quæ tibi sunt ministræ, δουλεύτριαι, τ, 345.

δρηστὴρ, ῆρος. ὁ. (Ὄρω) minister, qui opus facit, θεράπων, ὑπουργός. a δράω, facio. ἓξ δὲ δρηστῆρες ἕπονται, sex ministri, qui tot procis sufficiebant ad apparandas epulas, π, 248, coll. 253. ἀλλὰ καὶ ὣς δρηστῆρες ἄγον, ζώσαντες ἀνάγκῃ, sed et sic ministri eum producebant, cum cinxissent eum cingulo violenter, σ, 75. iidem δρηστῆρες innuuntur per οἱ μὲν, υ, 160. cæterum est ionice, pro ὁ δραστήρ.

δρηστοσύνη, ης. ἡ. (Ὄρω) famuli opus, ἡ ταπεινὴ διακονία. δρηστοσύνῃ οὐκ ἄν μοι ἐρίσσειεν βροτὸς ἄλλος, ο, 320, *an aufwartung auf muntere art, (in assiduous attendance;)* et in sequentibus nominantur ejusmodi opera, 321—323.

δριμὺς, εῖα, ύ. (Δέρω) acri sapore, *von scharfem oder beissenden geschmack, (of a sharp, acrid taste.)* neque semper de ingrato ejusmodi sapore, maxime apud recentiores; sed et de jucundo et valde sensibili sapore, quem Galli *piquant* vocant. hinc et transfertur ad alia acria et moventia: e. c. δριμεῖαι λέξεις, ἐν αἷς γλυκύτης ἐπιτείνεται, valde pungens et acutum dictum; δριμεῖαι ἔννοιαι: et apud Euripidem δριμὺς ponitur pro συνετός. ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ, δριμὺ, ὅ προιεῖσι Εἰλείθυιαι, Λ, 270, ubi acres et penetrantes dolores parturientis describuntur. δριμεῖα μάχη, acre prœlium, Ο, 696. δριμὺς χόλος, acris ira, Σ, 322. ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη δριμὺ μένος προὔτυψε, ω, 318, per nares ei acris motus animi prorupit. est a τὸ δόρυ, quatenus notat hastam, cui fortasse et τὸ μένος, robur, vis, additum est; quasi, hastæ impetu. ὄμματα τοῦ Ἔρωτος δριμύλα (a δριμύλος, η, ον, id. quod δριμὺς) καὶ φλογόεντα, Mosch. Id. 1, 8, oculi Amoris sunt acres et flammei.

δρίος, (sic enim scribitur a plurimis) εος, τό. (Δέρω) locus arbustis densus. ὅθι τε δρίος ἦν πολυανθέος ὕλης, ξ, 353, ubi arboretum erat varie florentis sylvæ. erat autem autumnus serus: ut ergo epitheton non in actu ipso florendi accipi debeat. est ergo δρίος, τὸ δάσος, *ein dickes gebüsche, (a thicket.)* reperitur et τὸ δρύϊν, ου. ut in Hesiodi Ἔργ. 528, ἀνὰ δρύα βησσήεντα φεύγουσι, *in die dicken büsche, (in the thick bushes.)*

δρόμος, ου. ὁ. (Τρέω) cursus, *der lauf, (the race.)* curriculum, *die laufbahn, (the course, place for running upon.)* hinc ἔξω δρόμου φέρομαι, est proverbium de errante animo, apud Æschyl. Prom. 882. ἐπεί κε ἵππους παντοίου δρόμου ἄσῃ, postquam equos vario cursu satiaverit et lassaverit, Σ, 281. τὴν ἵππον μέγα ἰσχανῶσαν δρόμου, equam valde cupidam cursus, Ψ, 300. et 361, ὡς μεμνέῳτο δρόμους ut attente specularetur cursum. et 373, ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον ἵπποι, cum ultimum cursum perficerent equi. et 375, ἵπποις ἐτάθη δρόμος, ab equis intendebatur cursus. et 526, εἰ δέ κε ἔτι προτέρω γένετο δρόμος, si ulterior et longior fuisset cursus. et 758, ἀπὸ νύσσης τέτατο, a carceribus intendebatur cursus, (sic et Θ, 121.) et 768, πύματον, cum cursu appropinquarent ad finem: ubi sermo est de hominibus cursu pedestri certantibus. cæterum cursus curulis erat tantummodo δίαυλος, i. e. a carceribus ad metam et inde rursus ad carceres; non vero sæpius repetitus, ut postea factum est in Olympicis. διάστημα simplex erat πενταστάδιον, i. e. spatium a carceribus ad metam erant quinque stadia, vel passus geometrici sexcenti. ἐν Ἰθάκῃ οὐ δρόμοι εὐρέες, ibi non sunt spatia ad currendum ampla, nam est montana regio, δ, 605, i. e. non est ibi πεδίον εὐρύ. Vide sub ἀγών.

δρόσος, ου. ἡ. (Ῥέω) ros, *der thau, (the dew.)* est a ῥέω, fluo. poëta amat vocem ἐέρση, et Ψ, 598, est parabola de rore, qui recreat aristas.

δρύϊνος, ου. ὁ ἡ. (Δέρω) quernus, faginus. *von eichen oder büchen, (of oak or beech-tree.)* οὐδὸν δρύϊνον, φ, 43, limen quernum.

δρυμὸς, οῦ. ὁ. (Δέρω) et in plur. τὰ δρυμὰ, ῶν. quercetum, *ein eichen wald, (an oak wood.)* in genere, arboretum, ἡ συνδενδρία, *ein wald,*

ein gehölze, (a wood,) ἡ ὕλη. καρπαλίμως δ' ἤϊξε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην, σπεύδουσα, Λ, 118, ubi sermo est de cerva, fugiente leonem. διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην vidit Ulysses fumum surgentem ex domo Circes procul, κ, 150, 197. nam δρῦς notat et omnem arborem. hinc et ὁ δρυκολάπτης, ου, ὁ πᾶν ξύλον κολάπτων, *der in holz formen und bilder schneidet, (a carver of wood.)* it. picus, *ein specht, (a magpie.)* et τὰ δρύκαρπα sunt poma omnia. invenitur et ὁ δρυμὼν, ῶνος, sylva, arboretum fruticetum, *ein busch, (a thicket.)*

δρύοχος, ου. ὁ. (Χάω) in plurali οἱ δρύοχοι, τ, 574, sunt ligna, infixa carinæ navis, et erecta ad latus, ut iis deinde adfigantur tabulæ. vocantur παρὰ τὸ, τὴν δρῦν, i. e. τὴν τρόπιν, carinam, συνέχειν ἑκατέρωθεν, vel, παρά το, ξύλα συνεκτικὰ εἶναι τρόπιος. τρόπις vero est trabs illa magna et longa, quæ marinæ navi pro fundamento est, *der kiel des schiffes, (the keel of a ship.)* ergo l. c. δρυόχους ὥς, i. e. κατὰ τάξιν καὶ στοῖχον, ὅποῖον ἔχουσιν, καὶ οἱ δρύοχοι. nam serie accurata statuebantur etiam secures istæ, ut, qui sagitta primum contingeret foramen, per omnia trajiceret. deinde δρύοχοι sunt πάσσαλοι, continentes alia ligna. vide Aristoph. Thesm. 57.

δρύπτω, f. ψω. (Δέρω) per syncopen ex δεράπτω, a τὸ δέρυ, decortico, *ich schäle ab, kratze ab, (I peel off, scratch off.)* proprie ponitur ἐπὶ λεπισμοῦ ξύλων, *wenn holz von der borke rein geschälet wird, oder wenn ein theil der borke am baume abgeschälet wird. (when the bark is entirely or partly peeled from a tree.)* deinde et per similitudinem de corporibus, quando cutis laceratur, *ich zerkratze die haut, (I lacerate the skin.)* denique καταχρηστικῶς notat et, ξύειν, radere. carnes leviter laceratæ dicuntur ἀμύσσεσθαι: sed δρύπτειν notat βαθύτερόν τι. δρυψαμένω δὲ (duæ aquilæ) ὀνύχεσσι παρειὰς, β, 153, lacerantes sibi unguibus genas inter pugnandum. et dictum κατὰ μεταφορὰν τῶν ἐκδερομένων ξύλων. dicitur idem verbum et δρύφω.

δρῦς, υὸς. ἡ. (Δέρω) arbor in genere, *ein baum, (a tree.)* nam oritur hæc vox ex τὸ δέρυ. deinde in specie et κατ' ἐξοχὴν, quercus, fagus, *eine eiche, eine buche, (an oak, a beech:)* sic tamen, ut notio quercus plurimum prævaleat. et scholiastes Theocriti ad Id. 9, 19, quinque enumerat species quercuum: φηγὸς, ἡμερίς, ἐτυμόδρυς, ἄλιφλος, ἄμυλος. casus rectus producitur; in obliquis υ corripitur; sicut et in πῦρ, σῦς, ἰχθῦς, etc. omnino τίμιόν τι ἡ δρῦς ἦν ποτὲ, ὡς παλαιά τις ἀνθρώπων τιθήνη: ἐβαλανηφάγουν γὰρ primi mortales, ut veterum fuit constans opinio, ante inventas segetum fruges. hinc varia proverbia: e. c. ἅλις δρυός. sic enim dicit, qui diu incommodiora et injucundiora habuit, et jam ad mitiora et meliora transit. quasi dicat: adfuit. ἅλις δρυὸς, fruar nunc suavioribus. sic et aliud proverbium: ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, i. e. aliunde tibi victum compara. et quia hoc nomen putabatur honestissimum inter arbores: hinc et omnes οἱ τῶν ξύλων καρποὶ dicebantur τὰ δρύκαρπα, *baumfrüchte, obst, (fruit of trees.)* sic et δρυπέπης καρπὸς est, ὁ ἐπὶ τοῦ δένδρου πεπανθεὶς, qui in ipsa arbore maturuit plene, non vero decerptus diu jacere debet antequam maturus plene fiat. sic δρυπέπεις ἐλαῖαι, αἱ ἐν τῷ δένδρῳ πεπαινόμεναι, quæ et γεργέριμοι dicebantur. cæterum conf. φηγός. πολλὰς δὲ δρῦς (pro δρύας) ἀζαλέας, Λ, 494, arbores aridas: nam solent non procul a ripis cædi arbores, ibique jacere aliquamdiu donec siccentur, ut deinde in flumine deportentur quo opus est. ὡς δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι, Μ, 132, seqq. ut quercus altæ: et est ibi parabola de iis: descripta simul naturâ earum. ἤριπε δὲ, ὡς ὅτε δρῦς τις ἤριπεν, cecidit, velut quercus, Ν, 389. Π, 482. κηρυκες δὲ ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο, Σ, 558. ὡς ὅτε ὑπὸ ῥιπῆς Διὸς (fulmine Jovis) ἐξερίπῃ (procidat) δρῦς πρόῤῥιζος, a radice, Ξ, 414. οὔτε ἄνεμος τόσον γε περὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν ἠπύει, Ξ, 398, neque ventus tantum sane in quercubus altis sonat: ubi antiquus criticus Ἀγαθοκλῆς scribi malebat ἰξοφόροισι: nam sunt duæ species quercuum, ἄκαρποι καὶ πλατύφυλλοι, quæ ἐρίφλοιοι παρὰ πεογαμηνοῖς vocabantur; aliæ sunt λεπτόφλοιοι καὶ καρποφόροι, ἡμερίδες dictæ, (quam vocem et Homerus in Odysseâ habet) καὶ τοὺς ἐπὶ τούτων εὐανθοῦντας βότρυς, σταφυλὰς καλοῦσιν, ἐξ ὧν καὶ ὁ ἰξὸς γίνεται. sic et δρῦς κηκιδοφόρος ἐστὶ, *gallapfel tragend, (bearing galls.)* αὐτίκα δρῦς ὑψικόμους ἔταμνον, cædebant quercus, Ψ, 118, nam de quercubus etiam sequentia intelligenda; earum enim lignum magis ἄσηπτον, maxime ad 328, ξύλον αὖον δρυὸς. οὐ μέν πως νῦν ἐστὶν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης αὐτῷ ὀαρίζειν, Χ, 126, ubi notat πᾶν ξύλον, et sensus est: non sane nunc licet (οὐκ ἔστιν,) cum eo confabulari amice, et familiariter simpliciterque, ut olim a quercu vel a petra confabulabatur adolescens et puella. estque id vetustissimum proverbium, ex eo quod credebantur antiquitus homines ex quercubus aut petris nati; qui deinde circa ejusmodi loca versantes sincere invicem agebant. ut ergo παρθένος ἀπὸ δρυὸς καὶ πέτρης, et ἠΐθεος ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρης, cohæreat; et, οὐκ ἔστιν ὀαρίζειν τούτῳ, sic, ὅτε quemadmodum, olim ejusmodi homines νομάδα βίον ἕλκοντες καὶ ὀρεινομοῦντες, ὀαρίζειν ἀλλήλοις, soliti fuere. conf. πέτρα. vides ergo, creditum fuisse, summam simplicitatem et innocuum vitæ genus, inter primores homines actum fuisse. idem proverbium etiam de ἀγενεαλογήτοις, qui majores nullos exhibere poterant, in usu fuit. hinc τ, 163, εἰπέ μοι τεὸν γένος, ὁππόθεν ἐσσί: οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης, sicut nos dicimus, *du bist doch nicht vom himmel gefallen, (thou hast certainly not dropped from heaven.)* notat ibi ergo hominem vilem, sine lare et gente. nam antiquissimi sæpe, si alere se posse infantem desperarent, deponebant eum in cava arbore, quercu, vel petra; et qui ejusmodi infantem educaret inventum, is dicebat, δρῦν ἢ πέτραν fuisse matrem ejus. unde et

ἐκπίπτω, (Πέτω) excido. *ἐξέπιπτον ὀϊστοὶ*, Φ, 492, exciderunt sagittæ e pharetra. *οἱ ἔκπεσε δάκρυ*, excidit ei lacrima largiter, B, 266, conf. *δάκρυ*. sic et π, 16. *πολλοὶ δὲ πρηνεῖς τε καὶ ὕπτιοι ἔκπεσον* (*ἐξέπεσον*) *ἵππων*, Λ, 179, i. e. multi et resistentes et fugientes dejiciebantur occisi de curribus suis. *ἔκπεσε δίφρου*, excidit curru, E, 585. N, 399. *ξίφος χειρὸς*, ensis excidit e manu, Γ, 363. *νεκρὸς*, Δ, 493, corpus mortuum excidit ei e manu. *τόξον*, Θ, 329. *δάλος*, torris, fax, O, 421. et 465, *τόξον*. *σκῆπτρον*, et quidem non ob timorem, sed de industria, *er liess den stock fallen, den er in der hand hatte, (he dropped the staff which he had in his hand,)* ξ,

31. et 34, σκῦτος, corium. χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκὶς, præ timore, X, 448. talis res humi cadens dicitur et χαμαιριφές τι. ἔνθα μιν ἐκπεσέειν ὀΐω, σὺν δ' ἅρματα ἆξαι, ibi puto eum ex curru casurum, et currum fracturum esse, Ψ, 467, ubi est πρωθύστερον 'Ομηρικῶς. et 595, σοίγε ἐκ θυμοῦ πεσέειν, pro ἐκπεσεῖν, tibi quidem excidere ex animo, i. e. ex bona gratia tua: et hic posterior est infinitivus aor. 2. prior vero fut. 2. ἐκ δ' ἔπεσον θυμηγερέων, η, 283, i. e. ἔξω ἔπεσον τῆς θαλάσσης ἀψύχου τινὸς δίκην, *ward ans land geworfen, (was thrown upon the shore,)* ἐξεβράσθην κατά τι ναυάγιον, et colligere nitebar animum. πέσον δ' ἐκ νηὸς ἅπαντες, ξ, 307, exciderunt a navi. ἐκ δ' ἄρα οἱ χειρῶν πέσεν ἄγγεα, π, 13. δέπας χειρὸς, χ, 17.

ἐκπλήσσω, f. ήξω. (Πέλω) excutio ex aliqua re aut consilio aliquem, removeo. deinde, si quem ictu aut pulsu aliquo perterrefacio et ex quieta mente excutio, συγχέω τινὰ διά τινος πληγῆς ἢ κρότου. et tali sono subito exterriti dicuntur ἔκπληκτοι, si vero a fulmine id oriatur, ἐμβρόντητοι. sic et ἐκκρούεσθαί τις ἔργου, excuti negotio, dicitur, et ὁ κωλύων αὐτὸν dicitur ἐκκρούειν. ἐκ γάρ με πλήσσουσι, impediunt enim me, arcent quasi vi aliqua, a bene capto consilio, σ, 230, et respicit id πάντα, 229, non omnia possum recte agenda curare, impedior enim hic illic ab his multis hominibus. ergo h. l. est primus significatus, prohibere aliquem aliqua re, facere ne appropinquare possit ad rem. deinde est, obstupefacio, arceo a consilio capiendo, facio ut aliquis apud se et sui compos non sit. ἐξεπλήγη φρένας, N, 394. Π, 403. talis dicitur et βλαβῆναι φρένας. recentiores magis amant ἐξεπλάγη. ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν, pro ἐξεπλήγησαν, Σ, 225.

ἐκποτέομαι, (Πέτω) evolo, devolo. ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται, densæ nives ex aëre devolant, quasi alatæ, T, 357. dicitur eodem sensu ἐκποτάομαι.

ἐκπρεπὴς, έος. ὁ ἡ. ("Επω) eminens, excellens. idem quod ἀριπρεπής. τοῖον ἄρ' 'Ατρείδην θῆκε Ζεὺς ἤματι κείνῳ ἐκπρεπέα ἐν πολλοῖσι καὶ ἔξοχον ἡρώεσσιν, B, 483, coll. 480, 481. et πολλοῖς pertinet ad ἡρώεσσιν.

ἐκπροκαλέω, (Κέλω) foras evoco, ἔξω. ἐκπροκαλεσσαμένη, β, 400.

ἐκπρολείπω, (Λείπω) relinquo excedendo et egrediendo. ἐκπρολιπόντες κοῖλον λόχον, egredientes ex equo ligneo, θ, 515.

ἔκπταμαι, (Πέτω) evolo. τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν, σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ, ἔπτατο, ter mihi e manibus avolavit idolum matris meæ, simile umbræ aut somnio, λ, 206, coll. 221. ἐκ χειρῶν ἔπτατο τεύχεα, ω, 533, per metaphoram de ave, i. e. exciderunt arma et tela e manibus præ terrore.

ἐκπτύω, (Πέτω) spuo, idem ac πτύω. στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην, ex ore exspuebat salsam maris aquam, ε, 322.

ἐκρέμω, pro ἐκρέματο, vide sub κρεμάω.

ἐκρέω, ('Ρέω) effluo. ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, pro ἐξέῤῥεε, N, 655. Φ, 119. sic, ἐγκέφαλος, cerebrum ex capite diffracto, ι, 290.

ἐκρήσσω, ('Ράω) prorsus disrumpo, evello. νευρὴν ἐξέῤῥηξε, nervum in arcu diffregit, O, 469. ὕδωρ ἐξέῤῥηξεν ὁδοῖο, i. e. ἐξ ὁδοῦ μέρος τι γῆς ἔῤῥηξε, Ψ, 421, aqua fissuram fecerat in via.

ἐκρύω, f. ἐκρυῶ. ('Ρέω) effluo. τῆς δ' ἐπεὶ ἐκ μέλαν αἷμα ῥύη, pro ἐξεῤῥύη, γ, 455, est aor. 2. pass. cum effluxisset niger sanguis ex vacca jugulata. cum exhaustus et extractus esset sanguis.

ἐκσαώζω, (Σέω) eripio incolumem ex malo. καὶ νῦν ἐξεσάωσεν (αὐτὸν) οἰόμενον θανέεσθαι, Δ, 12, sic, ἐξεσάωσε θαλάσσης, δ, 501. fluctibus placidis elatus est ad scopulum: id poëtice Neptuno tribuitur.

ἐκσεύω, (Σέω) emoveo. ἐκ δὲ φυλακτῆρες σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο, pro ἐξεσεύοντο, vigiles properabant e castris in stationem, I, 80. ἐκ δ' ἔσσυτο λαὸς, pro ἐξέσυτο, *rückete eilig aus, (hastened out,)* B, 809. Θ, 58. πυλῶν Ἕκτωρ, H, 1, exibat propere e porta. φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος, vinum e gutture extrudebatur, i. e. ἤμεε, vomebat, ι, 373. et 438, νομόνδε ἐξέσσυτο μῆλα, in pascuum propere exsiliebant pecudes ex antro. βλεφάρων ἐμοὶ ὕπνος, μ, 366, somnus abiit mihi a palpebris; ἐξεπήδησεν, ᾤχετο, quasi esset ὕπνος ἔμψυχόν τι καὶ πρόσωπον.

ἐκσπάω, (Σπάω) extraho. ἐκ δὲ δόρυ σπάσεν, pro ἐξέσπασεν, E, 859. sic, ἔγχος, Z, 65, pede pectori opposito extraxit hastam ex corpore interfecti. sic et M, 395. N, 178. ἐκ δ' ἔγχος ἐσπάσατο στέρνου, Δ, 530. νεκροῦ, E, 621. χειρὸς, Λ, 240. νέκυος, N, 509, ubique pro ἐξεσπάσατο. ἐκσπασσαμένω ἔγχεα, H, 255, cum extraxissent ambo hastas suas ex locis, quibus infixæ fuerant primo impetu, coll. 245, 250. et hic locus proxime accedit ad significatum primum: nam de plantis, quæ ex terra extrahuntur inhærentes, proprie dicitur.

ἐκστρέφω, (Τρέω) everto ex loco. ἄνεμος δένδρον βόθρου ἐξέστρεψε, P, 58, ventus arborem plantatam ex scrobe evertere solet. conf. βόθρος.

ἔκταθεν, pro ἐκτάθησαν, vide sub κτείνω, ad finem.

ἐκτάμνω et ἐκτέμνω, (Τέμω) exscindo, exseco, penitus frango. ἐξέταμνον μηρία, exsecabant femora ex victima, *sie schnitten die keulen oder hinterviertel aus, (they cut off the legs or hind-quarters,)* γ, 456, nam ea comburebantur in sacrificio, reliquæ carnes comedebantur. sic, μηροὺς ἐξέταμον, A, 460. B, 423. μ, 360. νήϊον ἐκτάμνῃ, Γ, 62, lignum navale cædat, et asciando præparet, *einen stamm abhauet zu einem schifbalken, (felled a tree for ship timber.)* sic, αἴγειρον ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ σιδήρῳ ἐξέταμε, Δ, 486, populum carpentarius ferro excidit. πίτυν ἐν οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες ἐξέταμον πελέκεσσι, N, 391. Π, 484, pinum in montibus fabri exciderunt securibus. ἰοὺς ἐκτάμνειν, sa-

gittas exsecare ex vulnerato corpore, Λ, 515. et 828, μηροῦ ἔκταμε ὀϊστὸν, exseca sagittam ex femore: quod est opus medici, si τὸ ἐξέλκειν non procedit. ὕλην πρυμνὴν ἐκτάμνοντες, Μ, 149, ubi sermo est de apris iratis, qui impetu suo arbusta ad radices confringunt. ῥόπαλον ἔκταμεν, clavam exciderat sibi, *hatte sich die keule abgehauen, (had cut off a spar for himself,)* ι, 320, ubi alii, accuratius fortasse, legunt ἔκσπασε, extraxerat e terra: nam erat truncus integer arboris.

ἐκτανύω, f. ύσω. (Τῶ) extendo. ἐκ δ' ἐτάνυσσα ἱμάντα βοὸς, ψ, 201, extendi lorum bubulum; quod scilicet esset loco fundi in lecto dormitorio: et positus est singularis, quia id longum lorum sæpius obducebatur, loco pluralis. ἐξετάνυσσεν ἄνεμος δένδρον ἐπὶ γαίῃ, Ρ, 58, extendit ventus arborem in terra, i. e. dejecit et prostravit eam. ἔνθα μιν ἐκτανύσας, Λ, 843, ibi (in substratis coriis) eum extendens, in longum jacere jubens; nam sagitta cædendo eximenda erat ex femore, coll. 828, 808—810, 579—583. ἐν κόνι ἐκτανύσας προπρηνέα, in pulvere extendens pronum, Ω, 18, corpus Hectoris mortui. ὁ δὲ ὕπτιος ἐξετανύσθη, Η, 271, supinus extensus est, cadens in tergum vulneratus adverso vulnere; *fiel die länge lang auf den rücken, (fell at full length on his back.)*

ἐκτελέω, f. έσω. (Τέλλω) etiam ἐκτελείω. efficio plenarie. οὐδέ σοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, neque tibi præstant promissum suum, non exsequuntur, Β, 286. ἄλγεα, ὅσα μητρὸς Ἐριννύες ἐκτελέουσιν, λ, 279, ærumnas, quotquot efficere possunt Furiæ ob matrem a filio læsam. ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, pro ἐκτελεῖ, tamen et post tempus aliquod exsequitur, sc. vindictam læsi fœderis, Δ, 161, coll. 160, et potest esse vel præsens, certitudinis causa, vel fut. 2. prius fere præstat. sic, ἐγώ σοι πάντα μάλα ἐκτελέω, Ψ, 96, ego tibi omnia omnino exsequor, i. e. exsequar. οὐδε ἄρα ἔμελλεν ἐκτελέειν, κ, 27, neque erat effecturus, sc. id quod studebat. τοῖσιν δὲ θεοὶ γάμον ἐξετέλειον, δ, 7, et his dii nuptias fieri voluerunt, i. e. patres desponderant jam, ad Trojam absentes, alter filium alter filiam: et dii deinde etiam dederunt, ut re vera inirent conjugium nec quidquam adversi incideret, quod dirimere posset hoc pactum parentum. cæterum hinc est, ut γάμος etiam vocetur τέλος, et τελετή τις, res sacra. ὅτε μοὶ οὔτι θεοὶ γόνον ἐξετέλειον ἐξ ἐμεῦ, quod, mihi nequaquam dii prolem nasci voluerunt ex me, Ι, 489. coll. 453—456. ἐκτελέωμεν ἄεθλον, φ, 135, 268. et 180, ἐκτελέσωμεν, *den wettkampf vollenden, (finish the contest.)* οὐ πάντα νοήματα Ζεὺς Ἕκτορι ἐκτελέσει, Κ, 105, *wird ihm nicht alle seine wünsche ausführen, (will not gratify all his wishes.)* ὡς τὸ μὲν ἐξετέλεσσα, sic illud elaboravi, pertexui, τ, 156. et 145, εἰσόκε φᾶρος ἐκτελέσω, donec perficiam velamen. sic β, 110, coll. 93. ω, 145, coll. 132, de textrina Penelopes. εἴ ποτέ σοι πατὴρ ἐμὸς ἤ ἔπος ἤ ἔργον ὑποστὰς ἐξετέλεσσε, γ, 99. δ, 329, si unquam tibi pater meus aut verbum aut opus pollicitus effecit. τὰ μὲν ἄρα μοι Οὐλύμπιος ἐξετέλεσσε, Σ, 79, coll. 74. καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, et sane effecissent id, λ, 316. μή οἱ ἀπειλὰς ἐκτελέσωσι θεοὶ, Ι, 245, metuo, ne ei minas suas effectas re ipsa faciant dii. nam poëta omnia quæ aguntur, ad deum refert; sicut et sacræ litteræ faciunt. ἐκτελέσειεν ἀέθλους πολλοὺς, Θ, 22, ut perficeret certamina multa inter nobiles viros, *viel ritterliche lustkampfe mit ehren halten könnte, (that he might hold with honour many contests with illustrious men.)* ἐκτελέσας μέγα ἔργον, γ, 275. ὁμὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες, κ, 41, nos qui idem iter emensi sumus. ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο, terminatione Ionica, ξ, 293. λ, 293, cum menses et dies peracti erant, i. e. peracto integro anno. οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἐκτετέλεσται, χ, 5, hoc certamen perductum est ad finem suum ex sententia. sic, τόδε μακρὸν ἐέλδωρ, hoc longum desiderium, ψ, 54. οὔτι κέρδιον ἡμῖν ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, Η, 353, nihil sane utile a nobis video effectum iri. ὧδε γὰρ ἐκτελέεσθαι ὀΐομαι, Μ, 217, sic enim eventurum puto.

ἐκτῆσθαι, vide sub κτάομαι.

ἐκτίθημι, (Θέω) expono. ἐξέθηκε βοείην, posuit corium bubulum extra conclave, υ, 97. nisi malis ibi avulsum ἐκ ad φέρων referre. ἐκθεῖσαι λέχος, i. e. ἔξω θέμεναι, extra ponentes, ψ, 179, conf. λέχος.

ἐκτινάσσω, (Τῶ) extraho, excutio, extendo. ἐκ δὲ τίναχθεν ὀδόντες, pro ἐξετινάχθησαν, dentes excussi sunt ex maxillis, Π, 348.

ἔκτοθεν, (Ἐκ) adv. extra, idem ac ἔκτοσθεν omisso Sigma ob metrum. βαθείης ἔκτοθεν αὐλῆς, ι, 239. ἔκτοθεν ἄλλων μνηστήρων, seorsim a, α, 132.

ἔκτοθι, (Ἐκ) idem. ἔξω. et notat, in loco exteriori. ἔκτοθι νηῶν, Ο, 391. ἔκτοθι μίμνε πυλάων, extra portas maneret, Χ, 439.

ἐκτὸς, (Ἐκ) adverb. extra, *ausserhalb, (out of.)* ἐκτὸς ἐόντας ὄγκους, hamos exstantes ex corpore, Δ, 151. τείχεος ἐκτὸς, extra murum, Ι, 67. στῆ δ' ἐκτὸς κλισίης, Ξ, 13, et stetit extra tentorium, *trat vor das zelt hinaus, (went out of the tent.)* αὐτὸν καλέσατο δώματος ἐκτὸς, Ο, 143, evocavit eum e domo. τείχεος, Υ, 49. Φ, 608. ἐκτὸς ὁδοῦ, Ψ, 424, sc. εὐθείας. et 451. ἐκτὸς ἀγῶνος, extra locum ubi certabatur et spectabatur. ἐκτὸς μὲν δὴ λέξο, Ω, 650, extra sane cuba. ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης, Κ, 151, i. e. αἴθριον, sub dio cubantem. αὐλῆς ἐκτὸς ἐὼν, δ, 678. ἐκτὸς ἅμαξαν ὅπλεον, foris instruebant currum, ζ, 72. καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς, extra hunc fumum et fluctum, μ, 219. ὁδοῦ, ν, 123, i. e. ἔξω τῆς ὁδοῦ. σταυροὺς δ' ἐκτὸς ἔλασσε, ξ, 11, vallos extra adegerat, *von aussen, (from without.)* et 16, ἄρσενες ἐκτὸς ἴαυον, extra dormiebant. ἐκτὸς ἀταρπιτοῦ, extra semitam, ρ, 234. ὅτε ἐκτὸς θυρῶν ἔσαν ἠδὲ καὶ αὐλῆς, φ, 191. ἐκτὸς ἀκούων, ψ, 135, foris audiens. et 178, θαλάμου.

ἕκτος, η, ον. (Χάω) sextus, *der sechste, (the*

sixth.) Β, 407. γ, 415. ὁ ἑκτεύς, έως, est sexta pars medimni Attici, Aristoph. Eccl. 543. τὸ ἡμίεκτον, ου, est duodecima pars medimni Attici: is enim continebat χοίνικας 48, cujus numeri sexta pars sunt octo, et duodecima pars, vel dimidia octava, sunt quatuor. ergo μέτρον ἡμιεκτίον continet χοίνικας τέτταρας, Aristoph. Nub. 643, 645. idem dicitur τὸ τετράμετρον.

ἔκτοσε, (Ἐκ) adverb. extra. δόρυ δ' ἔκβαλον ἔκτοσε χειρὸς, projeci ex manu, ξ, 277, in signum pacis et deditionis. et notat motum ex loco hoc adverb.

ἔκτοσθεν, (Ἐκ) adverb. extra, *draussen, (without,)* a parte exteriori. ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ὀρύξομεν ἐγγύθι τάφρον, Η, 341. οὐδ' ἐδύναντο τείχεος ἔκτοσθεν μίμνειν, Ι, 548, extra mœnia manere, *das feld halten, (to keep the field.)* ἔκτοσθε λευκοὶ ὀδόντες, Κ, 263, cujus opp. est ἔντοσθεν, 262. et 334, ἔκτοσθεν ῥινὸν λύκοιο. ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ε, 411. ἔκτοσθεν αὐλῆς, η, 112. κῦμα ἔκτοσθεν, ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῦ, ν, 100. μή τίς σε ἔκτοσθεν νοήσας, foris te conspiciens, ρ, 278. ἔνδοθεν, ἔκτοσθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο, υ, 101. ἐς αἰγιαλὸν ἔκτοσθε θαλάσσης, χ, 385. δόμων ἔκτοσθεν ἀκούων, ψ, 148. ἔκτοσθεν δ' ἄντροιο, ι, 235.

ἑκυρή, ῆς. ἡ. (Κάρα) est eadem quæ ἡ πενθερὰ, socrus, sponsi vel sponsæ mater. Χ, 451. Ω, 770.

ἑκυρὸς, οῦ. ὁ. (Κάρα) est idem qui ὁ πενθερὸς, socer, sponsi vel sponsæ pater. est a τὸ κῦρος, præfixo ε, quod et multi ψιλοῦσιν ut pleonasticum: plerique tamen δασύνουσι, i. e. spiritu aspero efferunt. Γ, 172, ubi de metri ratione vide φίλος. Ω, 770. Vide sub πενθερός.

ἐκφαίνω, (Φάω) elucere et apparere facio. σήμερον Εἰλείθυια ἐκφανεῖ ἄνδρα φόωσδε, hodie Lucina apparere ex utero faciet hominem in lucem, Τ, 104, *wird ans licht der welt bringen, (will bring into the light of the world.)* ἐξέφανον πᾶσαι σκοπιαὶ, apparere solent omnes speculæ, Θ, 553. Π, 299, ubi aor. 2. a. intransitive vel passive positus, *sie zeigen sich, (they appear.)* πλευρὰ, ἅ κύψαντι αὐτῷ ἐξεφαάνθη παρὰ ἀσπίδος, Δ, 468, latera, quæ ei inclinanti se eminebant juxta clypeum, *hervorrageten, und nicht bedecket waren indem er sich unvorsichtig bückete, (projected, and were not covered, as he was incautiously stooping.)* estque aor. 1. pass. quasi a φααίνω sic, ἔνθα, ὅ,τε (pro ὥστε) δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη, Ν, 278, ubi et qui ignavus vir, et qui strenuus sit, apparere et elucere solet, coll. 277, ἔνθα μάλιστα διαείδεται ἀρετὴ ἀνδρῶν, ubi maxime dignoscitur et elucescit virtus virorum, et liquido conspicitur: nam ἐξ sæpe notat ἐπίτασιν, ὁποῖαν καὶ τὸ μάλιστα, valde conspicitur: ergo utrumque verbum notat idem. ἐν δέ οἱ ὄσσε δεινὸν ἐξεφαάνθη, in eo viro oculi horribile quid emicuerunt, *sie blitzeten ihm im kopfe, (they glared,)* Τ, 17. δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη, ligna ex Charybdi rursus in conspectum venerunt, μ, 441, coll. 437, ὄφρα ἐξεμέσειε ὀπίσω αὖτα, donec revomeret rursus ea: *die hölzer kamen aus dem grunde wieder zum vorschein, (the timbers rose again into sight from the abyss.)* πάντας εἷλε τρόμος, οὕνεκα Ἀχιλλεὺς ἐξεφάνη, quia is apparuit, Σ, 248, *sich wieder sehen liess, (again appeared,)* et exortus erat velut sol aliquis. sic et de eodem, Τ, 46. Υ, 43, salutaris suis, terrificus hostibus. οὐδέ τις αὐτῶν ἐξεφάνη, κ, 260, neque quisquam eorum redibat e domo in conspectum.

ἐκφέρω, (Φέρω) effero. ἐκφερέμεν (ionice pro ἐκφέρειν) πολέμοιο, ne nolint equi efferre nos ex prœlio, si fugiendum sit, Ε, 234. et 664, αὐτὸν ἑταῖροι ἐξέφερον πολέμοιο, eum graviter vulneratum socii efferebant ex prœlio. sic et 669. ἤ ἐκφέροι, an efferret et exportaret, Κ, 505. αὐτὸν ἵπποι ἔκφερον, eum equi sui extulerunt ex pugna et periculo et loco difficili, Π, 368, 383, 866. sed intransitive est Ψ, 376, αἱ Φηρητιάδου ἵπποι ἔκφερον, eæ equæ efferebant se ex comitatu aliorum equorum et præcurrebant longe. sic et Ajax, 759, ὦκα ἔκφερε pro ἐξέφερε, sc. ἑαυτὸν, celeriter extulit ipse se et præcurrit alios, προφερέως ἔθει. nam præpositio ἐκ sæpe est æquivalens τῇ, ὑπὲρ, vel περὶ, et notat ἐπίτασιν, intensionem. μισθοῦ τέλος ὧραι ἐξέφερον, mercedis solutionem adferebant tempora, Φ, 450, *die zeiten brachten den termin zur ablohnung hervor, (time brought on the period for payment.)* νηῶν ἐξέφερε ἄεθλα, ex navibus et e castris proferebat præmia certaminum, Ψ, 259. sed 785, λοισθήϊα ἄεθλα, retulit, abstulit postremum præmium, ἔλαβε, *trug davon, (bore off.)* ἐκ δ' ἔφερον, efferebant e loco ubi ista servabantur, *holeten und brachten heraus, (fetched and brought out,)* Ω, 270. et 275, ἐκ θαλάμου δὲ φέροντες. sic et θ, 439. τρία ἄλεισα ἔκφερεν, tria pocula asportavit furto, *nahm mit, diebischer weise, (purloined,)* cum ipsa fugeret, ο, 469. sæpe autem de sepultura: ἐξέφερον Ἕκτορα, sc. εἰς ταφὴν, Ω, 786, unde est ἡ ἐκφορὰ, i. e. ταφή. μὴ δόμων ἐκφέρηται κτῆμα, ο, 19, ne ex domo tua efferat bona tua; ubi medium deponentialiter. alius etiam ἐκφέρει μυστήριον, quod deberet esse ἀνέξοιστον.

ἐκφεύγω, (Φεύγω) effugio. it. temere excido. ἐξέφυγες νῦν θάνατον, Λ, 362. Υ, 449. τοῦ δὲ βέλος οὐχ ἅλιον ἐξέφυγε χειρὸς, ejus telum non irritum fugit ex manu, Ε, 18. Λ, 376, (ubi μὲν est pro αὐτῷ) et 380, ubi elliptice deest χειρός. Π, 480. βέλος αὐτῷ ἐτώσιον ἔκφυγε χειρὸς, Ξ, 407. Χ, 292, ubi notatur conatus irritus. sic ἔπος φεύγει ἐκ στόματος, quando ὁ λόγος videtur esse μὴ καίριος, non aptus ad rem præsentem. μόγις δέ μευ ἔκφυγεν ὁρμὴν, Ι, 355, vix autem meum effugit impetum. καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα, et sane effugisset mortem, δ, 502. sic, ὁ μὲν, ο, 235. καὶ ἔνθεν ἐκφύγομεν, etiam inde effugimus, μ, 212, evasimus. παῦροι δ' ἐξέφυγον πολιῆς ἁλὸς ἤπειρόνδε νηχόμενοι, pauci evaserunt ex cano mari in siccam terram natando, ψ, 236. σὸς δὲ

πού ἔκφυγε κῆρας ἀδελφεὸς, effugit mortem, δ, 512, ubi additum synonymon, ἠδὲ ὑπάλυξεν, sc. κῆρας. ἐκφυγέειν μέγα πεῖρας ὀϊζύος, ε, 289, effugere magnam metam miseriæ. et 414, κακότητα, effugere malum. οὐκ ἐκφυγέειν δύναμαι γάμον, *ich kann meiner verheirathung nicht entkommen, (I cannot avoid marriage,)* inquit Penelope tristis, τ, 157. et 231, μεμαὼς, ille cupiens effugere. θάνατον, Φ, 66.

ἔκφημι, (Φάω) eloquor. οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο ἔπος, κ, 246, nec ullum verbum proloqui poterat, præ anxietate animi, *er konnte kein wort herausbringen, (he could not utter a word.)* μηδέ τινι ἐκφάσθαι, ν, 308, ubi infin. loco imperativi, nemini id indicato, *sage es ja niemandem, (tell it to nobody.)* qui scribunt ἐκφᾶσθαι, habent contractionem in mente, ex ἐκφάεσθαι. cæterum est, ἐξειπεῖν λόγῳ προφορικῷ.

ἐκφθίω, f. ίσω. (Φάω) prorsus perdo aut consumo et deficere facio. οὔπω νηῶν ἐξέφθιτο οἶνος, nondum ex navibus et in navibus absumtum erat vinum, ι, 163, et est plusquamp. pass. sic, νηὸς ἐξέφθιτο ἤϊα πάντα, μ, 329, ex nave consumta erant omnia cibaria, *aller proviant im schiffe war aufgezehret, (all the provisions in the ship were consumed.)*

ἐκφορέω, f. ήσω. (Φέρω) exporto. ταὶ δ' ἐκφόρεον, καὶ ἀνάγκῃ, χ, 451, et illæ ancillæ exportabant corpora mortua, et quidem coactæ, *aus zwang, (from compulsion.)* sic, ἐξεφόρεον νέκυας οἴκων, ω, 416, ἐξέφερον. κόρυθες νηῶν ἐκφορέοντο, galeæ e castris efferebantur, Τ, 360, de exercitu e castris prodeunte.

ἐκφύω, (Φύω) enasci facio, enascor. κεφαλαὶ τρεῖς, ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι, Λ, 40, capita tria, ex una cervice enata.

ἐκχέω, et ἐκχεύω, (Χάω) effundo. οἶνον δεπάεσσιν ἔκχεον, pro ἐξέχεον, vinum ex poculis effundebant libantes, Γ, 296, coll. 299—301, nam in fœdere per jusjurandum et rem divinam facto addebant inter libandum: qui prior fœdus ruperit, ejus cerebrum sic effluat ei in terram, sicut hoc vinum. αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο, statimque postquam advenerunt, vespis similes effundebantur in hostes, Π, 259, et verbum proxime respicit parabolam de vespis ex nido suo effusis, si quis eas irritavit, ut notetur τὸ μετὰ θυμοῦ εὐκίνητον, et quasi ἔκχυτον. et 267, ἐκ νηῶν ἐχέοντο, ex castris suis effundebantur in hostes. ἐκχεύατο (pro ἐξεχεύσατο) ὀϊστοὺς, effundebat sagittas, sc. ex pharetra, χ, 3. ω, 177. ἐξεκέχυντο, θ, 279, effundebantur. ἐπὶ ἐξέχυτο ὕδωρ, τ, 470, in terram effundebatur aqua, pro ἐξεκέχυτο. et 504, ἡ γὰρ προτέρα ἔκχυτο πάντα, nam priora effusa fuerant omnia: ex quo loco apparet, hanc formam esse plusquamp. pass. per syncopen. πᾶσαι χολάδες ἐξέχυντο χαμαὶ, Δ, 525, 526. Φ, 180, 181. αἰχμὴ δ' ἐξεχύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα, Ε, 293, cuspis effusa est ad extremum mentum, ibi prodiit cuspis ex facto vulnere. πᾶν πεδίον ἔπλητο ὕδατος ἐκχυμένοιο, omnis campus implebatur aqua superfusa, Φ, 300, pro ἐκκεχυμένου. Ἀχαιοὶ, ἱππόθεν ἐκχύμενοι, pro ἐκχεόμενοι, θ, 515, qui ex equo ligneo copiose effundebantur et celeriter.

ἐμχύμενοι, vide sub ἐκχέω.

ἑκὼν, οῦσα, όν. (Χάω) spontaneus, volens, libens, adhærens rei animo suo. est quasi particip. a. 2. a. ab ἔκω, quod Ionicum est pro ἔχω, habeo, adhæreo. ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο, Γ, 66, non sane quis pro lubitu suo ea sumserit; ubi de donis divinis sermo est. καὶ γὰρ ἐγὼ σοὶ δῶκα ἑκὼν, ἀέκοντί γε θυμῷ, nam et ego tibi concessi lubens, etsi invito animo, Δ, 43, quod abiit in proverbium: ἑκὼν ἀέκων τόδε τι πεποίηκα, feci id, sponte quidem et ipse per me, invitus tamen. sic faciunt e. c. qui merces pretiosas e navi in mare dejiciunt, urgente vi tempestatis: nollent quidem, sed faciunt tamen sponte. sic et Juno idem περιφράζει, 54—57. ἀλλὰ ἑκὼν μεθίεις τε καὶ οὐκ ἐθέλεις, Ζ, 523, ut ergo sit idem quod θέλων. οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται, fugaverit, Η, 197. οὔτι ἑκὼν, non ex propria voluntate et libens, Θ, 81. ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτὸς, ex proposito aberrabat ab homine, Κ, 372. sic porro, Ν, 234. Ψ, 434, 585, *mit vorsatz, mit fleiss, (purposely, intentionally.)* γ, 214, *von selbs, (voluntarily.)* δ, 372, 377, 649, αὐτὸς ἑκών οἱ δῶκα, coll. 647, 646, ἤ σε βίῃ ἀέκοντος (σοῦ) ἀπηύρατο νῆα, an te per vim, invito te, privavit nave. ε, 100, *gerne, (cheerfully.)* π, 95. χ, 351. hinc sunt adverbia ἑκοντὶ et ἑκοντήν.

Ἐλαία, ας. ἡ. (Ἐλάω) olea, *ein oelbaum, (an olive-tree.)* arbor Minervæ olim sacra, semper viridis, et pinguis, ἀεὶ τὸ κάλλος φυλάσσουσα. et fortasse Minervæ sacrata διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς γλαυκῶπα καρπόν: magis tamen, quia magna harum arborum copia erat in terra Attica, quæ terra Minervæ erat quasi propria. cæterum dicta ab ἐλάω: nam optime protrudit ramos. ἔρνος (novella arbor, *ein junger schwanker aufgeschossener stamm,) (a young tall straight tree.)* ἐριθηλὲς ἐλαίης χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθι ἅλις ὕδωρ, καλὸν, τηλεθάον, καὶ βρύει ἄνθεϊ λευκῷ, Ρ, 53—56. et ibi est parabola de tali plantata arbore ad pulcrum virum. θάμνοι, ὁ μὲν φυλίης (oleastri) ὁ δὲ ἐλαίης, f. ἀγρίας, ε, 477. nam duæ sunt species τῆς ἐλαίας, sativa altera, altera sylvestris; sicut et oleastri sunt plures species, quarum una est ἡ φυλία. ἐλαῖαι τηλεθόωσαι, oleæ virescentes, η, 116, ubi inter δένδρεα μακρὰ numerantur, et semper virentes. sic et inter ὑψιπέτηλα, λ, 589, circa Tantalum. τανύφυλλος ἐλαίη, ν, 102. 122, 346. et 372, ἱερῆς παρὰ πυθμένα ἐλαίης. θάμνος ἔφυ τανύφυλλος ἐλαίης, ψ, 190, frutex natus erat patulusfoliis oleæ; qui creverat eo loco ubi Ulysses θάλαμον ædificabat. et 191, ἀκμηνὸς θαλέθων, πάχετος δ' ἦν ἠΰτε κίων. et 195, ἀπέκοψα κόμην τανυφύλλου ἐλαίης, *ich köpfete den baum, (I cut off the head of the tree.)* et 204, ὑποταμὼν πυθμένα ἐλαίης, succidens oleam ad radicem. quia sacra hæc arbor erat Minervæ, hinc dilecta

Ulyssi: qui ex ejus ibi natæ trunco, terræ inhærente, pedem unum lecti sui conjugalis fecerat, sic ut lectus ille, nisi succiso isto pede, moveri loco non potuerit. et ita fecerat in symbolum, ut floreant et vireant ambo, et ad senectutem λιπαρὰν perveniant; est enim arbor viridis et pinguis: porro ea ibi olea erat ἥμερος, non sylvestris, in symbolum mutuæ εὐνοίας. ἐλαίη enumeratur inter arbores cultas, ω, 245. a recentioribus etiam fructus arboris dicitur ἡ ἐλαία, attice ἡ ἐλάα, unde est ἐλεαλογεῖν, oleas legere, *oliven lesen, (to gather olives.)* In Italia fuit urbs Αἰολὶς, nomine ἡ 'Ελαία vel et 'Ελέα. sylvestris olea dicitur et ὁ ἔλαιος. μή σε ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαιῶν, ne te ira abripiens extra oleas ferat, Aristoph. Ran. 1026, est proverbium a curriculi certamine petitum: nam in fine curriculi stabant oleæ plantatæ, extra quas currentes non ulterius currebant, sed ibi se sustinebant. qui ergo plus facit ac debet, de eo dicitur, currere eum ultra oleas.

ἐλαΐνεος, εα, εον. ('Ελάω) ionice pro ἐλαΐνειος. ex olea vel oleastro factus. ῥόπαλον χλωρὸν, ἐλαΐνεον, ι, 320. et 394; ἐλαϊνέῳ περὶ μοχλῷ.

ἐλάϊνος, η, ον. ('Ελάω) ex olea arbore, maxime ex oleastro, factus. *von oelbaumholz, von wilden oelbaumholz, (of the wood of the olive-tree, of the wood of the wild olive-tree.)* ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ ἀξίνη, securis in oleagino manubrio, N, 612. στειλειὸν περικαλλὲς ἐλάϊνον, ε, 236, ubi quoque manubrium securis describitur, *ein stiel an der axt, (the shaft of an axe.)* nam ex oleastro talia fieri solebant. vide et Phædrum. μοχλὸς ἐλάϊνος, ι, 378, 382, et factum est hoc adjectivum ab ἐλαία, abjecto Iota: nam ινος est terminatio regularis talium adjectivorum.

ἔλαιον, ου. τὸ. ('Ελάω) oleum, *oel, (oil.)* et quidem ex oleis expressum proprie, *baumoel, (olive oil:)* nam id nobilissimum est τῶν λιπαρῶν ὑγρῶν. deinde autem notat et, quodvis unguentum arte factum, ex oleo et odoribus, μύρον, quo mulieres præcipue utebantur. ἐπιῤῥέει, ἠΰτε ἔλαιον, supernatat sicut oleum, B, 754. ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, K, 577. ἀλείψατο (ungebat se) λίπ' ἐλαίῳ, Ξ, 171, seqq. ubi fragrantissimum describitur unguentum Junonis. et tali unguento ungebant prudentes veteres corpus, ne offenderet odore. adhibebant id post pure lotum corpus. ἤλειψαν λίπ' (i. e. λιπαρῷ) ἐλαίῳ, Σ, 350, quo mortuum, post lotionem, ungebant. et id vocatur, 351, ἄλειφαρ ἐννέωρον, i. e. ἐννεατές. et 596, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ, sc. χιτῶνας, tunicas leniter nitentes oleo, i. e. στιλπνοὺς, sic læves et nitentes, quasi oleo peruncti: nihil enim magis læve oleo. præterea albedo non nimia inerat; nam alba talem colorem, oleo levi et nitenti similem, non habent. *eine farbe, wie feine, glatte, aber nicht völlig gebleichte, leinwand zu haben pfleget. perlfarbig, (such a colour as fine, smooth, but not fully bleached linen generally has: pearl-coloured.)* ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ, Ψ, 186, ubi sic vocat τὸ μύρον ex rosis paratum, et quidem arte non humana solum sed et divina, nam additur ἀμβροσίῳ. et unxit Venus, i. e. mulieres misericordes, Hectoris mortui corpus, misere tractatum ab Achille. et 281, ὑγρὸν ἔλαιον χαιτάων κατέχευε, ubi dicit, jubis equorum infusum esse oleum, non solum ut commodius possent pecti, sed et ut niterent melius, imo et olerent bene; nam erat oleum μεμυρωμένον. ἅλις δ' εὐῶδες ἔλαιον, β, 339, repositum erat in cella. et potest esse aliud pretiosius μύρον ἐλαιῶδες, quo utebantur reges. tale erat e. c. τὸ ἴρινον, ἢ σαμψύχινον, etc. ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ, γ, 466. δ, 49, 252. ζ, 96, 219. et 220, idem ἔλαιον dicitur ἡ ἀλοιφή. θ, 364, 454. κ, 364, 450. ρ, 88. τ, 505, ubi et loti pedes dicuntur uncti oleo. ψ, 154. ω, 365. quibus omnibus locis est, quod post lavationem unctio corporis sit adhibita. et id fiebat, ne sol exsiccaret nimis corpus. δῶκε δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον, ζ, 79, 215, et habet hoc epitheton, non solum ὡς ὑγροποιὸν καὶ χαλαστικὸν καὶ διατηροῦν τὸ ἀλιφὲν σῶμα ἐν ὑγρότητι ὡς μὴ σκελετεύεσθαι, quia cutem emollit et humore implet; sed et, quia ipsum frigore non facile gelatur. καιροσέων (pro καιροεσσῶν, a καιρόεις, εσσα, εν, ab ὁ καῖρος, trama, *der einschlag am gewebe,) (the woof.)* δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, η, 107, ubi notatur idem color subargenteus, supra ex Σ notatus; et ad verbum subintelligendum est οἱονεὶ, ὡσεὶ, quasi: non re vera enim oleum destillabat, sed is erat color nitens, quasi largiter oleo esset unctum linteum, et id oleum guttatim quasi insideret. signat ergo τὸ τρυφερὸν τῶν ὑφασμάτων, ὡς δοκεῖν ἔλαιον ἀποῤῥεῖν, ὡσείπερ ἔλαιον ἀπελείβετο αὐτῶν, διὰ τὸ στιλπνὸν χρῶμα τῶν νεοϋφάντων καὶ ἔτι ἀπλύτων: *feine dichte glatte, und noch nicht weisgebleichte leinwand, (fine, close, smooth, and not yet fully bleached linen.)* ἐλαίῳ φαρμακώσασα, Py. 4, 393. deminutivum ab ἔλαιον est τὸ ἐλάδιον, sicut a σπήλαιον fit σπηλάδιον, a προσκεφάλαιον fit προσκεφαλάδιον. sic ἡ ἐλαδίου κοτύλη. Vide sub ἀγορὰ, prope finem.

ἐλασαίατο, ἐλάσασκε, vide sub 'ΕΛΑ'Ω.

ἐλαστρέω, f. ήσω. ('Ελάω) ago, agito. est verbum Ionicum, factum ab ἐλάω, a quo est ἐλατὸς, ἡ, ὸν, ductilis, quod ducitur; inde est novum verbum ἐλατέω, duco, ago; et, intersertis per usum duabus consonis, ἐλαστρέω. ἀροτῆρες ζεύγεα ἐλάστρεον, Σ, 543, aratores juga boum agebant studiose: et augmentum deest ionice. Herodotus idem verbum ponit de navibus actis: et scribitur alibi et ἐλατρέω. talis intersertio harum consonarum frequens est apud Græcos. sic ἀλάβαστρον est pro ἀλάβαστον, σκῆπτρον est a σκήπτω, ἀγαυρὸς pro ἀγαυὸς, τὸ ὄστρεον ab ὀστέον, a quo est et ὄστρειον et ὄστρακον, unde est ὀστρακίζειν, quæ erat species τῆς ἐξορίας, relegationis, apud Athenienses; et ὁ ἐποστρακισμὸς, quæ est species παιδιᾶς, lusus,

quando læves et lati lapilli super aquam conjiciuntur ut sæpius subsiliant antequam mergantur. Vide sub βωστρέω.

'Ελάτη, ης. ἡ. ('Ελάω) *abies*, procera illa arbor. *eine tanne, (a fir-tree.)* dicta ab ἐλάω, quia in altum protruditur, *weil sie hoch in die höhe treibet, (because it shoots up high.)* et quia ejus lignum ad remos faciendos aptum, hinc et notat, *remus, ein ruder, (an oar;)* ad quam notionem ipsum etiam etymon multum confert, nam remus ἐλάει vel ἐλαύνει τὴν νῆα, protrudit navem. in mythologia erat ἡ 'Ελάτη soror Oti et Ephialtæ: quibus occisis in ipso ætatis flore, ista soror immodice eos lugens, mutata est in arborem ἐλάτην: nam ipsa, sicut et fratres ejus, fuerat maxime procera. ἐλάτησιν ἐοικότες ὑψηλῇσιν, E, 560, quibus comparat poëta duos juvenes heroas, occisos ab Æneа. εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, Ξ, 287, ὁ Ὕπνος. δοῦρα ἐλάτης κέρσαντες, Ω, 450, ligna abietis cædentes. ἐπὴν κεκάμωσιν (quando fatigati fuerint) ἐϋξέστῃσι ἐλάτῃσι πόντον ἐλαύνοντες, H, 5, i. e. remis, κώπαις. ἐλάτη οὐρανομήκης, ε, 239, abies usque in cœlum procera. λεύκαινον ὕδωρ ξεσταῖς ἐλάταις, spumans faciebant mare politis remis, μ, 172. dicitur hæc arbor et ἡ πίτυς, et ἡ ἐπίτυς, ab εἶμι, eo.

ἐλατὴρ, ῆρος. ὁ. ('Ελάω) agitator in curru, ὁ ἡνίοχος: dorice scribitur et ἐλατήρ. in orbe antiquo non postrema erat laus, bene regere equos. nobilium hominum ea erat ars et exercitatio. conf. ἱππηλάτης. κόσμος ἵππῳ, ἐλατῆρι δὲ κῦδος, Δ. 145. τὸν δ' ἐλατῆρα ἀφίει, Λ, 701. ἐλατῆρες ἕστασαν ἐν δίφροις, Ψ, 369. ὁ ἐλατὴρ, ῆρος, est et species placentæ. Aristoph. Equit. 1179. Acharn. 245. nam χερσὶν ἐλαύνεται εἰς πλάτος. præterea ἐλατὴρ est in genere is qui percellit et propellit alios. hinc Jupiter a Callimacho dicitur πηλογόνων ἐλατὴρ, gigantum terrigenarum exactor et profligator. Vide sub 'ΕΛΑ'Ω, prope finem.

ἐλάτινος, η, ον. ('Ελάω) et ob metrum εἰλάτινος, η, ον. abiegnus, *von tannen, (made of fir.)* ὄζοις πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν, Ξ, 289, dense opertus ramis abiegnis. θύρην δ' ἔσχε μοῦνος ἐπιβλὴς εἰλάτινος, Ω, 454, nam ad januas faciendas, et ad pessulos, maxime adhibetur hoc lignum. ἱστὸν εἰλάτινον, malum abiegnum, β, 424, ubi id τεχνικῶς additum: nam talis esse solet malus. sic ο, 289. εἰλάτιναί τε δοκοὶ, trabes abiegnæ, τ, 38, in domo regia.

ἐλαύνω, ('Ελάω) idem quod 'ΕΛΑ'Ω, q. v. nam Æoles interserunt υ, ἐλαύω, Dores addunt ν, ut fiat ἐλαύνω. hinc in præsenti et imperfecto hoc distractum verbum in usu tantum est: reliqua tempora sunt ab ἐλάω. est tamen et κοινὸν verbum, quod in præsenti usitatius est quam ἐλάω. ἐν δὲ θεοῖσι κολῳὸν ἐλαύνετον, et vos ambo inter deos tumultum inducitis, A, 575, *führet lermen unter sie, (introduce tumult among them,)* metaphora ducta ab ἵππῳ ἢ σιδήρῳ, ὃς ἐλαύνεται: *treibet einen lermen unter ihnen, (drive a noise among them,)* ἐπιτείνετε. ἀφραδέως διὰ τάφρον ἐλαύνομεν ἵππους, M, 62, imprudenter, per fossam impellimus equos. ἐλαύνει αὐτὸν κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα, Ω, 532, agitat eum malum infortunium in terra, *es reitet ihn das unglück, (misfortune pursues him.)* ἵππους μετὰ νῆας ἐλαύνειν, equos ad naves agere, E, 165. et 327, ἐλαυνέμεν, ionice pro ἐλαύνειν, *sie zu den schiffen hin zu bringen, (to drive the horses to the ships.)* sic et de equis, Λ, 274, coll. 280, ἵμασεν ἵππους, scutica egit eos. et 400. O, 259. Ψ, 356, 357, ubi absolute, ἐλαυνέμεν, sc. ἵππους, i. e. vehi in certamine curuli. et 531, ἥκιστος ἦν ἐλαυνέμεν ἅρμα. et 533, ἐλαύνων πρόσσοθεν ἵππους. et 536, λοῖσθος ἐλαύνει ἵππους. σύγε αὐτὸς ἔλαυνε τεὰ ἅρματα καὶ τεὼ ἵππω, E, 237. et 275, ἐλαύνοντε (agentes ambo) τοὺς ἵππους ἰθὺς Δαναῶν (recta in Græcos). ἐλαύνετε ἵππους, Λ, 289. ἐλάταις πόντον ἐλαύνοντες, H, 6, remis impellentes mare et verberantes: et iste τῶν κωπηλατούντων πλοῦς (navigatio) δεύτερος κατὰ τὴν παροιμίαν λέγεται πλοῦς, πρώτου ὄντος τοῦ πλέειν πρὸς ἄνεμον. ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους, Ψ, 322. et 346, εἴ κεν Ἀρείονα δῖον ἐλαύνῃ Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον. ὥστε ἀμητῆρες ὄγμὸν ἐλαύνωσιν, Λ, 68, seriem demessorum frumentorum ducentes, *die ihr schwad mahen, (reapers:)* ubi positum ἐπὶ βαδίσεως θεριζόντων. τὰς (pro ἃς, sc. ἵππους) Εὔμηλος ἔλαυνε, pro ἤλαυνε quibus Eumelus vehebatur, B, 764. est ergo vox τοῖς ἁρματηλάταις οἰκεία, sicut et in genere τοῖς ἱππεύουσιν: metaphorice ἐλαύνεται καὶ σίδηρος, καὶ τάφρος, καὶ τεῖχος, καὶ κολῳὸς, etc. ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε, κέντρῳ ἐπισπέρχων, agitabat, stimulo adurgens, Ψ, 429. et 434, αὐτὸς γὰρ ἑκὼν μεθέηκεν ἐλαύνειν. et 500, μάστιγι δ' αἰὲν ἔλαυνε (ἤλαυνε) κατωμαδόν. et 583, ἱμάσθλην ἔχων, ᾗπερ τὸ πρόσθεν ἔλαυνες. τὰς (ἡμιόνους) Ἰδαῖος ἔλαυνε, Ω, 325. et 691, ῥίμφα δ' ἄρ' αὐτὸς ἔλαυνε κατὰ στρατὸν, vehebatur per castra. κέλητα ὡς ἵππον ἐλαύνων, quasi equitaret, ε, 371, *als auf einem reit-pferde, (as if on horseback.)* ἤ μή τις σοῦ μῆλα ἐλαύνει, abigit pecudes, ι, 405, i. e. ἀπελαύνει κατὰ βίαν. et 465, πολλὰ (μῆλα) ἐλαύνομεν, abigebamus, περιτροπέοντες, avertentes ea a spelunca Polyphemi. παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε νῆα, agite navem præter insulam, μ, 276. ἄστυδε ἐλαύνετε νῆα, versus urbem agite navem, ο, 502, et quidem remis. sic γ, 157, ἀναβάντες ἐλαύνομεν, remigabamus, qui est ὁ δεύτερος πλοῦς, sicut ὁ πρῶτος est velificatione, qui est, 176, s. νῆα ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, η, 109, pro ἐλαύνειν. εἰ δὲ καὶ βόες εἶεν ἐλαυνέμεν, si et boves essent agendi in opere rustico, σ, 370, ubi non de abactu per vim, sed de administratione rustica sermo est, μή τινα βλάπτῃ ἐλαυνόντων, ne cui remigantium officeret, ν, 22. ῥύσια ἐλαυνόμενος, Λ, 673, pignora abigens, coll. 676, 681. ἐλαυνομένην, sc. νῆα, actam remis, ν, 155. et 169, οἴκαδε ἐλαυνομένην νῆα. quibus locis notat passive hæc forma. cæterum alibi τὸ ἐλάσαι notat et καθῆραι, purgare, *abführen, (to purge:)* unde τὸ ἐλατήριον est πᾶν τὸ κατακαθαῖρον φάρμακον, quod Hippocra-

-tes vocat τὸ ὑπήλατον, medicamen solvendæ alvo.

ἐλαφηβόλος, ου. ὁ. (Βάλλω) qui cervum configit. deinde, a specie ad genus, venator. *ein jäger, (a hunter.)* et hæc species nominatur, quia cervi venatio artem habet. hinc apud nos: *ein jäger der hirschgerecht ist, (a huntsman who understands stag-hunting.)* cæterum est ob metrum pro ἐλαφοβόλος, Σ, 319.

ἔλαφος, ου. ὁ ἡ. (Πάω) cervus, *ein hirsch, (a stag.)* est ab ἐλάω, incito, et πούς, compositum nomen, quia motu pedum præstat: fortasse et ob gracilitatem et longitudinem pedum, cum ἐλᾶν etiam notet, ductile opus facere. sic et ἡ ἐλάτη, abies, dicta ab ἐλᾶν, ob proceritatem. καρδίαν ἐλάφου ἔχων, Α, 225, i. e. δειλὸς, nam cervus est fugax. simul l. c. sunt tria magna vitia, opposita tribus virtutibus imperatoriis, quas Isocrates in Conone Atheniensi admiratus est, τῇ ἐπιμελείᾳ, diligentiæ, πίστει, fidei, ἐμπειρίᾳ πολέμων, peritiæ bellicæ: nam ἐξ οἰνοποσίας oritur ἀμέλεια, ἐξ ἀναιδείας ἀπιστία ἡ πρὸς τὸ κοινὸν, ἡ δὲ δειλία ἐργάζεται τὴν τῶν πολεμικῶν ἀπειρίαν. conf. κύων, et οἰνοβαρής. ἔλαφον κεραὸν, cervum cornutum, Γ, 24, qui est ζῶον δειλὸν, deinde et φιλῳδὸν, ut a venatoribus canentibus facilius capiatur: huic Paris comparatur oblique, quia et is δειλὸς καὶ φιλῳδός. νεβρὸν, τέκος ἐλάφοιο ταχείης, Θ, 248, hinnulum, quem rapuit aquila ingens. conf. νεβρός. λέων ἐλάφοιο ταχείης νήπια τέκνα ῥηϊδίως ξυνέαξε, frangere solet, Λ, 113. et 475, ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, vulneratum, *angeschossen, (wounded;)* quem deinde οἱ θῶες dilacerant. φυζακινῇς ἐλάφοισιν ἐοικότες, Ν, 102, κεραὸν, Ο, 271, i. e. τέλειον, adultum: et parabola ibi de fugiente eo. κεραὸν μέγαν, Π, 158, ut appareat, sufficere eum tot lupis famelicis. et 757, περὶ κταμένης ἐλάφοιο, duo leones esurientes. ἀγροτέρας τ' ἐλάφους, Φ, 486. νεβρὸν ἐλάφοιο δίενται κύων, Χ, 189. ὁπότε ἔλαφος ἐν ξυλόχῳ λέοντος νεβροὺς κοιμήσασα, δ, 335. ρ, 126, ubi parabola de cerva. ὠκείαις ἐλάφοισι, ζ, 104, delectata Diana. et 133, μετὰ ἀγροτέρας ἐλάφους. quod epitheton quidam non de fero et sylvestri cervo intelligunt, sed per syncopen contendunt esse pro ἀγηροτέρα, minus senectute afflicta; nam valde senem fieri cervum, nec tamen debilitari magno senio, constat. ingeniose satis. ὑψικέρων ἔλαφον μέγαν, κ, 158—184. μέγα δέρμα ταχείης ἐλάφοιο ψιλὸν, ν, 436, quod Ulysses ita artificiose circumdabat sibi, ut videretur senex et calvus. et quia poetæ etiam cervabus cornua addunt, oportet cervas in quibusdam terris fuisse cornutas, sicut et hodie oves dantur cornutæ. sic et elephanti omnes, mares et fœminæ, in Africa dentes habere dicuntur; in India vero soli mares.

ἐλαφρὸς, ὰ, όν. (Πάω) levis, velox, mobilis; proprie enim de agilitate pedum ponitur. est per syncopen pro ἐλαφηρὸς, ab ὁ ἡ ἔλαφος, ὠκύπους γὰρ ἔλαφος. *schnell zu fuss, von leichter bewegung, (swift-footed, nimble.)* deinde per usum etiam de pondere positum est, quia agilia et velocia non magni solent esse ponderis. γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας, καὶ χεῖρας ὕπερθεν, Ε, 122, artus ei fecit agiles. sic, Ν, 61. Ψ, 772. et 628, χεῖρες ἐλαφραὶ, manus agiles. τὸν (λᾶαν, lapidem magnum) αὐτῷ ἐλαφρὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς, Μ, 450, levem ei reddiderat Jupiter, ut facile eum movere et vibrare posset. ἦ μάλα ἐλαφρὸς, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ, sane valde agilis et mobilis vir, ut facile urinatur, Π, 745, i. e. κοῦφος, δι' ὀλιγοσαρκίαν. ἐλαφρότεροι πόδας, α, 164. καί κεν ἐλαφρότερος πόλεμος Τρώεσσι γένοιτο, et sane pugna levior Trojanis fieret, et minus operosa, Χ, 287. ἥν περ (πνοὴν Ζεφύρου) ἐλαφροτάτην φασὶν ἔμμεναι, quem flatum venti aiunt esse velocissimum et celerrimum, Τ, 416. κίρκος ἐλαφρότατος πετεηνῶν, Χ, 139, accipiter, velocissimus avium. sic et ν, 87. ὅστις ἐλαφρότατος ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο, Ψ, 749, quicunque celerrimus pedibus velocibus esset. ἵπποι ἐλαφρότατοι θέειν, equi velocissimi ad currendum, γ, 370.

ἐλαφρῶς, (Πάω) adverb. agiliter, celeriter. δένδρα ἢ ξύλα, ἅ οἱ πλώοιεν ἐλαφρῶς, ligna, quæ ei natare possent leviter, ε, 240, ubi de nave ædificanda est sermo.

'ΕΛΑ'Ω, f. άσω. adigo, induco, ago, abigo, percutio. ε, sicut in permultis vocibus, in hoc themate est accessorium ab initio, ut verum thema sit λᾶν, percutiendo agere, *slan, schlagen, treiben, stossen, (to strike, drive, thrust.)* μάστιξεν δ' ἐλάαν, Ε, 366. Θ, 45. Χ, 400. γ, 484, 494. ζ, 82. ο, 192. scuticam adhibuit ad agendum alacriter equos currui junctos. et est pro ἐλάειν, contr. ἐλᾶν, distracto circumflexo per novum α. Iota potest subscribi, potest omitti. βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματα, de Neptuno, cum veheretur curru super mare, Ν, 27. αὐτούς τε κτενέειν, ἐλάαν δὲ ἵππους, abigere equos eorum, Ρ, 496. τῷ (τέρματι, metæ) ἐγχρίμψας ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους, agere, Ψ, 334. idem verbum et de nave ponitur. ἀλλὰ παρὲξ ἐλάαν νῆα, μ, 47, præternavigare. et 55, ἐπειδὴ τάσγε παρὲξ ἐλάσωσι, sc. νῆα. sic et 109, νῆα παρὲξ ἐλάαν, ubi phrasis est plena. et 124, ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, sc. νῆα. οὔπως ἐστὶν, νύκτα διὰ δνοφερὴν ἐλάαν, sc. ἵππους, ο, 50, *es gehet nicht an, in der finstern nacht zu fahren, (it is not possible to drive, on account of the dark night.)* οἵ μιν ἅδην ἐλόωσι, qui illum satis agitabunt, *sollen ihn genug herumtummeln, (shall shake him sufficiently,)* Ν, 315, pro ἐλάουσι, contr. ἐλῶσι, circumflexo distracto per intersertum ο. et hoc præsens pro futuro. sic η, 319, οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην, ubi γαλήνην est pro γαληνῶς, placide, tacite, (sicut ἀληθείην, 297, est pro ἀληθῶς) et ad verbum præsens loco futuri, ob certitudinem, deest νῆα. consilium regis est, ut Ulysses dormiat in navi: vel ne insidiæ suis fiant ab hoc hospite; vel ne viam observet et aliquando cum armatis redeat, aut viam aliis saltem indicet; vel ne sui mercedem poscere videantur si vigilantem exponant; vel

ut poëta mirabiliorem rem facere possit. saltem dormienti plus boni datum est, quam vigilans unquam consequi potuerat: et opponitur hic somnus illi, κ, 31, seqq. memorato, qui valde nocuerat; item illi, μ, 338, itidem exitiabili. οἱ δ' εἰς ἄστυ ἔλων, sc. ἵππους καὶ ἅρμα, *sie fuhren in die stadt hinein, (they drove into the city,)* Ω, 696, imperf. pro ἔλαον vel ἤλαον. sic et δ, 2, πρὸς δώματα Μενελάου ἔλων, *sie fuhren vor dessen pallast, (they drove to his palace.)* τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν, ionice pro ἤλασε, aor. 1. hunc scipione percutiebat, B, 199, ἔπληξεν. αὐτὸν ἔλασε ὦμον, eum percussit in humero, E, 80. ὁ δὲ αὐχένα μέσσον ἔλασσε, pro ἤλασε, K, 455, cecidit ejus mediam cervicem, *hieb ihn in den hals, (struck him on the neck,)* ut caput abscinderet. sic et Ξ, 497. τὸν παρὰ οὖς ἔλασε ξίφει, percussit gladio, Λ, 109. ἔγχεϊ, hasta, X, 326. ut ergo de letali vulneratione ponatur, vel gladio vel hasta. διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσεν, sc. δόρυ, per pectus adegit hastam, E, 57. κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν, ignavos et minus strenuos milites in mediam aciem coegit, Δ, 299. ἐκ δήμου ἔλασε τὸν, e civitate expulit, Z, 158; etsi non vi, sed arte clandestina; *brachte ihn aus dem volke weg, (drove him out of the city.)* quanquam et ibi tamen jussionem accessisse verisimile est, et ablegationem. ἵππους δ' εἰς ἀγέλην ἔλασαν θεράποντες, T, 281, ad gregem aliorum compulerunt. περὶ νεκρὸν ἤλασαν ἵππους, Ψ, 13, circa mortuum ter egerunt equos, decursione equestri funebri, cujus et Virgilius mentionem facit. et 615, τέτρατος, ὡς ἔλασεν, quartus ordine, sicut egerat currum in certamine curuli. οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, A, 154, pro ἀπήλασαν, nunquam boves meas (fœmininum ionice præ masculino in re pecuaria poni solitum) abegerunt mihi. sic et E, 236, αὐτώ τε κτείνῃ, καὶ ἐλάσσῃ μώνυχας ἵππους, abigat: nam frequens est ἔλλειψις τοῦ, ἀπὸ, in hoc verbo; pro ἀπελάσῃ, ἀπαγάγῃ. ἀμφὶ δὲ κάπετον, καὶ ἕρκος, ἔλασσε κασσιτέρου, Σ, 564, ubi sermo est de clypeo Achillis, in quo Vulcanus varias figuras posuit; e. c. fossam et septum circa vineam, ex stanno circumduxit, *hat einen graben und gehege drum gezogen, (surrounded it with a ditch and fence.)* sic in re seria, I, 349, τεῖχος ἔδειμε, καὶ ἤλασε τάφρον ἐπ' αὐτῷ (prope eum murum) εὐρεῖαν. θεράπων σχεδὸν ἤλασεν ἵππους, prope admovit equos, Λ, 488. ξίφει ἤλασε κόρσην, ense percussit tempus in capite, E, 584. N, 576. et 614, κόρυθος φάλον ἤλασεν, abscidit. et 615, ad μέτωπον repetendum est verbum ἤλασεν, in fronte eum vulneravit letaliter. sic φάλον, Π, 338. μέσην κατὰ κεφαλὴν ξίφει ἤλασεν αὐτὸν, Υ, 475, ἔπληξε πολεμικῶς. πρὸς στήθεα χειρὶ ἤλασε τὴν, percussit ἔτυψε, Φ, 425, ita ut una cum Marte concideret. μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους, O, 352, ex quo apparet, quid sit μάστιξεν δ' ἐλάαν. ὦκα ποδώκεας ἤλασεν ἵππους, P, 614, admovisset. ἐπὶ τῷ (post hunc) 'Αντίλοχος ἤλασεν, egit, Ψ, 514. τοὺς δ' (ἵππους) ἵμασε, καὶ μετὰ στρατὸν ἤλασε 'Αχαιῶν, scutica ad exercitum abegit. ἀσπίδα χαλκείην, ἣν χαλκεὺς ἤλασεν, M, 296, quem clypeum faber ærarius induxerat ære; ut ergo et κατὰ τέχνην χαλκευτικὴν ponatur, quando malleo æs subigitur, *wenn metall mit dem hammer getrieben, und über etwas gezogen, wird. beschlagen, (when metal is beaten out with the hammer, and laid over something; to plate.)* πέντε πτύχας ἤλασε Ἥφαιστος, in clypeo, Υ, 270. et 269, δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, sc. τὸ δόρυ, per duas plicas adegit hastam. nam clypeus ille quintuplex erat, quintupliciter inductus. ὑπό τε σπέος ἤλασε μῆλα, sub antrum compellere solet oves, Δ, 279. ἠὲ μάχοιτο κατὰ κλόνον αὖθις ἐλάσας, sc. ἵππους, an pugnaret, rursus in prœlium agens currum suum, Π, 713. sic absolute hoc ἐλᾷν positum de Jehu in sacris, 2 Reg. ix, 20. ἐξ ἐμοῦ ἐλάσας, ex me expellens eos, Φ, 217, inquit fluvius ad Achillem, *wenn du deine feinde aus meinem strome gejaget, (when thou hast driven thy foes out of my stream.)* ἐπὶ νηυσὶν (apud et juxta naves) ἐλάσας 'Αργείους, agens et cædens eos, Ω, 392. οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο, T, 423, ubi is infinit. regitur a πρὶν, ante quam egero et cecidero; genitivus vero pertinet ad ἅδην, satis et super, sic ut præpositio κατὰ ad illud adverbium vel quasi intelligatur, secundum id quod satis superque est pugnæ. sic Neptunus de Ulysse dicit, ε, 290, ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημὶ ἅδην ἐλάαν κακότητος, ubi φημὶ idem notat ac βούλομαι, *ich denke, ich bin willens, ihn noch genug im unglücke zu exerciren und zu plagen, (I think, I have a good mind, to harass and torment him with abundance of misfortunes.)* formam ἔλσαι per syncopen quidam ab ἐλάσαι, compulisse, factam volunt; sed rectius pertinet ad εἰλέω, concludo, includo; ubi eam vide, pro εἰλῆσαι, i. e. συγκλεῖσαι. καὶ τὰ μὲν ἠλασάμεσθα πύλον εἴσω, Δ, 681. compulimus. ἐλασαίατο (ionice pro ἐλάσαιντο, compellerent) ἵππους, K, 537. διὰ ζωστῆρος ἐλήλατο (plusquamp. pass. cum reduplicatione Attica) ὀϊστὸς, sagitta adacta erat per balteum, Δ, 135. ὀϊστὸς ἐν ὤμῳ ἠλήλατο, E, 400, ubi et reduplicatio augmentum habet, ἐπέπηκτο, adacta erat in humerum. ἔγχεα ὀρθὰ ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, K, 153, ubi est de hastis, quæ extra usum bellicum in castris stant erectæ, posteriori sua cuspide fixa in terram, anteriori cuspide versus cœlum erecta. notat ergo ibi τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, extensionem in altum: a qua notione arbor, ἡ ἐλάτη, nomen habet. διὰ χειρὸς ἐλήλατο ἔγχος, N, 595, per manum adigebatur et transigebatur hasta, ut manum transfigeret, *durch die hand gestossen, (transfixed the hand.)* ἢ ἐλάσει' ὥς μιν ψυχὴ λίποι, an percuteret eum sic ut animam efflaret, ἦέ μιν ἦκ' ἐλάσειε, an vero clementer eum percuteret, σ, 90, 91, et sermo ibi de pugilatu, sed hostili animo. et 93, ἦκα ἔλασεν αὐτόν. et 94, ὁ μὲν ἤλασε ὦμον. et 95, ὁ δὲ αὐχένα ἔλασεν ὑπ' οὔατος. coll. 97. ἤλασε πέτρην, sc. Neptunus tridente suo, δ, 507, quæ petra hoc ictu fissa est. ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης, ε, 313, ingens unda pe-

pulit eum superne, *schlug ihm über den kopf, (struck him on the head,)* ἔπληξεν αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. sic et 367, κῦμα ἤλασε αὐτὸν, impulit eum. ἀμφὶ πόλει ἔλασε (ἤλασε) τεῖχος, ζ, 9, ducebat murum circa urbem, περιέτεινε, metaphora ab ἐλαυνομένῳ ἵππῳ ἢ σιδήρῳ petita. εἰς εὐρὺ σπέος ἤλασε πίονα μῆλα, ι, 237, cogebat oves in antrum. et 337. ἤλασε βοῦς ἐς Πύλον ἐκ Φυλάκης, ο, 235, i. e. ἀπήλασε, abegit. οὐλήν με σῦς ἤλασε, φ, 219. ψ, 74. cicatricem, quam quondam aper impegerat mihi. sic de eodem vulnere, quod olim ab apro inflictum ei erat, τ, 393, 449, 465. ω, 331. χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ, fronte terram percussit, χ, 94, moriens vulnere adverso. ἐκ δ' ἔλασαν (ἵππους) προθύροιο, γ, 493, egerunt equos ex loco ante januam. σταυροὺς ἐκτὸς ἔλασσε, ξ, 11, eo sensu quo supra ex K, 153, vidimus: vallos in altum erexerat, *hatte pallisaden eingeschlagen und in die höhe gerichtet, (had erected palisades,)* ἐξήπλωσε, παρέτεινε: etiam eo sensu, quo de muro id verbum ponitur. ἔλασεν ἵππους εἰς ἄστυ, ο, 215, i. e. vectus est curru in urbem. διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε, penitus ferrum adegit ei in corpus, χ, 295. et 296, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ, moriens. et 328, τόνγε κατ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε, gladio. βόας ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε, λ, 289, abigeret. ἢ πρὸς γῆν ἐλάσειε κάρη, ρ, 237, an terræ infligeret caput ejus. ἐλάσειε φασγάνῳ ἀΐξας, transadigeret aut feriret gladio irruens, χ, 97, et sequitur, ἠὲ προπρηνέϊ τύψας, aut prono gladio cædens, sc. ἐλάσειέ μιν: ubi ἀΐξας notat punctim, τύψας cæsim, et προπρηνέϊ φασγάνῳ est, ut Galli dicunt, *faire main basse.* βοῶν ἐλάσαντες ἀρίστας, abigentes, μ, 353, 343, 398. χειρὶ καταπρηνεῖ ἐλάσας, ν, 164, prona manu percutiens, Neptunus navem: *mit der flachen hand von oben herab schlugend, (striking from above with the open hand,)* ut in vado hæreret firmiter. ἐλάσῃ δὲ, sc. βοῦν, ad nos agat bovem, γ, 422. sed 449, ἤλασεν ἄγχι στὰς, percussit bovem adstans, ἔπληξε πελέκει, *schlug den ochsen mit dem beil, (struck the ox with the axe.)* ὁπότε σε Κίρκη ἐλάσῃ ῥάβδῳ, quando te percutiet virga, κ, 293. μή τίς σε ἢ βάλῃ ἢ ἐλάσῃ, ρ, 279, aut jactu feriat aut percutiat comminus, ἐγγὺς τύψῃ, sicut βάλῃ est eminus: ergo ἡ πληγὴ et ἡ ἔλασις sæpe sunt idem: coll. 283, ubi ad ἐλάσῃ respondet τὸ, πληγῶν. ἔλσας tamen manifesto est pro ἐλάσας per syncopen: ἐπεί μοι νῆα κεραυνῷ Ζεὺς ἔλσας ἐκέασεν ἐν πόντῳ, η, 250, Jupiter fulmine percutiens diffidit mihi navem. nisi tamen malis pertendere, esse pro εἰλήσας, involvens, circumvolvens. sed videtur esse κρούσας, πλήξας. sic et ε, 132. καί κεν τῶν ἐλάσαιο βόας καὶ μῆλα, abigeres, υ, 51, et ibi est consequens pro antecedente, i. e. vinceres et fugares eos. περὶ δὲ ἕρκος ἐλήλαται, η, 113, septum circa ductum est, *ist drum rum gezogen, (encompassed with.)* τῶν (ἡμιόνων) κέν τινα ἐλασσάμενος (abigens inde et huc agens) δαμασαίμην, δ, 637, unum et alterum horum nondum domitorum mulorum velim domare: et sic loquitur ipse dominus eorum, et est ergo pro χωρίσαι τῶν μητέρων ἢ ἁπλῶς τῶν συννόμων, a matribus aut a grege una pascentium abigere. alibi, ut vidimus, de violento abactu hostili id verbum ponitur: unde est ἡ βοηλασία, abactus boum, et a specie nobiliori, pecorum. ergo sæpe ἐλᾷν est pro λῄσασθαι. est et vox ἱππευτικὴ, ut vidimus, quando equi, quibus ipsi vehimur, aguntur: unde equus dicitur ὁ ἡ ἀνήλατος, qui currui non potest jungi, quo quis vehi non potest, ἀπειθὴς, *ein unbündig pferd, (an intractable horse.)* et ὁ ἐλατὴρ est ὁ ἡνίοχος, qui lora tenet quibus equus regitur. notat et χαλκεῦσαι, ἐκτεῖναι.

ἐπιτρέπω, f. ψω. (Τρέω) committo, mando, *ich trage auf, vertraue an, (I commission, entrust.)* verto ad aliquid. οὐ μὲν ἐπιτρέπει γήραϊ λυγρῷ, Κ, 79, non sane permittebat se et rem suam senectuti tristi; nihil indulgebat senectuti suæ, quasi esset gravis, *er räumete dem hohen alter nichts ein: (he made no allowance for his great age:)* οὐκ ἐξεδίδου ἑαυτὸν τῷ γήρᾳ, οὐδὲ ἐνικᾶτο ὑπ' αὐτοῦ. sermo est de Nestore sene, non cessante ab armis: et ἐπιτρέπειν est, ἐξουσίαν διδόναι, superioritatem et potestatem dare. αὐτῷ ἐπέτρεπεν οἶκον, ei commisit domum, ut administraret eam, cum ipse peregre abiret, eamque curaret, β, 226, ubi sermo est de Mentore, quem Ulysses, proficiscens Trojam, tutorem et curatorem constituerat, ut Μέντωρ ἦ ἐπίτροπος τῶν κατὰ Τηλέμαχον καὶ προνοούμενος. sic πόλεως ἐπίτροποι sunt, οἱ αὐτῆς φροντισταὶ, *ihre vormünde und pfleger: (its magistrates:)* et βασιλεὺς, ἔτι μᾶλλον ἐπίτροπος. ἔδει δὲ τοῦτο εἰληχώς. apparet ergo, loco ex Κ citato deesse accusativum, ἑαυτὸν, vel τὶ, vel similem. sic elliptice, τοῖσιν γὰρ ἐπετράπομέν γε μάλιστα, sc. τὸ φυλάσσειν, Κ, 59, illis enim sane permisimus eam curam maxime. et 116, σοὶ δὲ οἴῳ ἐπέτρεψε πονέεσθαι, tibi soli permisit laborem, *hat dir allein es überlassen, (has left it to thee alone.)* αὐτῷ νίκην πᾶσαν ἐπέτρεψας; ei victoriam totam reliquisti? Φ, 473, *hast du ihm den sieg völlig überlassen? (hast thou left the whole victory to him?)* παισὶν ἐπιτρέψειαν ἕκαστος κτήματα ἐν μεγάροισιν, η, 149, liberis suis mandent et relinquant quisque opes suas; quod pertinet inter faustissima fortunæ. σύ γε ἐλθὼν αὐτὸς ἐπιτρέψειας ἕκαστα δμῳάων (ἐκείνῃ) ἥτις ἀρίστη, ο, 24, tu ipse veniens domum committere potes omnia ei inter ancillas, quæ optima est. ergo ἐπιτροπὰς est, ᾧ ἕκαστα ἐπιτέτραπται: nam passive notat id nomen. θεοῖς μῦθον ἐπιτρέψαι, diis rem committe, infin. pro imperat. χ, 289, ἀνάθες, *überlass Gotte die sache, (leave the matter to God.)* sic et φ, 279. ἔχε σιγῇ μῦθον, ἐπίτρεψον δὲ θεοῖσιν, τ, 502, *befiel die sache Gott und halte sie verschwiegen, (commend the matter to God and keep it secret.)* νεκρὸν ἐπιτράπετε (ἐκείνοις) ὅσοι ἄριστοι, mortuum permittite curandum illis qui fortissimi sunt, Ρ, 509, et est imp. aor. 2. a. σοὶ θυμὸς ἐπετράπετο εἴρεσθαι ἐμὰ κήδεα, tibi animus tuus mandavit ut quæreres labores meos, τ, 12, ἐπέτρεψε, vel, tibi animus tuus ad id versus est ut interrogares. Ὥραις ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς, Ε, 750. Θ, 394, Horis, anni temporibus, commissum est cœlum. ᾧ λαοί ἐπιτετράφαται, Β, 25, cui tot homines commissi sunt curandi; de rege supremo: ionice pro ἐπιτέτραφνται, pro quo Atticus dicit, ἐπιτετραμμένοι εἰσί. nam rex est ἐπίτροπος λαοῦ, cui populus mandatus est curandus. ἐπίτροπος οἴκου est ὁ οἰκονόμος ᾧ τὰ περὶ οἴκου οἰκονομεῖν ἀνατέθειται: ergo regi ἀνάκειται τὰ τοῦ λαοῦ ὡς οἷα ἐπιτρόπῳ καὶ ἐπιμελητῇ. sic Nestor, loco ex Κ, 79, citato, οὐκ ἐπιτρέπει ἑαυτὸν γήραϊ, i. e. οὐ παραχωρεῖ τῷ γήρατι ἐξουσιάζειν καὶ ἐπιτροπεύειν αὐτοῦ. et Automedon loco ex Ρ, citato vult, ἐπιμελητέον μὲν καὶ τοῦ νεκροῦ, μὴ ἀμελητέον δὲ μηδὲ τῶν ζώντων. ἐπιτρέπειν τινὶ, apud Atticos est, arbitrum et judicem capere aliquem. Aristoph. Vesp. 519.

ἐπιτρέχω, (Τρέω) incurro, contra curro, currendo insequor. ἅρματα ἵπποις ἐπέτρεχον, Ψ, 504, i. e. ἐλαφρῶς ἔτρεχον, καὶ ὡς οἷον ἔμψυχα τοῖς ἵπποις συνέτρεχον ὡς εἴ περ μὴ ἕλκοντο: vel et, ἐπιπολῆς ἔτρεχον, in superficie pulveris supercurrebant leviter, *rolleten drüber weg uber den boden, (rolled along over the ground.)* ἀσπὶς ἄϋσεν ἐπιθρέξαντος ἔγχεος, Ν, 409, clypeus resonabat hasta stringente eum in transcursu, vel, hasta incurrente in clypeum.

ἐπιτροχάδην, (Τρέω) adverb. transcursim, strictim. Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε, Γ, 213, coll. 214, παῦρα μέν. ut ergo Laconicus mos, multa breviter et summatim dicendi significetur; si quis capita quasi rerum perstringit verbis, nec nimis ample omnia explicat, velut si rota currat per superficiem, nec altum vestigium findat, aut diu moretur: κεφαλαιωδῶς, ταχέως, ἐσπευσμένως ἐκ τοῦ ἐπιτρέχειν τὰ πολλά. sic, ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει, quam volubiliter et breviter multa et celeriter loquitur parasitus iste, σ, 26. σπουδαίως καὶ κατ' ἐπιδρομήν.

ἐπιφαίνω, (Φάω) apparere facio super, illustro totum, μάχη δὲ πᾶσα ἐπεφαάνθη, (aor. 1. pass. quasi ab ἐπιφααίνω) illustrabatur tota pugna a sole, ut ubique conspici posset, Ρ, 650.

ἐπιφέρω, (Φέρω) infero, super fero, *ich bringe drüber, (I bring upon.)* ἐπέφερον ἀλλήλοισιν ἄρηα, inferebant sibi invicem martem, i. e. pugnabant, Γ, 132. sic, ἐπιφέρειν Τρωσὶν

ἄορι, adgredi eos ferro, Θ, 516. Τ, 318. ἰχθύσι ἐπιφέρουσα κῆρα, Ω, 82, de hamo, qui infert piscibus mortem. ὅστις ἐπιφέροιτο νηυσὶ σὺν πυρὶ, quisquis inferret se contra naves cum igne, Ο, 743, i. e. πῦρ φέροι ἐπὶ νῆας.

ἐπιφθονέω, f. ήσω. (Φάω) sum malevolus contra aliquem, denego alicui. ᾧ δέ κε ἐπιφθονέῃς, cui vero invides et non benevole præbes, λ, 148, sc. potum sanguinis apud inferos. verbum Germanicum, *gönnen, (to wish well,)* a quo est *vergünnen, (to indulge,)* est oppositum τῷ φθονεῖν Græcorum, quod notat *missgönnen, nicht vergönnen, nicht vergünstigung geben, nicht womit begünstigen, (to dislike, to wish ill, not to favour, not to indulge.)* et notio illa specialis invidiæ κατ' ἐξοχὴν non necessario adhæret verbo Græco.

ἐπιφλέγω, (Φλέω) totum accendo et incendo et uro. πῦρ ἐπιφλέγει ὕλην, ignis comburit omnem sylvam, Β, 455. ὄφρα τοῦτον (νεκρὸν) ἐπιφλέγῃ πῦρ, ut hunc totum comburat ignis, Ψ, 52.

ἐπιφράζομαι, vide sequens, et sub νοέω, paullo a medio.

ἐπιφράζω, (Φράω) indico, indico, admoneo. ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι, ibi enim illis dixi ut congregarentur, Κ, 127. εἴ τινα αὐτῷ παρὰ Ζηνὸς θεοπροπίην ἐπέφραδε μήτηρ, si quam ei a Jove prædictionem divinam indicavit mater, Λ, 794. Π, 37, σοί. et 51, μοί. κῆρυξ ἐπέφραδε χερσὶν ἑλέσθαι τὴν φόρμιγγα, Θ, 68, præco admonuit cæcum eum musicum, et indicavit ei locum ubi penderet cithara, ut eam deinde, si vellet, manibus suis sumere inde posset. ἡ δὲ πατρὸς δῶμα, et ea statim monstravit illis domum patris sui, κ, 111. et 549, δὴ γάρ μοι Κίρκη, sane enim ea me admonuit. sic et ο, 423, πατρὸς δῶμα. est a. 2. a. ab ἐπιφράζω. possis tamen credere, esse eundem aor. 2. a. a simplici φράζω, cum augmentis Ionicis tribus. sed novam verbi formam πεφράδω, factam a perf. med. πέφραδα, quod alias Græcis insolens non est, comminisci, non videtur necessarium. *Forma media* notat, cogito, molior, ὑμῖν δ' ἐπιφράσσεται (fut. 1. m. cum Sigma poëtice duplicato) ὄλεθρον, nam is vobis struet mortem, σ, 443. δόρυ οὔτις ἐπεφράσατο οὐδὲ νόησε μηροῦ ἐξερύσαι, nemo cogitavit nec in mentem ei venit hastam extrahere ex femore, Ε, 665, ubi quidem re vera idem notat utrumque: differunt tamen et quandoque inter se, ut ἐπιφράσασθαι sit, βουλεύσασθαι καὶ χρόνον τινὰ τρίψαι τῇ καταλήψει, *nachdenken, (to consider;)* νοῆσαι vero, τὸ δίχα βουλῆς (sine longa consultatione) ἀχρόνως οἷον et ex tempore, δέον καταλαβεῖν, *drauf fallen, (to hit upon.)* apud poëtam esse utrumque idem, patet ex Θ, 94, Ἀλκίνοος δέ μιν οἶος ἐπεφράσατο ἠδ' ἐνόησεν, is autem solus eum animadvertit. sic et 533. οὐδέπω ἐπεφράσω, Φ, 410, ne adhuc quidem sensisti, animadvertisti. ἔνθεν δ' ἂν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλὴν, Ν, 741, ibi enim sane omnem deliberationem disspicere poterimus. ὡς ἐπιφρασσαίατο βουλὴν, Β, 282, ut intelligerent et cognoscerent voluntatem et consilium regis; ubi ν penultimum ionice mutatum in α. sic, σ, 93, ἵνα μή μιν Ἀχαιοὶ, ne nobiles illi proci eum intelligerent et animadverterent cogitando, *dass sie ihn nicht entdecken und erkennen möchten, (that they might not know him.)* in media illa simulatione. οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράσθης ἀγορεῦσαι, ε, 183, qualem tandem istum sermonem induxisti in animum proloqui? commentus es?

ἐπιφρονέω, (Φέρω) accurate adverto mentem, intelligo sapienter. ὡς σὺ αὐτὴ ἐπιφρονέουσα ἀγορεύεις, τ, 385, sicut tu ipsa accurate advertens et animadvertens dicis, *wohl anmerkend und warnehmend, (attentively watching and observing.)*

ἐπιφροσύνη, ης. ἡ. (Φέρω) prudens cura et cogitatio et advertentia animi. εἰ μὴ ἐπιφροσύνην ἔδωκεν Ἀθήνη, ε, 437, nisi advertentiam indidisset animo ejus Minerva, i. e. nisi ipse prudenter animadvertisset, quid esset cavendum et faciendum; *eine in acht nehmung und vorsicht, (care and caution.)* αἲ γὰρ δή ποτε, τέκνον, ἐπιφροσύνας (*vorsorge*) (*care*) ἀνέλοιο, (curas prudentes suscipere velles) οἴκου κήδεσθαι καὶ κτήματα πάντα φυλάσσειν, τ, 22, ubi apparet, esse τὴν πλείονα φρόνησιν: vel et τὴν ὕστερόν ποτε, ut ἐπίφρων opponatur τῷ πρόφρονι, sicut ὁ Ἐπιμηθεὺς τῷ Προμηθεῖ. potest et simpliciter notare τὴν φρόνησιν, curam, ut præpositio abundet, sicut in ἐπιβουκόλος, ἐπίουρος, quanquam in his tamen superioritatem et præfecturam aliquam notat.

ἐπίφρων, ονος. ὁ ἡ. (Φέρω) advertens mentem ad aliquid cum cura. nam ἐπὶ sæpe intendit significatum, et est idem quod περίφρων. νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ, *mit verstande und sorgfaltigem rathe, (with understanding and discretion,)* γ, 128, conf. νόος. χεῖράς τε αἰχμητὴν εἶναί σε, καὶ ἐπίφρονα (κατὰ) βουλὴν, semper audivi, te O pater mi esse strenuum manu, et prudentem consilio, π, 242, nam epitheton respicit τὸ, σέ. aliter est τ, 326, ἀλλάων περίειμι νόον καὶ ἐπίφρονα μῆτιν, alias mulieres supero quod attinet sensum animi et prudentiam accuratam. θεοὶ δύνανται ἄφρονα ποιῆσαι καίπερ μάλα ἐπίφρονα ἐόντα, ψ, 12.

ἐπιχειρέω, f. ήσω. (Χάω) manum admoveo, χεῖρας ἐπιβάλλω, *ich lege hand an, (I lay hands on.)* οἱ μὲν δείπνῳ ἐπεχείρεον, ω, 385, i. e. ἤρξαντο δειπνεῖν. et 394, δηρὸν γὰρ σίτῳ ἐπιχειρήσειν μεμαῶτες ἐμίμνομεν, diu enim exspectabamus, cupidi manus admovere pani.

ἐπιχέω et ἐπιχεύω, (Χάω) superfundo. ἐπέχευε σῆμα, superfudit tumulum, Ζ, 419, pro ἐπέχεσε, i. e. διὰ χώματος ὑψηλοῦ ἐσήμανε τὸν τόπον τῆς ταφῆς. quod Sophocles dicit, τάφον χῶσαι, i. e. ἀναχωματίσαι. unde et τὰ χώματα dicta. βέλεα Τρῶες ἐπεχέοντο, contra eum superfundebant jacula, quasi imbrem aliquem, Θ, 158, 159. hinc Herodotus habet νέφος βελῶν,

ὑφ' ᾧ, ὡς ὑπὸ σκιᾷ, ἐχρῆν μάχεσθαι. sic, δούρατα ἐπέχευαν Τρῶες, hastas super et contra fuderunt, E, 618, ubi quoque τῇ τοῦ ὄμβρου καταφορᾷ comparat multitudinem conjectarum hastarum. τοῖς ὕπνον ἔπεχευεν (extruso Sigma) Ἑρμῆς, Ω, 445, ut notetur τὸ ὑγρὸν τοῦ ὕπνου. Mercurius vero h. l. est certus ille homo, quo Achilles utebatur internuntio inter se et Priamum, et custode et deductore ejusdem; qui vigiles sua præsentia et auctoritate, nam ex ducibus aliquis erat, velut sopiebat, ne quærerent quis jam cum duce suo ingrederetur castra. sic, θεοί μοι γλυκὺν ὕπνον βλεφάροις ἐπέχευαν, μ, 338. ἐπέχευε ὕπνον, β, 395. ε, 492. υ, 54. ὕπνον χεύῃ ἐπὶ βλεφάροις, pro ἐπιχεύσῃ, Ξ, 165. ἐπιχυθείη, τ, 590, superfunderetur somnus oculis. χέρνιβα ἐπέχευε προχόῳ, aquam ad manus lavandas superfudit ex vase, α, 136, δ, 52. η, 172. ο, 135. ρ, 91. et id faciebat honesta ἀμφίπολος. sic, χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι pro ἐπιχεῦσαι, per ταμίην, Ω, 303. χερσὶν ἐφ' ὕδωρ χευάντων, attice pro ἐπιχευσάντωσαν, δ, 214, coll. 216, ἐπέχευε. ἀνέμων ἀϋτμένα ἐπέχευε, γ, 289, ventorum flatum immisit; quod notat ὑγρότητα τῆς ἀϋτμῆς. cæterum hoc verbum non est repetendum, 290, ad κύματα, sed ibi ἐξ ἀναλόγου subintelligendum aliud, e. c. ἤγειρεν, ἢ ἐκορύφωσε. nam regula est prisca, verbum unum in duobus commatibus aut inter duo substantiva, non semper literaliter pertinet ad utrumque. χυτὴν ἐπέχευαν γαῖαν, Ψ, 256. γ, 258. πολλὴν δ' ἐπεχεύατο ὕλην, multam superstravit materiam, ligna, ε, 257. et 487, χύσιν ἐπεχεύατο φύλλων, copiam foliorum super instravit sibi cubanti. οἱ δ' ἐπέχυντο, pro ἐπεκέχυντο, illi contra infundebantur, irrumpebant, O, 654. Π, 295. ἐπικέχυται λιμέσιν καὶ ἀκταῖς ἁλὸς, supereffusa est nix super portus et littora maris, M, 284.

ἐπιχθόνιος, ὁ ἡ. (Χάω) in terra et supra terram versans. κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων ἀνδρῶν, A, 266. et 272, οἳ νῦν βροτοί εἰσιν ἐπιχθόνιοι. τῷ οὔτις ὁμοῖος ἐπιχθονίων ἐγένετο ἀνὴρ, B, 553. sic, πόληες ἀνθρώπων, civitates, Δ, 45. ὃς κάρτιστος ἀνδρῶν, I, 554. εἰ μὲν γάρ τις ἄλλος ἐπιχθονίων με κέλευεν, Ω, 220. et 505, ἔτλην δ' οἷα οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος. εἴ πέρ τις ἀνθρώπων, α, 167. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν, θ, 479. τινὸς ἐπιχθονίων, ρ, 115, ab ullo in terris versante. τοῖος νόος ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἦμαρ, σ, 135. οὔτινα γὰρ τίεσκον (æstimabant) ἀνθρώπων, χ, 414. ἐπιχθονίοισιν ἀοιδὴν, ω, 196, et hæc est mens totius Odysseæ. cæterum hoc nomen, ut vidimus, sæpe substantive, sicut βροτός.

ἐπιχράω, f. ήσω. (Χράω) cum impetu hostili invado et ingruo. ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον ἢ ἐρίφοισι, Π, 352, nam sicut lupi irruere solent in agnos aut hædos. et 356, ὣς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον, sic Danai irruebant in Trojanos, eosque vulnerabant occidebantque. μητέρι μνηστῆρες ἐπέχραον, β, 50, matrem meam invaserunt proci, ἐπέπεσον, ἐβάρυναν, et quasi ἐν χρῷ ἐγένοντο, *sind ihr auf den hals gerathen, (have come upon her.)* sic Herodotus, VI, 75, ἐνέχρασεν εἰς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον, irruere fecit baculum in faciem, i. e. ἔπληξε τῷ σκήπτρῳ τὸ πρόσωπον. et verbum ἐγχράω etiam in passivo apud eundem sic ponitur. e. c. VII, 145, πόλεμοι ἐγκεχρημένοι πρὸς ἄλλους, bella conserta cum aliis populis.

ἐπιχρίω, (Χράω) inungo. ἐπιχρίοντες (τὸ τόξον) ἀλοιφῇ, inungentes arcum corneum adipe liquefacto, φ, 179. χρῶτα ἀπονίπτεσθαι καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ, ut lavem corpus meum, et inungam me oleo, σ, 178, inquit Penelope. et 171, χρῶτα ἀπονιψαμένη, καὶ ἐπιχρίσασα παρειὰς, et inungens tibi genas.

ἐπιψαύω, f. αύσω. (Ψάω) superficiem contingo. et intransitive, sentio leviter, *ich habe gefühl und empfindung, gelinde, (I feel slightly.)* quanquam prior notio etiam loco Homeri locum habet, θ, 547, ἀνέρι, ὅστε ὀλίγον (adverbialiter) ἐπιψαύει πραπίδεσσιν, viro qui vel paululum et leviter contingit et degustare quasi potest res pectore suo et mente; ut genitivus rei contingendæ et percipiendæ sit omissus, et est circumlocutio ἀνδρὸς φρονίμου.

ἐπιωγή, ῆς. ἡ. (Ἔω) locus ubi quis a vento tegitur. τόπος ἀνέμου σκέπην ἔχων, ἔνθα πνοὴ ἄγνυται μὴ δυναμένη προϊέναι, *schutz vor dem gehenden winde, (shelter from the wind.)* οὐ γὰρ ἔσαν λιμένες, οὐδ' ἐπιωγαὶ, ε, 404, *buchten die vor den winden gesichert sind, (bays that are sheltered from the winds.)*

ἔπλε, ἔπλεο, ἔπλετο, ἔπλευ, vide sub ΠΕΛΩ, aliquanto a fine.

ἔπληντο, vide sub πελάω.

ἐποίχομαι, (Ἔω) obeo, curo. accedo amice, invado hostiliter. nam ἐπὶ notat super, et ad, et contra. οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο κῆλα θεοῦ, sagittæ dei invadebant prius jumenta, A, 50. et 383, ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο πάντη ἀνὰ στρατὸν, volabant sagittæ dei ubique per castra. ὁ δὲ Κύπριν ἐπῴχετο χαλκῷ, Venerem invasit ferro, E, 330. νηῶν ἴκρια ἐπῴχετο, super tabulatis navium vadebat, O, 676, coll. 685. Αἴας γὰρ μάλα πάντας ἐπῴχετο, apud omnes obibat, ut dux, P, 356. κῆρυξ δὲ αὐτοῖς οἰνοχοεύων ἐπῴχετο, α, 143, præco circuibat ad singulos, vinum infundens eis. et 324, μνηστῆρας ἐπῴχετο, ad eos accessit. πάσας δ' ἄρ' ἐπῴχετο, omnes phocas obibat, et lustrabat oculis, accedens ad singulas, δ, 451. πάντοσε ἐποιχόμενος, undique circumiens, E, 508. Μυρμιδόνας δ' ἄρ' ἐποιχόμενος θώρηξεν Ἀχιλλεὺς, Π, 155, obiens armari jubebat eos. et 496, 533, πάντη. ὤτρυνεν δὲ ἔπεσσιν ἕκαστον, ἐποιχόμενος, P, 215, incitabat quemque verbis, circumiens. ὃν Ἀπόλλων ἐποιχόμενος βελέεσσιν κατέπεφνεν, Ω, 759, quem Apollo invadens sagittis suis, interfecit, i. e. qui subita morte, nullo prævio morbo, mortuus est. sic et γ, 280. ο, 410. αὐτόν τε κέλευε αἰτίζειν, μάλα πάντας ἐποιχόμενον μνηστῆρας, accedentem ad omnes, obeuntem apud omnes, ρ, 346, 351. ἐπεὶ ἴδον Ἕκτορα ἐποιχόμενον στίχας ἀνδρῶν, postquam viderunt eum, obeuntem or-

dines et cohortes, ο, 279. πάντη ἐποιχόμενοι, ut duces copiarum obeuntes undique copias suas, Ζ, 81. Κ, 167, undique per castra. et 171, τῶν κέν τις ἐποιχόμενος, horum aliquis circumiens apud duces reliquos, vocare eos posset. οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας, Ξ, 381, obeuntes omnes. ἣ μὲν ἐποιχομένη ἔντυεν ἵππους, accedens instruxit equos, *gieng hin und schirrete die pferde an, (went and harnessed the horses.)* Ε, 720. Θ, 382. Ἄρτεμις ἐποιχομένη κατέπεφνε, ε, 124, nam fœminarum subitæ mortes, nullo prævio morbo, Dianæ tribuuntur, ut virorum Apollini. sic λ, 172, 198. βέλτερον, εἰ κ' αὐτή περ ἐποιχομένη πόσιν εὗρεν ἄλλοθεν, melius est, si ipsa obiens vel circumiens et accedens maritum invenit aliunde, ζ, 282, ironice. ἱστὸν ἐποιχομένη, telam obiens, ε, 62, ubi sermo de Calypso. nam ἱστὸν ἐποίχεσθαι καὶ ἀείδειν, οὐκ ἀγεννὲς ἐνδόξοις γυναιξίν. sic κ, 222, de Circe; 226, 254. Α, 31, de Chryseide. et ἱστὸν ἐποίχεσθαι est, ὑφαίνειν, texere: ἑστῶσαι γὰρ καὶ ἐπιπορευόμεναι ὕφαινον αἱ ποιούμεναι τὴν ἱστουργίαν, διὰ τὴν τῶν ὑφαινομένων πλατύτητα, πρώτη δέ τις Αἰγυπτία γυνὴ καθεζομένη ὕφαινεν· ἀφ' ἧς καὶ Αἰγύπτιοι Ἀθηνᾶς ἄγαλμα καθημένης ἱδρύσαντο. alibi possumus et ἐποιχομένην intelligere, τὴν ἐπιστατοῦσαν ταῖς ὑφαινούσαις, καὶ ἐπισκεπτομένην αὐταῖς καὶ περιϊοῦσαν: sed id non his locis Homericis. apud eum est γυναικεῖον, texere; viri non texunt. κέλευε ἀμφιπόλοις, ἔργον ἐποίχεσθαι, Ζ, 492. α, 358. φ, 352, ad opus suum accedere jube ancillas: opus suum obire. δόρπον ἐποίχεσθαι, ad cœnam accedere, eamque parare, ν, 34, vel simpliciter, ad cœnam ire domum. οὐκ ἐθελήσει ἔργον ἐποίχεσθαι, ς, 227, opus rusticum facere. σ, 362. Θρήϊκας ἄνδρας ἐπῴχετο Τυδέος υἱὸς, Κ, 487, invadebat eos ferro, coll. 486, ubi verbum ἐνόρουσεν ejusdem est significatus, sc. φονικῶς. πάσας γὰρ (πύλας) ἐπῴχατο, Μ, 340, i. e. ἐπεπορεύθησαν Τρῶες, ad omnes castrorum Græcorum portas invadebant et urgebant Trojani, perrupturi: et est tertia plural. plusquamp. pass. deponentialiter, pro ἐπῴχηντο (ab ἐποιχέομαι, f. ήσομαι) ionice mutato ν in α, ἐπῳχήατο, et per syncopen extruso η, ἐπῴχατο. possis et ab ἐποίχω, f. ξω, deducere, cujus p. a. esset ἐπῷχα, p. p. ἐπῷγμαι, plusq. p. ἐπῴγμην, cujus 3. pl. ἐπῴχντο ionice fit ἐπῴχατο, sine ulla syncope. alii h. l. legunt ἐπώχατο, sine subscripto Iota sub ω, et exponunt, δι' ὀχέων (ab ὁ ὀχεὺς, i. e. μοχλὸς) ἠσφαλίσαντο πάσας πύλας κλείσαντες οἱ Ἀχαιοὶ, nam multæ erant portæ in muro; ut verbum sit ἐποχέω, pessulum obdo, et plusquamperf. pass. deponentiale eadem sit formatum ratione Ionica. Sed ista novitas non videtur necessaria. alii legunt ἐπῴχετο, et referunt ad ὁ κτύπος, sonus omnes portas obibat: quod est multo etiam improbabilius

ἐποίω, (Οἴω) infero, contra fero. οὔ τις σοὶ χεῖρας ἐποίσει, nemo tibi manus violentas inferet, Α, 89. οὐκ ἔστι οὗτος ἀνὴρ οὐδὲ ἔσσεται, ὅς σῷ υἱεῖ (filio tuo) χεῖρας ἐποίσει, π, 438.

ἐπομόω, f. όσω. (Νέμω) jurejurando adfirmo, καταφατικῶς ὀμνύω. conf. notata ad ἀπομόω: deinde in genere, adjuro, *ich schwöre dazu oder darauf, (I swear.)* ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι, Α, 233, pro ἐπομοῦμαι, fut. 2. med. adjungam magnum jusjurandum: et jurat ibi per sceptrum suum, quod nunquam revirescet; ligneum ergo fuit. eadem verba in alio contextu sunt; et Ι, 132. et 274, ἐπομεῖται. sic, Φ, 373, ἐγὼ δ' ἐπὶ καὶ τόδ' ὀμοῦμαι. σοὶ ἐρῶ, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι, υ, 229, tibi id dicam, addito jurejurando sancto. quibus locis juratur pro veritate. αὐτὰρ ὅγ' ἠρνεῖτο στερεῶς, ἐπὶ δ' ὅρκον ὄμοσσεν, pro ἐπώμοσεν, Ψ, 42. ἡ συνωμοσία notabat olim simpliciter, quando multi idem jurabant, συμπνοιαν ἔνορκον: postea in malo sensu de conjuratione positum nomen, ut notaret φατριασμὸν στασιωτικὸν, unde ὁ συνωμότης, ου, est ὁ κατὰ τοῦ δήμου ἀνιστάμενος. ἡ ἀντωμοσία est δίκη ἀντωμοσμένη: προώμνυε γὰρ ὁ διώκων, δικαίως κατηγορεῖν, quod et dicebatur ἡ κατωμοσία: ἀντώμνυε δὲ ὁ φεύγων, ἀδίκως ἐγκαλεῖσθαι. ὑπωμοσία est, ἀπόδοσις αἰτίας, δι' ἣν οὐκ ἀπήντησέ τις πρὸς τὴν δίκην. ἐξωμοσία, quando quis jurabat ἀδύνατος εἶναι ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, qui ejurabat copiam.

ἐπομφάλιος, ου. ὁ ἡ. (Φάω) umbone præditus. σάκος ἔβαλε μέσον ἐπομφάλιον, Η, 267, ubi alterum per alterum explicatur, ὡς τῆς ἀσπίδος ἐν τῷ μέσῳ ἐχούσης ὀμφαλόν.

ἐποπίζομαι, f. ίσομαι. (Ἕπω) respecto secuturum, revereor, vereor vindictam divinam secuturam, idem ac ὀπίζομαι, q. v. Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν, Jovis reverere iram, ε, 146, coll. 147.

ἐποπτάω, f. ήσω. (Ἕπω) masso. ἐπώπτα ἔγκατα πάντα, μ, 363, et est idem quod simplex. conf. ἔγκατα.

ἐποπτεύω, (Ὄφ) inspicio, præsum spectator operæ, *ich habe aufsicht, (I superintend.)* ἔργα τ' ἐποπτεύεσκε, opera ut præfectus inspiciebat, π, 140, ionice, pro ἐπώπτευε, quod est idem ac, ἐπὶ ἔργα ἰδεῖν, *aufsicht über die arbeiter haben, (I superintend the workmen or labourers.)*

ἐπόπτομαι et ἐπιόπτομαι, (Ὄφ) inspicio, et spectando eligo, ἀκριβῶς ἐπισκέπτομαι, nam ἐπὶ, sicut περὶ, sæpe intendit significatum. *ich sehe sorefaltig an, (I look attentively at.)* τοὺς ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι, Ι, 167, hos sane ego disspiciam et eligam, *die will ich dazu ersehen, (I will select those,)* ad legationem hanc eundam, *will aussehen, (will look out,)* διακρινῶ, ἐπιλέξομαι. sic et β, 294, τάων μέν τοι ἐγὼν ἐπιόψομαι, ἥτις ἀρίστη, ex iis navibus tibi seligam inspiciendo, quæ est optima, πάνυ προσεκτῶς περιβλέψω. extra hanc disspiciendi et seligendi notionem, in qua est ἐπιόπτομαι, ponitur solum ἐπόπτομαι, inspicio, adspicio. σὺ δ' ἐπόψεαι αὐτοὺς φεύγοντας, et tu spectabis eos fugientes, Ξ, 145. σοῖσιν δ' ὀφθαλμοῖσιν ἐπόψεαι, tuisque oculis videbis et spectabis, υ, 234, interfici procos, si redierit Ulysses. ᾤχετο ἐποψόμενος κακοΐλιον, abiit visurus malum Ilium, τ, 260, 597.

ψ, 19. Ῥαδάμανθυν ἦγον, ἐποψόμενον Τιτυὸν, η, 324, naves vexerunt eum, ut videret Tityum. In specie ἐπόπτειν et ἐποπτεύειν dicuntur initiati jam, quibus spectare licet mysteria. Aristoph. Ran. 757. et hi dicuntur ἐπόπται, spectatores sacrorum mysticorum.

ἐπορέγω, f. ξω. (Ῥέζω) præbeo. εἴπερ ἂν Ζεὺς ἐπὶ Τυδείδῃ κῦδος ὀρέξῃ, pro ἐπορέξῃ, E, 225. et 335, ἔνθα, ἐπορεξάμενος Τυδέος υἱὸς, i. e. ἐκταθεὶς καὶ ἀναπηδήσας, cum extenderet se, et in altum adsiliret: et sic tamen vix attingeret manum deæ.

ἐπορνύω et ἐπόρνυμι, (Ὄρω) insurgo contra, ruo contra. it. active, concito, commoveo. ἤδη γάρ οἱ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ, O, 615, jam enim in eum concitabat et accelerare faciebat Minerva fatalem diem. ἐπὶ δ' ὤρνυε πάντας ἑταίρους, et concitabat contra eum omnes suos socios. φ, 100. ἐπὶ δ' ὤρνυτο δῖος Ἐπειὸς, irruebat in eum celeriter, Ψ, 689. et 759, Ὀδυσσεὺς, concito cursu sequebatur eum Ulysses.

ἐπορούω, (Ὄρω) accurro contra, vel, ad. nam non πολεμικῶς solum notat, sed et προσηνῶς et amice. αὐτὰρ ὁ ἂψ ἐπόρουσε, sed is iterum irruit contra, Γ, 379. Φ, 33. οἱ δὲ, λύκοι ὥς, ἀλλήλοις ἐπόρουσαν, Δ, 472, sic, ἐπ' ἀλλήλοισι, Ξ, 401. Π, 430, κεκλήγοντες, cum clamore irruebant in se invicem, ὥρμησαν κατ' ἀλλήλων, πολεμικῶς. Αἰνείᾳ δ' ἐπόρουσεν Διομήδης, E, 432. et 436, τρὶς μὲν ἔπειτα ἐπόρουσεν, er setzete dreymal an, (thrice he rushed upon.) sic et Π, 784. Υ, 445. sed, Τυδείδῃ δ' ἐπόρουσε θεά, Ἀθήνη, E, 793, ubi est pro, εἰς αὐτὸν ἦλθε ταχέως, accurrit ad eum, benevole nimirum. ἀλλ' ἐπόρουσε Κόωνι, Λ, 256, i. e. πολεμικῶς ἐφώρμα. et 579, Εὐρύπυλος δ', acceleravit, ad spoliandum cæsi hostis corpus. Αἰνείας δ' ἐπορούσας, N, 541, irruens in eum. et 550, Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, ad spoliandum. τῷ δὲ Μέγης ἐπόρουσε, O, 520. et 225, Δόλοψι. et 579, Ἀντίλοχος, κύων ὥς. et 726, μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισιν ὄρουσαν. Μάρις Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε, Π, 320. et 330, Αἴας ἐπορούσας. ἅρμα ἐπορούσας, in currum suum insiliens, P, 481. ἐμμεμαὼς ἐπόρουσεν, Υ, 284, 442. τῷ δ' Ἀχιλεὺς, Φ, 144, et 392, πρῶτος Ἀθηναίῃ, primus Minervam hostiliter invasit. Πηλείδης δ', X, 138. ἐπὶ δ' ὕπνος ὄρουσεν, somnus invasit eum, Ψ, 232. ψ, 343.

ἐπόρω, f. ἐπόρσω. (Ὄρω) concito contra, suscito. ὦρσεν ἐπὶ σῦν, i. e. ἐπῶρσεν αὐτῷ, I, 535. ἐπὶ δὲ Ζεὺς ὦρσεν ἀνέμου θύελλαν, M, 252. et 293, τὸν Ζεὺς ὦρσεν ἐπ' Ἀργείοισιν. ὅς οἱ ἐπῶρσεν Ἕκτορα, qui Hectorem contra eum incitavit et immisit, P, 72. ὅς μοι ἐπῶρσε μένος, excitavit robur meum, Υ, 93. X, 204. ἤ σφιν ἐπῶρσεν ἄνεμον, contra eos excitavit, ε, 109. et 366, ὦρσε δ' ἐπὶ μέγα κῦμα Ποσειδάων, pro ἐπῶρσε. et 385. κραιπνὸν Βορέην, vehementem Boream immisit iis. σὺν μοι Ποσειδάων, η, 271. ζαῆν ἄνεμον, μ, 313. τῇ τις θεὸς ὕπνον ἐπῶρσε, immisit ei somnum, χ, 429, ut ergo non semper incommodum notetur hoc verbo. Ἀχαιοὶ οἶον (i. e. μόνον τινὰ τῶν Ἑλλήνων), ἐπόρσειαν (surgere facerent, aor. 1. opt. a. attice) πολεμίζειν Ἕκτορι, ad pugnandum cum Hectore solo, H, 42. ἐπορσάν οἱ Ἀθήνην, immitte ei, E, 765, imp. a. 1. a. ἐπόρομαι, cieor contra vel super. ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄροντο, pro ἐπώροντο, viri boni consurgebant, sc. ad ministrandum, γ, 471. sic, ἐπὶ ὄρονται, custodiam vigilem et attentam de iis habent, ξ, 104, excitant ipsi se ad curam pro capris. vides ergo, quod ἡ ὥρα, et ὁ οὖρος, custos manifesto ad hoc thema, ὄρω, pertineat. ἐπῶρτο (pro ἐπώρετο) Ἀχιλῆϊ, insurgebat contra eum, Φ, 324. ὦρτο δὲ ἐπὶ λιγὺς οὖρος, surgebat ventus, γ, 176, et quidem ad commodum ipsorum. ἐπὶ δ' ἀνὴρ ἐσθλὸς ὀρώρει, pro ἐπορώρει, plusqu. m. Ψ, 112, ut præfectus curam horum agebat et incitabat eos: ubi rursus est notio paullo ante notata.

ἔπος, εος. τὸ. (Ἔπω) verbum, *ein wort, (a word.)* λόγοι constant ἔπεσι, orationes verbis: et quia poësis heroica κατ' ἐξοχήν τινα aptam verborum collocationem et electionem quærit: hinc et versus heroicus vocatur ἔπος. οὔπω εἶπας ἐσθλὸν ἔπος, A, 105, verbum et sermonem voto meo aptum. et 361, ἔπος τ' ἔφατο ἔκ τ' ὀνόμαζεν, quæ verba sæpe in poëta occurrunt, per synonymiam priscis usitatam, et in sacris quoque obviam. et 543, εἰπεῖν ἔπος ὅ,ττι νοήσεις, dicere quid sentias. οὔ τοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅ,ττι κεν εἴπω, B, 361, non omnino repudiandum erit quod dixero. et 807, οὔτι θεᾶς ἔπος ἠγνοίησεν, agnovit verbum deæ, sic ut ei obsequeretur. στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν Ἕκτωρ, pollicetur enim Hector se dicturum aliquid, Γ, 83. ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, Δ, 350, quæ phrasis quoque frequens est; et notat dictum temere, aut non cum ratione certa, prolatum. conf. ἕρκος. et hinc est λόγος δραπέτης, sermo fugitivus quasi, qui effugit os ante quam ratio eum satis expenderit. ἔπος τέ μιν ἀντίον ηὔδα, dixit ad eum, E, 170, et 683, ἔπος δ' ὀλοφυδνὸν ἔειπεν, sermonem miserabilem. sic et Ψ, 102. ὁμοκλήσας ἔπος ηὔδα, vociferans dixit, Z, 54. et 253, 406, ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε, manum ejus apprehendit, dixitque. sic Σ, 384, 423. Υ, 7. Ω, 127, 286. β, 302. γ, 374, δ, 610. θ, 291. κ, 280. λ, 246. sic et H, 108. et 375, τόδε πυκινὸν ἔπος. εἰπεῖν, hoc prudens verbum, coll. 394. μήτις πειράτω διακέρσαι ἐμὸν ἔπος, Θ, 8, tentet rescindere. χρὴ φάσθαι ἔπος ἠδ' ἐπακοῦσαι, I, 100, oportet dicere et audire verbum. ὁ δὲ δακρύσας ἔπος ηὔδα, lacrimans dixit, K, 377. et 461, εὐχόμενος, precans. et 540, οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτε ἤλυθον αὐτοί: nondum omnis sermo finitus erat, cum venerunt illi. νῦν δὲ ἔπος ἐρέων, nunc nuntiaturus id, A, 651. et 787, ἀλλ' εὖ οἱ φάσθαι πυκινὸν ἔπος, *ihm ein klug wort auf gute manier sagen, (to give him good advice.)* ἀλαστήσας ἔπος ηὔδα, M, 163, indignatus dixit. et N, 619, εὐχόμενος, glorians. δείδω, μή δή μοι τελέσῃ ἔπος, *mir sein wort halte, (keep his word to me,)* Ξ, 44. et 212, οὐκ ἔστ' οὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι, non licet nec decet tuum verbum recusare. et 218, 232, ἔπος τ' ἔφατ'. et 234, εἰ μὲν δή ποτε ἐμοῦ ἔπος ἔκλυες, si aliquando mihi obtemperasti. et 500. εὐχόμενος ἔπος

ηὔδα, glorians. ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα, lugens dixit, Ο, 114, ubi male legitur προσηύδα. sic et 398. et 206, μάλα τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπες. et 234, φράσομαι ἔργον τι ἔπος τι, excogitabo. et 566, ἐν θυμῷ δὲ βάλοντο ἔπος, pro ἐνεβάλοντο θυμῷ, *nahmen es zu herzen, (laid it to heart.)* ἦ μὲν δή ποτε ἐμὸν ἔπος ἔκλυες εὐξαμένοιο, Π, 236, ubi fortasse legendum ἐμεῦ, sane quidem aliquando me precantem audivisti. et 686, εἰ δὲ ἔπος αὐτοῦ ἐφύλαξεν, si mandatum ejus observasset. αὐτῷ κακὸν ἔπος ἀγγελέων, ei malum nuntium allaturus, Ρ, 701. ἅλιον ἔπος ἔκβαλον, irritum verbum projeci, Σ, 324, i. e. ἐξεθέμην, παρέρριψα. ἔπος τί σοι ἐν φρεσὶ θήσω, Τ, 121; rem aliquam tibi notam esse volo. αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος, Χ, 454, utinam procul ab aure sit mea illa res, quam dictura sum; omen id avertat Jupiter, abominor id quod dictura sum. αἴκε τελέσσῃς τοῦτο ἔπος, si effectui das hoc verbum, Ψ, 544. εἴη κεν καὶ τοῦτο τεὸν ἔπος, fiat id sane, Ω, 56. et 75, ὄφρα τί οἱ εἴπω πυκινὸν ἔπος. et 92, οὐδ' ἅλιον ἔπος ἔσσεται ὅ,ττι κεν εἴπῃ. sic et 224. et 307, φωνήσας ἔπος ηὔδα. et 744, οὐδέ τί μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος. et 767, ἀλλ' οὔπω σεῦ ἄκουσα κακὸν ἔπος οὐδ' ἀσύφηλον, nunquam ex te audivi malum verbum aut contumeliosum. τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων, α, 64, quæ est lenis increpatio, pro: ποῖος λόγος ἐξέφυγε σοὶ τὰ χείλη; ποῖον ἔπος παρέρριψας καὶ οὐ δεόντως εἶπας; sic et γ, 230. ε, 22. π, 492. ψ, 70. οἷος ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε, β, 272. et 304, μή τί τοι ἄλλο ἐνὶ στήθεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε, ne tibi aliud malum aliquam curam in animo excitet, coll. 138—145, nam ad ea, quam ἐμβριθῶς dixerat Telemachus in concione paullo ante, respicit Antinous. εἴποτε σοί πατὴρ ἐμὸς ἢ ἔπος ἠέ τι ἔργον ὑποστὰς ἐξετέλεσσε, γ, 99, si aliquando tibi pater meus aut verbum aut factum pollicitus effecit (sic et δ, 329.) et 226, οὔπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι ὀΐω, nunquam hoc effectum iri puto. et 243, ἐθέλω ἔπος ἄλλο μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι Νέστορα. ὄφρα οἱ ἤ τι ἔπος ὑποθήσεαι ἠέ τι ἔργον, ut eum aut verbo aut facto adjuvares, δ, 163. et 350, τῶν οὐδέν σοι ἐγὼ κρύψω ἔπος, horum nihil te celabo. (sic et ρ, 141.) et 503, εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, nisi impiam vocem emisisset, *ausgesprochen hätte, (had uttered.)* σὺ δὲ ὧδε ἐμοῦ ξυνίει ἔπος, ζ, 289, sic meum verbum probe cape. sic et θ, 241. et 358, οὐκ ἔστ' οὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι. et 408, ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται δεινόν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι. ῥηΐδιόν τοι ἔπος ἐρέω καὶ ἐπὶ φρεσὶ θείω, facile tibi hoc dicam et notum faciam, λ, 145. et 345, Ἀλκινόου δ' ἐκ τοῦδ' ἔχεται ἔργον τε ἔπος τε, *von dem dependiret alles, (on him every thing depends.)* et 347, τοῦτο μὲν οὕτω δὴ ἔσται ἔπος, hæc res sic erit. et 560, ἵνα ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς ἡμέτερον, ubi est synonymia. καί μοι ἔπος ἔμπεσε θυμῷ μάντιος, μ, 266, recordabar. ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα, lugens dixit, ν, 199, καὶ σὺ ἔπος παραπεπτήναιο, *könntest die worte darnach einrichten, (mightest regulate thy words accordingly,)* ξ, 131. et 463, εὐξάμενός (gloriabundus) τι ἔπος ἐρέω, dicam aliquid. et 466, καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ ἄρρητον ἄμεινον, vinum protrudere solet verbum, quod non dictum melius foret. et 509, οὐδέ τί πω παρὰ μοῖραν ἔπος νηκερδὲς ἔειπες, nec ullum impertinens verbum inutile locutus es. ἄλλο δέ τοί γε ἔπος ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο θυμῷ, ο, 27, aliam tibi rem dicam, et tu probe cape eam. et 374, ἐκ δεσποίνης οὐ μειλιχόν ἐστιν ἀκοῦσαι οὔτ' ἔπος, οὔτε τι ἔργον. et 535, αἲ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τετελεσμένον εἴη, *O wenn doch das war würde, (O that this were but true!)* sic et ρ, 163. τ, 309. υ, 236, τελέσειε Κρονίων. οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτε — π, 11. et 69, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες, verbum dolorificum. et 168, ἤδη νῦν σῷ παιδὶ ἔπος φάο. et 469, ὅς δὴ πρῶτος ἔπος σῇ μητρὶ ἔειπεν, qui primus ei id nuntiavit. nam ἔπος sæpenumero *rem* dicendo prolatam designat. νείκεσσεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν ἐκπαγλον καὶ ἀεικές, ρ, 215; s. et 584, οἴην πρὸς ξεῖνον φάσθαι ἔπος ἠδ' ἐπακοῦσαι, solam te, remotis arbitris, cum hospite colloqui, melius est. παιδὶ δέ κεν εἴποιμι ἔπος, τό κε κέρδιον εἴη, σ, 165, filio sane dicere velim aliquid, quod quidem utile esse possit; coll. 170, σῷ παιδὶ ἔπος φάο ὀλοφυδνόν, τ, 362. et 378, ξυνίει. ἔπος φάτο, σῆμα ἄνακτι, verbum loquebatur, omen hero, υ, 111. coll. 115, κρῆνον νῦν καὶ ἐμοὶ δειλῇ ἔπος ὅ,ττι κεν εἴπω, perfice mihi miseræ eam rem quam nunc dixero. ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων δεινόν τ' ἀργαλέον τε, φ, 168, s. et 193, ἔπος τί κε μυθησαίμην, ἦ αὐτὸς κεύθω; φράσθαι δέ με θυμὸς ἀνώγει, *soll ich es sagen, oder soll ichs verschweigen? Doch ich will es sagen, (shall I tell it, or shall I be silent? But I will tell it.)* et 278, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπε. τοῖς δ' Ἀγέλαος ἔειπεν, ἔπος πάντεσσι πιφαύσκων, χ, 131, rem omnibus indicans. sic et 247. et 392, ὄφρα ἔπος εἴποιμι, τό μοι καταθύμιόν ἐστιν, ut ei dicam aliquid quod in animo mihi est et placet. οὐδέ τι προσφάσθαι δύναμαι ἔπος, οὐδ' ἐρέεσθαι, ψ, 106, nec loqui valeo quidquam nec percontari. et 183, θυμαλγές. et 342, τοῦτ' ἄρα δεύτατον εἶπεν ἔπος, hoc novissimum dixit verbum. ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς ἠὲ καὶ ἔργῳ, Α, 395, vel verbo utilis fuisti ei vel facto. et 504, εἴ ποτέ σε ὤνησα ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ. αὐτὸν καταπαύσομεν ἢ ἔπει ἠὲ βίῃ, aut verbo aut vi compescemus eum, Ο, 106. ταύτην δ' οὔτ' ἔπεϊ προτιβάλλεαι οὔτε τι ἔργῳ, hanc nec verbo nec facto attingis, Ε, 879. καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, Α, 201, qui versus sexcenties occurrit in poëta: et cujus accusativus personæ, μιν, i. e. αὐτὸν vel αὐτήν, pertinet ad προσηύδα, φωνήσας vero ad ἔπεα, clara voce eloquens verba: nisi fortasse participium malis absolute positum dicere, et ad ἔπεα velis subintelligere κατὰ, quod attinet ad verba volatilia. ὃς ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη, μὰψ ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν, Β, 213, de Thersite, qui norat animo suo ineptis et multis verbis temere et non ordine conviciari adversus principes. ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον, submissa voce ad se invicem dicebant, Γ, 155. (sic et, πολλά, Ω, 142.)

et 222, ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, ob multitudinem et promtitudinem: copia ergo eloquens laudatur. ὡς ὁ βαρυστενάχων ἔπεα Ἀργείοισι μετηύδα, I, 16, ubi dativus regitur a μετηύδα, loquebatur ad Argivos. καθεζόμενοι, ἔπε' ἀλλήλοισι πίφαυσκον, K, 202, verba invicem dicebant sibi. πρόκλυτα ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων, Υ, 204, olim celebria audientes facta, προηκουσμένας ἱστορίας. ἔπεα ἀθανάτοισι μετηύδα, α, 31, ad deos locutus est Jupiter. ἔπεα πτερόεντα ἀγόρευεν, δ, 189, dixit. sic, ι, 409. ἀείδει ἔπεα ἱμερόεντα βροτοῖσι, θεῶν ἐκ δεδαώς, canit verba suavia et res delectabiles, doctus a diis, ρ, 519. ἔπεα ἀκράαντα φέροντες ὄνειροι, τ, 565, res ad effectum non perducendas. τῶν δ' ὁ γέρων ἐπέων κεχολωμένος ἠδὲ καὶ ἔργων, Λ, 702, ob hæc dicta et facta iratus senex. τέλος ἐπέων ἐνὶ βουλῇ, locus conveniens verborum est in senatu, Π, 630, in opposito ad manus in pugna. δὴν δέ μιν ἀμφασίη (obmutescentia) ἐπέων λάβε, diu eum tenuit, Ρ, 695; ubi ἐπέων fere abundat; nam ἀμφασία (pro ἀφασία) jam est ἡ τῶν ἐπῶν σιγή: nisi forte ἐπέων ad differentiam gemituum additur. sic et δ, 704. ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα, Υ, 249, verborum est latus campus utrimque: multa ἐπὶ ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ verba potest distribuere lingua. σοὶ δ' ἔνι μὲν μορφὴ ἐπέων, λ, 366, i. e. πιθανότης καὶ κάλλος inest verbis tuis: formosa eloquentia est tibi. ἔπεσι, et ob metrum ἔπεσσιν, et ionice ἐπέεσσι. ἐμοὶ ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν, te adjuturum esse me verbis et manu, Α, 77. et 150, πῶς τίς σοι ἔπεσιν πείθηται; quomodo aliquis verbis tuis pareat. et 211, ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, verbis convicia jace. et 304, ἀντιβίοισιν ἐπέεσσι μαχεσσαμένω. et 582, τὸν γε καθάπτεσθαι ἐπέεσσιν μαλακοῖσιν, verbis mollibus eum demulcere stude. et 519, ὀνειδείοις ἐπέεσσιν, contumeliosis. σοῖς τ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρήτυε φῶτα, Β, 164, tuis mitibus dictis cohibe virum. et 277, νεικείειν βασιλῆας ὀνειδείοις ἐπέεσσιν. et 378, ἀντιβίοις μαχεσσάμεθα, verbis vi contra vim oppositis, violentis. ὤτρυνεν δ' γέροντα ἐπέεσσιν, hortabaturque senem his verbis, Γ, 249. et 38, τὸν Ἕκτωρ νείκεσσεν αἰσχροῖς ἐπέεσσιν, i. e. vituperatoriis, quibus non pulcra, sed turpia in eo proferuntur. verba ipsa erant lenia, sed res his verbis involutæ erant turpes. sic et Z, 325. N, 768. κερτομίοις ἐπέεσσιν ἀγορεύων, *mit piquanten worten redend, (speaking in sharp terms.)* Δ, 6. et 233, τοὺς μάλα θαρσύνεσκεν ἐπέεσσιν, confirmabat eos his et talibus verbis. et 241, τοὺς μάλα νεικείεσκε χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν, objurgabat hos iræ plenis verbis. κερτομίοις, Ε, 419. et 893, τὴν μὲν ἐγὼ σπουδῇ δάμνημι (domo et coërceo) ἐπέεσσιν. παρειποῦσα ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὥρμησέν με ἐς πόλεμον, Z, 337, *da sie mir zugeredet hat, (she addressing me.)* δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν ἔπεσσί τε μειλιχίοισι, I, 113. et 376, οὐκ ἔτι ἐξαπάφοιτό με ἐπέεσσιν, non iterum fallet me: nam fieri id potest et ἔργοις. et 522, παράρρητοί τ' ἐπέεσσιν, boni viri sunt exorabiles verbis, *sie lassen sich zureden, (suffer themselves to be persuaded.)* δεξιῇ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι, K, 542. προσαυδήτην βασιλῆα μειλιχίοις, Λ, 137. παρφάμενος ἐπέεσσιν, persuadens ei malitiose, M, 249. et 267, ἄλλον μειλιχίοις ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσιν. et 391, καὶ εὐχετόωτ' (pro εὐχετάοιτο) ἐπέεσσι, gloriari posset. ἐπέεσσι παραιπεπίθουσα κῆρ, verbis persuadens id animo eorum, Ξ, 208. ἡ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα, O, 127, ad Martem se vertit verbis, *adressirete sich an den, (addressed him.)* et 158. ὦκα ἐπέεσσι φίλης ἀλόχοιο πιθέσθην. et 162, εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται. sic et 178, ἐπιπείσεαί οἱ. et 198, ἐκπάγλοις, vehementibus. et 210, χολωτοῖσι νεικείειν. οὔτι Τρῶες ὀνειδείοις ἐπέεσσι νεκροῦ χωρήσουσι, Π, 628, non illi ob contumeliosa et probrosa tua verba a mortuo abscedent; coll. 630, ubi oppositæ sunt χεῖρες. ὤτρυνεν δὲ ἕκαστον ἐποιχόμενος ἐπέεσσιν, Ρ, 215, ubi accusativus pertinet ad participium; et accusativi ad verbum finitum pertinentes sequuntur deinde. εἰ δ' ἂν ἐμοῖς ἐπέεσσι πιθώμεθα, Σ, 273. λευγαλέοις, i. e. ἀπειλαῖς, Υ, 109. et 200, μὴ δή με ἐπέεσσι ἔλπεο δειδίξεσθαι, ne spera te territurum esse me verbis. sic et 431. et 211, ἐπέεσσι γε νηπυτίοις, puerilibus verbis. et 367, καί κεν ἐγὼν ἐπέεσσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμην, verbis vel contra deos pugnare possim: ergo verba non sufficiunt ad rem in bello agendam. λισσόμενος ἐπέεσσιν, Φ, 98. et 286, ἐπιστώσαντο, confirmarunt verbis, ad differentiam τῶν, ὅρκοις ἢ ἄλλως, πιστουμένων, quorum fides fit juramentis aut aliis vehementioribus affirmationibus. et 339, μηδέ σε μειλιχίοις ἀποτρεπέτω, blandis verbis avertat te. et 480, ὀνειδείοις νείκεσσε: qui tamen totus versus abest a melioribus codicibus. ἀμειβόμενος ἐπέεσσιν, colloquendo, X, 329. ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσιν ἐσσυμένως, Ψ, 363. et 489, χαλεποῖσιν ἀμείψασθαι, duris respondere. sic et 492, ἀμείβεσθον. et 682, θαρσύνων ἔπεσιν. εὔφρηνε τὸν ἐπέεσσι, Ω, 102, ubi cf. εὐφραίνω: nam ingenio abutens potest ludere, εὔφρηνε πέεσσι. nulla enim scriptura tuta est ab impuris hominibus. et 238, ἔπεσσ' αἰσχροῖσιν ἐνίσσων, i. e. αἰσχυντηλοῖς, ὑβριστικοῖς. et 771, παραιφάμενος κατέρυκε. sic παρφάμενος, β, 189. et 240, οὔτι καθαπτόμενοι ἐπέεσσιν, nullo modo tangentes verbis rem aut personam mihi inimicam. et 323, οἱ δ' ἐπελώβευον καὶ ἐκερτόμεον ἐπέεσσιν, cavillabantur et pungebant animum verbis. χαλεποῖσιν ἀμειβομένω ἐπέεσσιν, γ, 148. et 264, Ἀγαμεμνονέην ἄλοχον θέλγεσκε, ad se trahere studebat verbis. et 345, καθαπτόμενος. σὲ ἀμείψασθαι ἤθελεν, δ, 286. et 420, ἀνείρηται. sic 461, ἀνειρόμενος. et 597, αἰνῶς γὰρ μύθοισιν ἔπεσσί τε σοῖσιν, ἀκούων, τέρπομαι, ubi est synonymia antiqua. ἐπέεσσιν μειλιχίοις λίσσεσθαι, ζ, 143, 146. μή τις κερτομέοι τ' ἐπέεσσιν *(spotte, spitzig davon spräche,) (should speak scornfully or opprobriously of)* καὶ ἐξερέοιτο, η, 17. δηρίσαντο ἐκπάγλοις, Θ, 77, verbis grandibus contenderunt. et 91, τέρποντο, *sie ergözten sich an seinen reden, (they were pleased with his speech.)* et 170, θεὸς μορφὴν τοῦ ἔπεσι στέφει, ubi, sicut et alibi, apparet, ἔπεα notare et, copiosam et sapientem et ornatam eloquentiam. et 175, ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσιν, sed nulla gratia ex eloquentia

oriunda circumdata est ei, sc. speciei ejus pulcræ. et 396, ἑαυτὸν ἀρεσάσθω ἐπέεσσιν, ipse se faciat verbis placentem ei, i. e. excuset se et deprecetur: et causa additur 397. et 415. πρώτιστα λίσσοντό με ἐπέεσσιν, ι, 224. et 258, μὶν ἔπεσσιν ἀμειβόμενος προσέειπον, alloquebar. et 282, μὶν προσέφην δολίοις, astutis et veritatem celantibus verbis. et 363, προσηύδων μειλιχίοις. et 376, θάρσυνον, confirmabam animum eorum. et 493, ἕταροι ἐπέεσσι πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, colloquebantur inter se, κ, 34. et 70, μαλακοῖσι καθαπτόμενος. et 422. et 442, μειλιχίοις ἐρήτυόν με, cohibebant me, *hielten mich davon zurück, (prevented me.)* ἀμειβομένω στυγεροῖσιν ἥμεθα, λ, 81, 464, tristibus. et 551, μειλιχίοις. θάρσυνάς με ἔπεσσιν, ν, 323. μή τίς με προσαυδάτω, ο, 439. παραύδων μειλιχίοις, π, 279. et 286, μαλακοῖς παρφάσθαι, adloqui stude, sic et σ, 5. ἔπεσιν νείκεσσε συβώτην, ρ, 374. et 393, μὴ τοῦτον ἀμείβεο πολλὰ ἐπέεσσιν, ne responde ei. et 545, οὐχ ὁράᾳς ὅτι μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν, *hat alles beniesét was ich geredet, (sneezed at every thing I said.)* καί ἑ δεικανόωντο ἔπεσσιν, σ, 110, et ei blandiebantur. et 282, θέλγε δὲ θυμὸν μειλιχίοις. et 325, Ὀδυσῆα ἐνένιπτεν ὀνειδείοις. et 339, ἐπέεσσι διεπτοίησε γυναῖκας, perterruit. et 414, ἀντιβίοις καθαπτόμενος χαλεπαίνοι. sic et υ, 323. ὁμοκλήσαντο, τ, 155, clamore objurgaverunt. et 415, χερσίν τ’ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι, προσηύδα φθεγξάμενος, dicebat ad eos blande, φ, 192. νείκειον δ’ Ὀδυσῆα χολωτοῖσιν, χ, 26, 225. μή τίς με βροτῶν ἀπαφοιτο, deciperet, ψ, 216. ἀλλ’ ἔπεσίν δε κακοῖσιν ἐνίπτομεν, ω, 160. et 172, ὁμοκλέομεν, vociferabamur objurgatorie. et 239, κερτομίοις, in bono sensu, verbis ad animum penetrantibus, eumque moventibus affectu aliquo. et 409, δεικανόωντο ἔπεσσιν καὶ ἐν χείρεσσι φύοντο, salutabant verbis et manibus datis.

ἐποτρύνω, f. υνῶ. (Ὄρω) incito, hortor ad vel contra aliquid, urgeo. in specie, ἐπὶ τῇ φασικῇ ὀτρυντῦι ἐπιβάλλειν καὶ ἐπέραν ἐρεθιστικῶς. αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει, Ζ, 439, ipsorum animus impellit et jubet eos. sic, Ο, 43, αὐτὸν θυμός. et 725, νῦν αὐτὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει, nunc ipse jubet. ὅτε δ’ αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι, sc. Ζεὺς, Ρ, 178, quando autem ipse incitat pugnare, sc. tunc facile perficitur id quod ipse vult. et Π, 690. sic de leone, εἰ δ’ αὐτὸν, Υ, 171. εἴ μιν (Ulyssem) κεῖνος (Jupiter) ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει πόντον ἐπὶ, si is eum in mare et per mare ire jubet, ε, 139. δὲ καὶ ἄλλους, incitat etiam alios ad idem faciendum, ρ, 395. ἦ μάλα δή τις γυναικῶν νῶϊν ἐποτρύνει πόλεμον κακὸν, χ, 152, certe sane aliqua mulierum incitat contra nos pugnam. ὄφρα ἑταίροις κεκλόμενος, ἐποτρύνω πολεμίζειν, adhortans eos, excitem, Π, 525. ὄφρα οἱ υἱὸν μᾶλλον ἐποτρύνω, α, 89, ut ejus filium magis excitem. ἔρδειν ὅ, ττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ, Ο, 148, facere, quod ille jusserit. εἰσόκε θυμὸς ἐποτρύνῃ, quousque voluntas eorum incitaverit eos ad abeundum, ι, 139. ὅστε οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι ξεῖνον ἐποτρύνῃ, qui nolentem abire jam hospitem abire jusserit, ο, 73. οὐκ ἀπιθήσει τὶς αὐτῷ, ὅτε κέν τινα ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ, nemo ei non obsequetur, si quem quid hortatus fuerit, Κ, 130. μὴ ἀγγελίας πάντῃ ἐποτρύνωσι, ne nuntios passim mittant ad civitates, ω, 354. ἐπεί κε φάλαγγας ἐποτρύνητον, concitaveritis, Ζ, 83. αἴκε νεώτερον ἄνδρα ἐποτρύνῃς χαλεπαίνειν, si virum admodum juvenem incitaveris ad irate agendum, β, 189, coll. 185, ubi pro ἐποτρύνειν est ἀνιέναι, quæ est λέξις κυνηγετικὴ, ὅτε τὶς κύνα τοῦ δεσμοῦ ἀνεὶς ἀφήσει κατὰ θηρὸς; *anhetzen, (to set at.)* ὅπῃ θυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν, θ, 45, quocunque animus eum tulerit ad canendum. et 185, ἐπώτρυνας δέ με εἰπὼν, irritasti me loquens ista, concitasti me. εἴπως ἄλλον ἐποτρύνειε, si forte alium hortaturus esset ad ita faciendum, ξ, 461. et 498, εἰ πλέονας ἐποτρύνειε νέεσθαι, an plures jussurus esset huc proficisci. ἑτάροισιν ἐποτρῦναι καὶ ἀνῶξαι, κ, 531, jube sociis; infin. a. 1. pro imperat. ἐπότρυνον. ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν, ὅπλων ἅπτεσθαι, socios cohortatus jussit manus admovere instrumentis nauticis, β, 422. sic ι, 488, ἐμβαλέειν κώπαις, κ, 128. ο, 287. πρῶτον δ’ Ἀτρέος υἱὸν ἐποτρύνασα προσηύδα, Minerva primum eum cohortans allocuta est, Ρ, 553, coll. 552. πολλὰ δ’ ἐπώτρυνε, multis verbis eum hortabatur, Ο, 456. et 258, νῦν ἱππεῦσιν ἐπότρυνον, manda equitibus. πατέρα ἐπότρυνον, patrem tuum roga et incita, ζ, 36. ἐποτρύνων Ὀδυσῆα, Θ, 92, incitans, cohortans. ἑταίρους, Μ, 50. τοὺς ὅγε, illos ille excitans, Ν, 94, 480. Ρ, 219. ὣς φάτο ἐποτρύνων, Υ, 364. ἐγὼν ἑτάροισιν ἐποτρύνων, ἐκέλευσα ἀμβαίνειν, conscendere navem, ι, 561. ἐποτρύνων δὲ προσηύδα. ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, ξ, 79, incitans ad edendum. καί μιν ἐποτρύνων, ο, 208. et 217, ἑτάροισιν ἐποτρύνων ἐκέλευσεν. μὶν οἶος ἐποτρύνων, ω, 174, eum solus jubens. θαρσύνοντα ἑτάρους, καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι, Ν, 767. Ρ, 117, 683. ἐγώ σε ἐποτρύνουσα, ego suadens tibi, Ω, 297. μὲ, η, 262, me adhortans jussit abire. ἡμεῖς ἐποτρυνώμεθα πομπὴν, nos maturemus deductionem tuam, θ, 31, *wollen uns eilfertig anschicken dich an ort und stelle zu bringen, (will hasten to conduct you to the place.)*

ἐπουράνιος, ὁ ἡ. (Ἀνὰ) in cœlo et super cœlo locatus. θεοῖς ἐπουρανίοις οὐ μαχοίμην, Ζ, 129. et 131, ἐρίζειν, ἐπουρανίοις θεοῖς αἰειγενέταις, Ζ, 527. εἰ δή πού τις ἐπουράνιος θεός ἐστι, ρ, 484. et οὐρανὸς, proprie est ὁ κατηστεριαμένος τόπος, stellarum regio apparens. etsi deinde et pro loco nubium, et pro aëre, ponatur.

ἐποχέομαι, f. ήσομαι. (Χάω) vehor, *ich fahre oder reite, (I ride in a carriage or on horseback.)* μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος, Κ, 330, ubi sensus est: ἴστω θεὸς (testis sit deus) ὡς οὐ δὴ ἐποχήσεται αὐτοῖς ἀνὴρ ἕτερός τις τῶν Τρώων, ἀλλὰ σὺ μόνος. ἀλλ’ οὐ μὰν ὑμῖν γε καὶ ἅρμασιν Ἕκτωρ ἐποχήσεται, Ρ, 449, inquit Jupiter de equis Achillis: certe vobis non vehetur ille. ἔποχος, ου. ὁ ἡ. qui vehitur. λόγος

μανίας ἔποχα, Eurip. Hipp. 214, oratio insaniæ plena. Vide sub Ἀείδω.

ἐπόψιος, ου. ὁ ἡ. (Ὄφ) qui conspicitur, qui sub conspectum cadit. proprie ponitur ἐπὶ τόπου ὑψηλοῦ, de loco celsiori: metaphorice de homine qui conspicitur aliis indecore agens, ὁ ἐν ὄψεσι πάντων ἀσχημόνως ἔχων, eo sensu, quo Suetonius, Claud. c. 4, dixit, ne quid faceret quod conspici deriderique possit. ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων, Γ, 42, mori mallem, quam sic esse ignominiam (abstractum pro concreto, ignominiosum) et ab aliis conspici turpis, alii scribunt h. l. ὑπόψιον, i. e. ἐπονείδιστον καὶ ὕποπτον, ὃν ἄλλοι ὑποβλέπονται σφόδρα ἰδόντες διὰ τὸ μῖσος, vel et, τὸν τοὺς ἄλλους ὑποβλεπόμενον διὰ δειλίαν. sed sicut ex his posterioribus explicationibus duabus, prior est h. l. vera: sic et prior illa scriptio.

ἔπραθον, vide sub πέρθω.

ἔπρησε, vide sub πρήθω.

Ἑπτά, (Ἕπω) septem. ἑπτὰ κασίγνητοι, Ζ, 421. ἡγεμόνες, Ι, 85. et 122, τρίποδας. et 128, γυναῖκας. sic et 264, 270. et 149, πτολίεθρα. sic et 291. τρίποδας, Τ, 243. et 246, γυναῖκας. πέλεθρα, Φ, 407. τάλαντα χρυσοῦ, ω, 202. sic et ω, 273. βοῶν ἀγέλαι, μ, 126. vox est ab ἕπω, sequor. sicut ἕξ ab ἔχω, cohærere facio. Vide sub Ἑπτάπεδος, in R.

ἑπταβόειος, ου. ὁ ἡ. (Βοῦς) quod ex septem coriis bubulis superpositis compositum est, *aus sieben über einander liegenden ochsenhäuten verfertiget, (made of seven ox-hides laid over one another.)* σάκος ἑπταβόειον Ajacis, Η, 220, 222, 245, 266, quod et ex 248, dici posset ἑπτάρινον, aut ἑπτάβυρσον. erat ergo ἑπτάπτυχον, et supra illa coria lamina ferrea satis solida inductum. sic et Λ, 544.

ἑπταέτης, εος. ὁ ἡ. τὸ ἑπταέτες. (Ἔω) per septem annos, septennis. ἑπτάετες ἤνασσεν αὐτῶν, γ, 305, septennio imperavit illis, ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσιν. sic ἐννῆμαρ, i. e. ἐπὶ ἐννέα ἡμέραις. ἔνθα μὲν ἑπτάετες μένον ἔμπεδον, η, 259, apud Calypso. sic et ξ, 285, αὐτόθι.

ἑπτακαίδεκα, (Δέκω) indecl. septendecim. ἤματα ἔπλεον, η, 267. σὲ ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ κλαίομεν, ω, 63. et cum interserto δὲ, ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα μὲν πλέεν ἤματα, ε, 278.

ἑπταπόδης, ου. ὁ ἡ. (Πόω) septem pedes longus. θρῆνυν ἐπὶ ἑπταπόδην, Ο, 729, ubi ille θρῆνυς est locus in navi, cui gubernator insistere solet.

ἑπτάπυλος, ου. ὁ ἡ. (Πέλω) septem portas habens. Θήβης ἕδος ἑπταπύλου, in Græcia, λ, 262.

ἔπταρεν, vide sub πταίρω.

ἕπταχα, (Ἕπω) adverb. septempliciter, in septem partes. pro ἑπταχῇ. sic δίχα pro διχῇ, et τέτραχα, πένταχα, ἕξαχα, etc. καὶ τὰ μὲν (κρέατα, carnes) ἕπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων, dispertiebat dividens, ξ, 434, et vide, hic quinquennis porcus satis est pro septem, ex quibus una pars est sacra, duæ partes Ulyssi et Eumæo, quatuor reliquæ servis quatuor. sed paullo ante, 74, δύω χοῖρε ponebantur duobus.

ἐπτοίηθεν, ionice pro ἐπτοιήθησαν, vide sub πτοέω.

εὕδω et εὐδέω, f. δήσω. (Ἔω) cubo, recubo, sive dormiam sive non: *ich liege, lege mich, (I lie down,)* it. dormio, *ich schlafe, (I sleep.)* est a τὸ ἕδος, inserto υ. notat ergo proprie *cubare*, quietis aut voluptatis causa. εὗδον παννύχιοι, quiescebant per omnem noctem, Β, 2. et 19, τὸν εὕδοντα ἐν κλισίῃ, dormientem. et 23, s. εὕδεις Ἀτρέος υἱέ; οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, principem virum non decet per totam noctem dormire. ὄφρα εὕδῃσι μένος Βορέαο, Ε, 524, quasi venti essent πρόσωπα viva: et fabulæ eos fingunt θεῖόν τι γένος. simul est facete dictum: nubes stant, quamdiu cubant venti, ut servi quiescunt dominis dormientibus, post ἔγερσιν horum κινησόμενοι. sic et Germani dicunt, *der wind hat sich geleget, (the wind has hushed itself.)* Ἀχιλλεὺς εὗδε μυχῷ κλισίης, cubabat in interiori parte tabernaculi, Ι, 659—663, ubi heroum mos cubandi nocturnus pingitur. sic et Ω, 675, s. et 678, εὗδον παννύχιοι. sic et Κ, 2. et 83, ὅτε εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι. sic et 386. et 152, ἀμφὶ δ' ἑταῖροι εὗδον. et 155, ὅγ' ἥρως εὗδε. et sermo est ibi de Diomede, qui pari modo nocte ea cubabat, ut Saul, rex Israëliticus, 1 Sam. xxvi, 7. Τρῶας οὐκ εἴασεν Ἕκτωρ εὕδειν, Κ, 300. et 471, οἱ δ' εὗδον καμάτῳ ἀδδηκότες, dormiebant lassitudine fatigati. et 474, Ῥῆσος (rex Thracum) δ' ἐν μέσῳ εὗδε, etiam sub dio, ut sui circa eum jacerent. atque ibi rex ille in somno narratur trucidatus ab hoste, clam ad dormientes ingresso. honeste hoc verbo concubitus significatur, Ξ, 334, πῶς κε ἔοι, εἴτις νῶϊ θεῶν εὕδοντε ἀθρήσειε, quomodo quæso esset, si quis deorum nos ambos cubantes adspiceret; inquit Juno ad Jovem in monte Ida. Ξ, 352, εὗδε (cubabat) πατὴρ, ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμεὶς, (somno et amore oppressus) ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν. et 358, ὄφρα ἔτι εὕδει Ζεὺς, quamdiu cubat et quiescit Jupiter. nonnunquam de morte ponitur: et ea notio habet aliquid ἀστειότητος, ἢ καὶ δριμύτητος. Πρόμαχος, δεδμημένος ἔγχει ἐμῷ, εὕδει, Ξ, 482. εὕδεσκε (imperf. Ionicum) ἐν λέκτροις, cubabat in lecto, Χ, 503. εὕδεις; Ψ, 69, inquit anima Patrocli ad Achillem dormientem. ὅτε εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι, Ω, 363. et 678, εὗδον παννύχιοι. et 683, οἷον ἔτι εὕδεις, sicut nunc dormis. χεῖμα μὲν, εὕδει ὅθι δμῶες, tempore hiemali, cubat ubi servi cubant, λ, 189. φῶκαι ἀθρόαι εὕδουσιν, δ, 405, confertæ cubant. εὕδουσι ἐν τάπησι, cubant in tapetibus, *liegen auf feinen matrazzen, (to lie on fine mattresses,)* κ, 12, noctu. εὗδε δ' ἀνακλινθεῖσα, δ, 794, cubuit reclinata et obdormivit. et 804, εὕδεις Πηνελόπεια; ταῖς ἔπι Κύκλωψ εὗδε, in quibus ille cubare solebat, ι, 428. εὗδε δ' ἀνακλινθεῖσα, σ, 188. εὗδον παννύχιος καὶ ἐπ' ἠῶ καὶ μέσον ἦμαρ, η, 288. εὗδον δ' εὔκηλοι σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους, cubabant scutis contecti humeros, ξ, 479. et 533, ὅθι ὕες εὗδον, ubi sues cubabant. αἱ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὗδον, cubitum ierant, υ, 109. ὁπόταν αὖτε εὕδησθα (εὕδῃς) γλυκὺν ὕπνον, θ, 445, et alludit regina ad narrationem Ulyssis, κ, 31—47, et quidem ipsa ignara adhuc illius facti. ὄφρα κεν εὕδῃ σοῖσιν ἐνὶ μεγάροισιν, ut cubet, γ, 359. οἱ δ' εὕδειν ὤρνυντο κατὰ πτόλιν, illi cubitum surgebant per urbem, *macheten sich auf in der stadt schlafen zu gehen, (went to sleep in the city,)* β, 397. τάχα οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω εὕδειν, fortasse nolent concumbere iterum tali modo, θ, 317. et 337, εὕδειν παρὰ Ἀφροδίτῃ, concumbere cum ea. et 342, ἐγὼν εὕδοιμι παρὰ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. ὥρη εὕδειν, tempus est cubitum eundi, λ, 330, 373. ἔστι μὲν εὕδειν, ο, 391, licet cubitum ire. et 395, εὑδέτω ἐξελθὼν, exeat cubitum. οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν, σ, 327, neque vis decumbere in domum fabri ferrarii iens. ἐπεὶ λούσαιτο, φάγοι τε, εὑδέμεναι (εὕδειν) μαλακῶς, ω, 254, postquam lotus est et comedit, ut dormiat suaviter. εὕδων ἐν γαίῃ πατρῴῃ, cubans in patria terra, ν, 188. et 134, οἱ δ' εὕδοντα ἐν νηὶ

ἄγοντες, cubantem et dormientem. sic et π, 229. μηκέτι νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον, ne amplius nunc cubantes carpite dulcem somnum, κ, 548. εὕδοντε ἐν προδόμῳ, cubantes ambos in vestibulo, ο, 5.

εὐειδής, έος. ὁ ἡ. (Εἴδω) bona facie et specie, formosus. γυναῖκα εὐειδέα, mulierem formosam, Γ, 48, Helenam. et est paullo plus quam εὔμορφος. nam hæc posterior vox notat tantum εὐπρόσωπος: sed illa prior simul est ἡ κατὰ πᾶν τὸ ἐκτὸς καλὴ, ἐν συμμετρίᾳ μελῶν καὶ μερῶν, et μετὰ εὐχροίας ἐπανθούσης. Vide sub μορφή.

εὐεργεσία, ας. ἡ. (Ἔρα) beneficentia, si quis bene et recte agit. εὐεργεσίας ἀποτίνειν, beneficentiam remunerari, χ, 235. et 374, ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγα ἀμείνων.

εὐεργής, έος. ὁ ἡ. (Ἔρα) bene factus. τεχνικῶς εὖ εἰργασμένος, εὐποίητος. *wohl gearbeitet, (well wrought.)* notat et active, qui bene facit, *ein wolthäter, (a benefactor.)* εὐεργέτης. εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου, ex pulcro curru excidit, Ε, 585. Ν, 399. κάππεσ' ἀπ' εὐεργέος δίφρου, pro κατέπεσε, Π, 437. μία δ' ἤγαγε νηῦς εὐεργὴς, bene facta navis, Ω, 396. Φαιήκων εὐεργέα νῆα, θ, 567, bene compactam et constructam, sic ι, 279, ὅπῃ ἔσχες ἰὼν εὐεργέα νῆα, ubi habebas, cum huc ires, bonam tuam navem, ubi eam appuleras. ἐς νῆσον σχήσεις εὐεργέα νῆα, ad insulam appelles. ἐλλιμενίσεις, λ, 70. ἐξίκετο νηῦς εὐεργὴς νῆσον, μ, 166, venit ad insulam. εὐεργέα λώπην, bene factam vestem tenuem, ν, 224. θύραι εὐεργέες, bene et dense factæ januæ, ρ, 267. χρυσοῦ εὐεργέος, auri bene elaborati et puri, ω, 273. ὡς οὐκ ἔστι χάρις μετόπισθε εὐεργέων, quam non est gratia consequens bene factarum rerum, i. e. beneficiorum, χ, 319, vel potius, eorum qui bene fecerunt. sic et δ, 695. nam οἱ εὐεργέες sunt, bene factores.

εὐεργός, οῦ. ὁ ἡ. (Ἔρα) bene faciens, officio suo bene fungens, *der recht thut und machet, was er thun soll, (doing what is right, and performing his duty well.)* αἶσχος κατέχευε γυναιξὶν ἐσσομέναις, καὶ ἥ κε εὐεργὸς ἔῃ, maculam turpem adspersit futuris fœminis, etiam si qua sit bona, λ, 433, i. e. ἀγαθὴ, ἀγαθουργός. ἅτε (quæ res) ἠπεροπεύει φρένας γυναιξὶ, mentes mulierum depravant, καὶ εἴ κε εὐεργὸς (τὶς) ἔῃ, ο, 421. χαλεπὴν δὲ φῆμιν ὄπασσε γυναιξὶ, καὶ ἥ κε εὐεργὸς ἔῃ, ω, 201, dedit iis malam famam, et occasionem vituperandi eas, non malas modo, sed et si qua est bona: quæ, teste Q. Cicerone, est nulla.

εὐερκής, έος. ὁ ἡ. (Ἔρα) bene septus et munitus. ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς, sub porticu aulæ probe munitæ muro, I, 468. θύρας εὐερκέος αὐλῆς ἔκλεισε, φ, 389. sic, ὑπ' αἰθούσῃ, χ, 449.

εὔζυγος, ου. ὁ ἡ. (Ἄγω) est epitheton navis in poëta. bonis transtris instructus; et per consequens firmus. it. remigio bene instructus, quia transtris insident remigantes. ἐκβάντες νηὸς εὐζύγου, ν, 116. νῆες εὔζυγοι, ρ, 288.

εὔζωνος, ου. ὁ ἡ. (Ζῶ) eleganter cinctus. et à parte ista luculenta ad totum, εὐκόσμητος, bene ornatus. est epitheton fœminæ apte et ædificatæ et indutæ. χωόμενον εὐζώνοιο γυναικὸς, sc. ἕνεκα, A, 429, et sermo est de Briseide venustissima. ὁ παῖς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης ἐκλίνθη, Z, 467. ubi sermo est de nutrice filii parvuli Hectorei: et apparet, κόλπον, i. e. ubera, cincta non fuisse, sed tecta tantum dimidia sua parte, indusio tenui. γυναῖκας ἐϋζώνους, I, 366, quæ inter carissimam prædam numerantur victori. intelliguntur ergo juvenculæ, quarum pectus et reliqua figura ex cinctu admittit gratiam. et 586, Μελέαγρον ἐΰζωνος παράκοιτις λίσσετο. ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, Ψ, 261, ubi inter præmia certaminum enumerantur. et 760, ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο στήθεος ἐστὶ κανών. poëta ergo hanc vocem de solis mulieribus, et quidem nobilioribus: pleno sinu, *von vollem busen, (full bosomed.)* quæ de strophiis circa pectus recentiores narrant, ea Homerico orbi prorsus ignota, utpote quo, mammæ tectæ quidem plerumque leviter, sed non compressæ gerebantur. nam illo tempore valetudinis et veræ venustatis ratio habebatur unice. cæterum Atticis recentioribus τὸ εὔζωνον etiam de ὁδίτῃ præcincto altius dicitur, et qui præter cingulum nihil aliud oneris gestaret, qui et μονόζωνος dictus. vide sub βαθύκολπος.

εὐήγενης, vide sub εὐγενής.

εὐηγεσία, ίας. ἡ. (Ἄγω) bonum imperium, εὐαρχία. quando bonus princeps præest. ἐξ εὐηγεσίης, τ, 114, ex qua oriuntur ante memorata bona: nisi potius est: per bonum ductum, et capturam facilem, piscium, *durch gute züge, die die fischer thun, (through good draughts made by the fishermen.)* conf. ἐκ. est ab ἡγέω, f. ἡγέσω, unde et ὁ ἡγεμών. pro quo deinde medium magis in usu esse cœpit, sicut et fut. in ἥσομαι. alii l. c. scribunt εὐεργεσίης, falso. vide sub 'EK, aliquanto sub medio.

εὐήκης, εος. ὁ ἡ. (Κῶ) bene acutus. αἰχμῆς εὐήκεος, a cuspide probe acuta. X, 319, ut sit ἡ εὖ ἔχουσα τῆς ἀκῆς καὶ ὀξύτητος.

εὐήνωρ, ορος. ὁ ἡ. (Ἄνω) qui virum fortem facit. ἀνδρίας περιποιητικός. qui vires viri auget, *dem manne zur tapferkeit förderlich, (that heightens a man's bravery.)* sic εὐήνωρ χαλκὸς, ν, 19, ὁ εἰς ἀνδρίαν πάλαι ποτὲ συντελῶν, ὅτε εἰς ὁπλοποιΐαν χρήσιμος ἦν, nam primitus arma ex χαλκῷ fiebant. nunc sic vocatur, vel quia olim ad fortitudinem præstandam conduxit; vel quia viros fortes exhilarat et alacres facit, si vasa ænea iis dono dantur. οἶνος εὐήνωρ, δ, 622, nam vinum συμμέτρως πινόμενον auget et recreat animum.

εὐήρης, εος. ὁ ἡ. (Ῥέω) bene aptatus, bene adjunctus: bene paratus, commodus, utilis. apud alios notat et, socialis, εὐάγωγος, πρᾶος, ἐπιεικής. εὐῆρες ἐρετμὸν, commodum et utilem et aptum remum, λ, 120. et 124, εὐήρεα ἐρετμά. 128. ψ, 268, 272. μ, 15. quibusdam placet, hoc

adjectivum ab ἐρέσσειν et εὖ compositum dicere, ut notetur bene remigans. sic apud Eurip. Iphig. Taur. 1050, νεὼς ὁ πίτυλος εὐήρης, navis remigatio bona. sed apparet ex formis sequentibus, rectius ad ἄρειν referri. cæterum ὁ πίτυλος proprie est ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων θόρυβος. imo, motus cum sono quilibet. coll. 307, estque pro τύπιλος per transpositionem, a τύπτω. et Herc. Fur. 1187, ibique Barnesius.

εὖθε, pro εὖτε, quod vide.

εὔθριξ, εὔτριχος, ὁ ἡ. (Θέρω) bonos pilos habens. εὔτριχες ἵπποι, Ψ, 13, 301, 351.

εὔθρονος, ου. ὁ ἡ. (Ἕω) pulcræ sellæ insidens. est in poëta epitheton Auroræ. εὔθρονον ἠῶ μίμνον, exspectabant, Θ, 561. ἠὼς ἦλθεν εὔθρονος, ζ, 48. ο, 494. οὐκ ἄν τις τούτων γε εὔθρονον ἠῶ ἵκοιτο, ρ, 497, non sane quisquam horum ad pulcram auroram in vivis esset.

εὔθυμος, ου. ὁ ἡ. (Θέω) lætus animo. it. benevolus. οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκε, ξ, 63, qualia suo domestico herus benevolus et liberalis dare solet, εὔψυχος, *ein edelmüthiger, (a generous man.)* Vide sub Εὔφημος in R.

εὐκαμπής, έος. ὁ ἡ. (Κνάω) bene flexus. δρέπανον εὐκαμπὲς, σ, 367, ubi laus falcis messoriæ est a parte, a καμπῇ, et innuitur per hanc partem τὸ δόλου ἔντεχνον, ἀγαθὸν, bene factum. nam τὸ εὖ habet vim. κληῖδα εὐκαμπέα, φ, 6, conf. κληΐς.

εὐκέατος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) quod facile finditur et scinditur, vel et fissum scissumque est. ὀδμὴ κέδρου εὐκεάτου, ε, 60, coll. υ, 161, odor cedri bene fissæ, ut commode incendi posset.

εὔκηλος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) quietus, tranquillus. idem ac ἕκηλος, ex eoque factum per Æolicam interpositionem τοῦ υ, et inde mutato spiritu. μάλα εὔκηλος, valde tacitus et tranquillus, Α, 554. εὔκηλοι ἐπολέμιζον ὑπ' αἰθέρι, Ρ, 371, imperturbati pugnabant in clara luce; cum alii confunderentur densa nebula. ὁ δὲ εὔκηλος, otiosus, γ, 263, desidiosus: nam hic est ille locus, quem respexit Ovidius de Ægistho: nam ex præcedente repetendum est, ἧστο, sedebat. εὗδον δ' εὔκηλοι, dormiebant placide, ξ, 479. sic ab εἷς, genit. ἑνὸς, fit ὁ εὔνις, i. e. μεμονωμένος, et quasi ἑνιαῖος.

εὐκλεής, έος. ὁ ἡ. (Κέλω) celeber bona fama, εὔδοξος. ad bonam famam faciens. οὐ μὰν ἧμιν (pro ἡμῖν) ἐϋκλεὲς, Ρ, 415, non certe nobis gloriosum est, non famæ commendat id nos. ἐπὶ νῆας ἐϋκλεῖας, ad naves celebres fama, pro εὐκλεέας, Κ, 281. οὕτως ἐστὶν ἐϋκλείας (αὐτοὺς) κατὰ δῆμον ἔμμεναι, φ, 331, non possunt ii bene audire apud populum.

εὔκλεια, ας. ἡ. (Κέλω) celebritas bonæ famæ. τὸν ἐϋκλείης ἐπίβησον, Θ, 285, *setze ihn in guten ruf, (bring him into celebrity,)* κλεῖσον αὐτόν. οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε εἴη ἐπ' ἀνθρώπους, ξ, 402, sic certe mihi bona fama et præstantia esset apud homines.

εὐκλεῶς et εὐκλειῶς, (Κέλω) adverb. cum bona fama, honeste. ὀλέσθαι ἐϋκλειῶς πρὸ πόληος cadere gloriose pro urbe, Χ, 110.

εὐκληΐς, ῖδος. ἡ. (Κλάω) vel, ut antiqui malunt scribi, εὐκλῄς, ῖδος. bene munitus sera vel pessulo. Iota autem ubique longum est natura in voce κληΐς. θύρη θαλάμου εὐκληῗς, Ω, 318.

εὐκνήμις, ιδος. ὁ ἡ. (Κνάω) bene ocreatus. est epitheton ἀπὸ μέρους, simul connotans totum, ut sit idem quod εὔοπλος, bene armatus. nam est laus magna militis, ἡ τῶν ὅπλων διευθέτησις. in poëta est epitheton Græcorum; ut solet certis personis vel rebus appropriare vocem, etsi rem eandem de aliis non neget, eamque alia voce peculiari exprimat. de accentu in nominativo dubitatur. nam si Iota ultimæ syllabæ semper est longum natura, recte scribitur acutus in penultima, εὐκνήμις, si vero est anceps, potest esse acutus in antepenultima. Α, 17. Β, 331. Γ, 68. Η, 385. Ν, 51. Ψ, 272, 721. β, 72. λ, 508. σ, 258. ἑταῖροι, qui erant Græci, β, 402. ι, 550. κ, 203. ὁ ἡ κακόκνημος et λεπτόκνημος est, malas et exiles tibias habens, *dünnbeinig, (having spindle shanks.)*

εὔκομος, ου. ὁ ἡ. (Κόμω) pulcra coma præditus a natura. it. pulcre comam ornans. est epitheton muliebre, ubi utraque notio debet jungi. ionice dicitur, per διάλυσιν et ἐπίτασιν, ἠΰκομος. Λητὼ, Α, 36. Τ, 413. Βρισηΐς, Β, 689. Ἑλένη, Γ, 329. Θ, 82. Ι, 339. Θέτις, Δ, 512. Ἀθήνη, Ζ, 92, 303. Ἥρη, Κ, 5. μητέρος ἠϋκόμοιο, i. e. Thetidis, Ω, 466. et 602, Νιόβη. Καλυψὼ, μ, 389. vides ergo, quam magna nomina hoc epitheto ornentur; et quod non vulgarem formositatem hæc vox indicet. quam munde præterea antiquæ Veneres caput et comam habuerint, quam accurate quotidie comam purgaverint, et quantum pretium in oculis virorum pulcre comata fœmina habuerit, etiam ex Apuleii Metam. Lib. 2. apparet.

εὐκόσμως, (Κόμω) adverb. ab adjectivo εὔκοσμος, ὁ ἡ. ordine, ordinate, apte. ὡς εὐκόσμως ἔστησε, quam accurato ordine statuerit illos, φ, 123.

εὐκρίνω, (Κάρα) bene dispono et distinguo, bene ordino: bene seligo. ἐπειδὴ πάντας ἔστησεν ἐϋκρίνας, Π, 199, postquam omnes collocasset bene ordinatos, διακρίνας κατὰ στίχας, nam sermo est de divisis ordinibus copiarum: et sequens δὲ facit apodosin ad ἐπειδὴ, *da, (then.)* αὐτοῖς σφῶν τὸν ἄριστον ἐϋκρίνας ἀποπέμπω, ξ, 108, i. e. ἐπιλεξάμενος. hinc est recentiorum ἡ εὐκρίνεια, i. e. ἡ εὐκοσμία, bona ordinatio et dispositio cum electione accurata, ἔντε λόγοις ἔντε ἔργοις. ἡ εἰλικρίνεια, *lauterkeit, (perspicuity,)* habet oppositam τὴν ἀμαύρωσιν, obtenebrationem et caliginem.

εὐκτίμενος, (pro εὐκτιζόμενος) η, ον. (Κῶ) bene conditus et habitatus. est epitheton urbis, domus, aliarumque rerum bene conditarum. εὐκτίμενον πτολίεθρον Μεδεῶνα, Β, 501. et 546, Ἀθήνας. Ἰλίου, Δ, 33. Φ, 433. Πύλος. Νίσ-

τορος εὐκτίμενον πτολίεθρον, γ, 4. ἐς Λῆμνον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, θ, 283. Νήρικον, ω, 376. ἐϋκτιμένην Ἰαωλκὸν, Β, 712. Φηρὴ, Ε, 543. Λέσβος, Ι, 129, 271. Λύκτος, Ρ, 611. Λῆμνος, Φ, 40, i. e. καλῶς οἰκουμένη. Λέσβος, δ, 342. ρ, 135. Ἰθάκη, urbs, χ, 52. νῆσος, insula, ι, 130, i. e. labore suo insulam illis bene constitutam et excultam fecerunt. οἶκον ἐϋκτίμενον, δ, 476. ι, 533. ο, 129. δόμον, ω, 213. ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, in area bene parata ad triturandum in ea, Υ, 496, ubi alii legunt ἐϋτροχάλῳ. ὅτε μὲ εἶλες ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, Φ, 77. οἶον πατέρα εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ λιστρεύοντα φυτὸν, ubi de area hortensi sermo est, ω, 225. et 335, σοὶ καὶ δένδρεα ἐϋκτιμένην κατ' ἀλωὴν εἴπω, ubi ἀλωὴ est illa pars horti, ubi arbores frugiferæ erant. ut ergo hoc epitheton de areis et rusticis et hortensibus dicatur, *wohl angeleget, wohl eingerichtet, (well planned, well laid-out.)* ἐϋκτιμένας Κλεωνὰς, Β, 570. κατ' ἀγυιὰς, Ζ, 391, per pulcre structos vicos urbis. pro κτίζω dicitur et κτίω, hinc brevior fit syncope, si cogites esse pro εὐκτιόμενος. cæterum notat τὸ εὖ ἐκτισμένον.

εὔκτιτος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) idem. est epitheton urbis, et ionice pro εὔκτιστος, Β, 592. Vide sub Ἐπήριτος in R.

εὐκτὸς, ἡ, όν. (Χάω) optatus, voto petitus, votivus. ὄφρα Τρωσὶ εὐκτὰ γένηται, Ξ, 98, ut Trojanis res ex voto eorum procedant et ex gloria eorum.

εὔκυκλος, ου. ὁ ἡ. (Κύλω) bene rotundus. it. bene rotis instructus. ἀσπὶς εὔκυκλος, Ε, 453, 797. Ν, 715. Ξ, 428. ἀπήνη, currus, ζ, 58, 70, 72, i. e. εὔτροχος, quia οἱ τροχοὶ dicuntur et κύκλα.

εὐλείμων, ωνος. ὁ ἡ. (Λείβω) bonis humidis pratis instructus. οὔτις νήσων ἱππήλατος οὐδ' εὐλείμων, δ, 607, Ithaca non est ex insulis iis, quæ sunt aptæ ad cursus equorum, aut quæ habent prata aquosa.

εὐλὴ, ῆς. ἡ. (Ἕλω) vermis in carne putrescente nascens, *made im faulen fleische, (maggots in putrid flesh.)* est ab εἰλέω, volvo, mutato ι in υ. et tales εὐλαὶ a muscis insidentibus carni generantur, *von schmeissfliegen, (by blow-flies.)* sunt ergo σκώληκες σαρκῶν, οἱ τοῖς τεθνεῶσιν ἐγγεννώμενοι σκώληκες νεκροφάγοι. δείδω, μὴ μυῖαι καταδῦσαι κατὰ χαλκοτύπους ὠτειλὰς (subeuntes in vulnera ferro inflicta) εὐλὰς ἐγγείνωνται, Τ, 26. νῦν σε αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, nunc te mobiles vermes edunt, Χ, 509. οὐδέ μιν εὐλαὶ ἔσθουσι, Ω, 414. longe alia vermium species est ἡ ἕλμινς, ινθος, lumbricus, *ein regenwurm, (earth-worm :)* etsi ab eodem verbo dicta.

εὔληρα, ων. τά. (Ἕλω) habenæ, *(der zügel, (the reins,)* τὰ ἡνία. factum nomen ab εἰλέω, f. ήσω, δι' ὧν ἔστι τοὺς ἵππους εἰλεῖσθαι, i. e. συστρέφεσθαι, per quæ possunt equi circumagi et flecti. αὐτὸς ἔχων εὔληρα, ἐμβέβηκε, Ψ, 481, conscendit currum, tenens habenas.

εὐμελίας, ου. ὁ. (Μέλω) probe armatus hasta, scite utens hasta. est epitheton herois, qui hastam etiam inter insignia sua gerere assidue solebat, uti de Saule ex sacris litteris constat. ionice dicitur ἐϋμμελίης, ίεω, et per syncopen ίω. ἐϋμμελίω Πριάμοιο, Δ, 47. Ζ, 449. talis syncope genitivi Ionici hujus formæ, est in Βορέω pro Βορέεω, ab ὁ Βορέης, et Ἑρμείω pro Ἑρμείεω, ab ὁ Ἑρμείης, Mercurius. υἱὸς ἐϋμμελίης, Ρ, 9. et 23, υἷες ἐϋμμελίαι. et 59, υἱὸν ἐϋμμελίην. sic, Πεισίστρατον, γ, 400.

εὐμενέτης, ου. ὁ. (Νέω) qui benigne adsistit et manet. a verbo μενέω (pro μένω) f. μενέσω et μενήσω, constanter sto. χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, ζ, 185. potuisset dicere, εὐμενέεσσι, sed noluit artificiose nimis loquentem inducere, ne infirmaret τὸ πιθανὸν τοῦ λόγου. quod verbum μενέω futurum in έσω formet, apparet et ex ὑπομενετέον, sufferendum est. ergo hoc nomen non est a τὸ μένος. cæterum μένω et μενέω sæpe est affine nostro Germanico, *meynen, (to have a mind,)* ut ex perf. m. μέμονα maxime apparet, quod notat, *ich bin gemeynet, bin willens, (I have a good mind, I am inclined :)* hinc ὁ εὐμενέτης est, *der es gut mit uns meynet, (one who means well toward us ;)* cui æquipollet ὁ εὐμενὴς, έος, et contrarium ὁ δυσμενὴς, έος, *der es böse meynet, (one who means ill.)*

εὔμηλος, ου. ὁ ἡ. (Μῆλον) bonus pascendis ovibus. est epitheton regionis fertilis, a specie aliqua pecorum. in genere talis regio dicitur εὔβοτος, bona pascendis pecoribus. εὔβοτος, εὔμηλος, ο, 405, de insula Syria.

εὐνάζω, f. άσω. (Ἕω) colloco in cubili. εὐνάσω ἡμᾶς ἑξείης, δ, 408. ἔνθα ὄρνιθες εὐνάζοντο, cubilia habebant, ε, 65. et 119, θεαῖς ἀγάασθε (nimis putatis et invidetis) παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι, apud homines viros cubare. ἐν προδόμῳ εὐνάζετο Ὀδυσσεὺς, υ, 1, in vestibulo cubabat dormiendi causa. αὐτοὶ δ' εὐνάζοντο, cubabant et concumbebant, ψ, 299.

εὐνάω, f. ήσω. (Ἕω) cubare facio, decumbere facio. ἑξείης δ' εὔνησε ἡμᾶς, ordine cubare fecit nos in arena, δ, 440. ab εὐνὴ, cubile, *eine lagerstäte, (a bed-chamber.)* hinc metaphorice, 758, τῆς δ' εὔνησε γόον, fecit ut resideret luctus, ἔπαυσε τὸν θρῆνον, *machte dass ihre traurigkeit sich legete, (appeased her grief.)* Ἴδης ἐν κνήμοισι θεὰ (Ἀφροδίτη) βροτῷ (mortali, Ἀγχίσῃ) εὐνηθεῖσα, concumbens, Β, 821. φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε, Γ, 441, amore (nam est ablativus) concumbendum convertamus nos, pro τραπῶμεν, aor. 2. conj. pass. unde τραπέωμεν, et τραπείομεν et τραπείομεν. et ad ablativum omissa est præpositio ἐν, quæ expressa est, Ξ, 314, ἐν φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε. et 331, εἰ νῦν ἐν φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι. quod εὐνηθῆναι omissum est 337, ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐθέλεις. et 360, Ἥρη δ' ἐν φιλότητι παρήπαφεν (decepit Jovem) εὐνηθῆναι. γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα, Π, 176, mulier mortalis cum deo concumbens. ἤθελον εὐνηθῆναι, et quidem conjugii more, δ, 334. ρ, 125. εὐνηθῆναι ἅπαν-

τας ἀνέμους, ad quietem deduci omnes ventos, ε, 384. δεῦρο, φίλη, λέκτρονδε τραπείομεν εὐνηθέντε, inquit Mars ad Venerem, θ, 292. ἡ δέ σε ὑποδείσασα κελήσεται εὐνηθῆναι, κ, 296, de Circe.

εὐνὴ, ῆς. ἡ. (Ἕω) cubile, ubi quis cubat. etiam cubatio, ipse cubandi actus. in specie et, concubitus, *das beylager, (the lying with, cohabitation.)* denique et ancora, quæ navem facit in sede certa et firma stare et quasi cubare. est ab εὕδω, quasi εὐδνὴ, extruso δ, et ionice mutato spiritu. alii, arripientes significatum metaphoricum, quasi is esset primus, deducere malunt hoc nomen ab εἷς, ἑνὸς, interserto υ, quia concubitus jungat et uniat duo corpora. Sed videbimus, honestatis tantum causa hoc nomen ad eam rem accommodari; sicut et apud nos fieri solet. εὐνὴ et κοίτη est idem, *das bette, das lager, (the bed.)* σὺ δὲ αὐτόθι λέξεο μίμνων εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ, tuque hic manens cubato in cubili molli, Ι, 614, inquit Achilles ad senem Phœnicem. τὸν δ' εὗρεν εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ, Κ, 75, Nestorem, cubantem noctu in lectulo suo. sic de puerulo molliter cubante, Χ, 504. ergo his locis notat lectum dormitorium. deinde in genere, locum ubi quis cubat. Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναὶ, Trojanorum vigiliæ et recubationes, Κ, 408, nam in castris alii excubias agunt, alii requiescunt cubantes. et 464, Θρηκῶν ἀνδρῶν ἵππους τε καὶ εὐνὰς, in castris. ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς Νυμφάων, Ω, 615, *ihr lager und wohnung, (their bed and habitation.)* unde et ferarum cubilia vocantur εὐναί. τὸν δ' ἐξ εὐνῆφι (εὐνῆς) θορόντα (νεβρὸν, hinnulum) θηρητὴρ ἐτύχησε βαλὼν, Ο, 580, hunc exsilientem e lustro venator adeptus est jaculando. sic et κοῖται et κοιταῖα vocantur αἱ ὀρειναὶ εὐναὶ τῶν θηρῶν, et θῆρες dicuntur ὑληκοῖται. ἐλθὼν εἰς εὐνὴν, leo accedens ad cubile servi, Λ, 115. ὁ δὲ (λέων) ἔπειτα ἑὴν εἰσήλυθεν εὐνὴν, in suum cubile ingreditur, δ, 338. ρ, 129. sepulcrum quoque εὐφήμως sic dicitur: ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνὰς, ubi dicunt Typhoëi cubilia esse, Β, 783, qui ibi jacet fulmine dejectus. ἔνθα οἱ ἐκθεῖσαι πυκινὸν λέχος ἐμβάλετε εὐνὴν, κώεα καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα, ψ, 179, eo ei ponentes firmum lectum ligneum, injicite cubile, vellera et lænas et lodices. ubi vides differentiam: λέχος enim est ἡ κλίνη, sponda, *die bettstelle, (the bedstead;)* πυκινὴ οὖσα, ἵνα φέρειν ἔχῃ στερρῶς τὰ ἐπικείμενα: εὐνὴ vero sunt mollia illa, quibus incubat cubans, et quæ injiciuntur vel insternuntur τῷ λέχει ἢ τῇ κλίνῃ. coll. 177. et constructio εὐνῆς describitur δ, 297—299, ubi tamen est ὑστερολογία. nam τάπητες subjacent τοῖς ῥήγεσιν. et 438, εὐνὰς δ' ἐν ψαμάθοισι διαγλάψασα, cum excavasset in arena cubilia, quibus nos incubaremus ad speciem non humanam præbendam: et sunt ergo ibi *lagerstäten, (dens,)* quales feræ habent. πεποίηται δέ σοι εὐνὴ, paratus tibi est lectus, η, 342. λέχος δ' ἤσχυνε καὶ εὐνὴν Ἡφαίστοιο, θ, 269, spondam et cubile Vulcani dedecoravit. οὐδέ οἱ εὐναὶ δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα, λ, 187, non ei sunt cubilia commoda et pretiosa; nam luctus summi causa adfligebat ipse se senex Laërtes. hinc 193, χθαμαλαὶ εὐναὶ, cubilia ad terram, ex congestis foliis facta, quibus incubabat noctu. et hoc loco vides luctum veterum in sacco et cinere. εὐνὰς συσὶν, cubilia suibus, ξ, 14. Ὀδυσσῆος δέ που εὐνὴ, χήτει ἐνευναίων, κακὰ ἀράχνια κεῖται ἔχουσα, π, 34, s. ejus cubile, ob defectum incubantium, vacat otiosum et habet araneas. ubi vides, εὐνὴν in genere esse locum ubi quis cubat. εὐνὴ μὲν δή σοί γε τότε ἔσσεται ὁππότε θυμῷ σῷ ἐθέλῃς, ψ, 257, coll. 254, s. inquit Penelope ad suum tandem agnitum Ulyssem, et notat ibi lectum conjugalem. ὤρνυτο ἐξ εὐνῆς ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, θ, 2, mane surgebat cubitu. ἐγὼ Κίρκης ἐπιβὰς περικαλλέος εὐνῆς, conscendens ego cubile perpulcrum Circes, κ, 480. Μενέλαος ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς Ἑλένης, ο, 58. et 96, ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς, surgens e cubili suo ille. σήματα κατέλεξας εὐνῆς ἡμετέρης, ψ, 226, signa nostri conjugalis lecti. et 349, ὦρτο εὐνῆς ἐκ μαλακῆς, surgebat e lecto. ὤρνυτο ἐξ εὐνῆφι (εὐνῆς) Νέστωρ, γ, 405. sic Μενέλαος, δ, 307. Τηλέμαχος, β, 2. ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ ἤθελον εὐνηθῆναι ἀνάλκιδες αὐτοὶ ἐόντες, in cubili conjugali, δ, 333. ρ, 124. πῶς ξεῖνον ἐτιμήσασθε ἐν οἴκῳ εὐνῇ καὶ σίτῳ, *mit lager und kost, (with bed and board,)* υ, 130. νύκτα φυλάξεις εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ καταλέγμενος, χ, 196, vigilabis per hanc noctem, etsi depositus in molli cubili. nam nihil mollius est aëre, in quo is jam pendebat. ἔβη εἰς εὐνὴν, ibat cubitum eo Telemachus, α, 427, ubi solebat dormire. εἰς εὐνὴν τρέπετε ἡμᾶς, cubitum ducite nos, δ, 294. εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ εὐρεῖαν, cubile congessit sibi manibus amplum, folia nimirum permulta, humi jacentia, ipse humi cubiturus, ε, 482. τίθει δ' ἄρα οἱ πυρὸς ἐγγὺς εὐνὴν, posuit ei cubile prope ignem, ξ, 519. εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος, reverens conjugalem torum, π, 75. sic et τ, 527. κάτθετε δ' εὐνὴν, disponite ei cubile, *machet ihm ein lager zu rechte, (make up a bed for him,)* τ, 317. et 595, λέξομαι εἰς εὐνὴν, deponam me in cubile meum, inquit Penelope, quod cubile ipsa adsidue humectat lacrimis suis, ob amissum maritum. ἔντυον εὐνὴν ἐσθῆτος μαλακῆς, ψ, 289, parabant cubile molli veste. et 354, ἐπεὶ ἀμφοτέρω πολυήρατον ἱκόμεθα εὐνὴν, postquam ambo venimus in torum multis votis expetitum; inquit Ulysses ad suam uxorem. Τηλέμαχος δ' εὐνῆθεν ἀνίστατο, e lecto surgebat, υ, 124. ex his tot locis satis apparebit significatus primus. Sed quia et coitus cubando peragi solet, hinc et eum habet εὐνὴ significatum. νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ, inquit Paris, Γ, 445, ἐπ' ὄεσσι μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, apud oves mixtus est cum ea amore et concubitu, vel cubili, λέξει σιμνῇ, Ζ, 25. ἐπεὶ νύ σοι ἅδεν εὐνὴ, concubitus, Ξ, 340, coll. 314. et 207, ἀλλήλων ἀπέχονται εὐνῆς καὶ φιλότητος, ubi dissidium inter conjuges narratur. et 209, εἰ κείνω εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι, an eos in eundem torum conjugalem reducere queam. sic et 306. et 296, ἐμισγέσθην φιλότητι, ἐς εὐνὴν φοιτῶντε,

Jupiter et Juno, cum nondum essent adulti plene. et 336, ἐξ εὐνῆς ἀνστᾶσα, ex concubitu surgens. et hoc loco porro describitur cubile Jovis extemporaneum humi, ut imaginatio auditoris avocetur ab inhonesta et nimis curiosa φαντασίᾳ. inter flores non nominat poëta rosam, quia hæc, διὰ τὸ ἀκανθῶδες, non apta est sicut aliæ ποαὶ, ut substernatur: et fortasse tempus ipsum non conveniebat rosæ. ὄφρ' εἰδῇς, ἤν σοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνὴ, ἣν ἐμίγης, Ο, 32. μεμνημένος οὐδέ τι σίτου, οὐδ' εὐνῆς· ἀγαθὸν δὲ γυναικί περ ἐν φιλότητι μίσγεσθαι inquit Thetis ad Achillem, Ω, 130, et hos versus negant quidam hypocritæ esse Homericos. Ἰασίωνι Δημήτηρ, ᾧ θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, Ceres concubuit cum eo in arvo tertiato, cupiditati suæ satisfaciens, ε, 126. et φιλότης talibus locis explicatur per εὐνὴ, ne de φιλίᾳ ἁπλῶς intelligatur. αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε, εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναὶ, θ, 249, ubi rex Phæacum enumerat studia civium suorum in altissima pace viventium: quibus accedunt, 247, ars saltandi et navigandi. νῶϊ δ' ἔπειτα εὐνῆς (cubile) ἡμετέρης ἐπιβήσομεν, ὄφρα μιγέντε εὐνῇ καὶ φιλότητι πεποίθομεν (pro πεποίθωμεν, ionice) ἀλλήλοισι, inquit Circe ad Ulyssem, κ, 334, 335. et 340, σῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς, conscendere tuum lectum. sic et 342. et 347, καὶ τότε ἐγὼ Κίρκης ἐπέβην περικαλλέος εὐνῆς, nam ipsa invitante erat id conjugium annuum. præmuniverat autem se, ut σωφρόνως καὶ ἀβλαβῶς versari posset cum voluptate. οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ ἀθανάτων, λ, 248, coitus immortalium non sunt frustranei. τῷ δ' ἄλοχος δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνὴν, γ, 403. η, 347, huic uxor præbuit suum lectum et concubitum, i. e. cum ea una cubuit. εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικὸς, α, 433, cubili nunquam mixtus est cum ea, nam vitare studebat iram uxoris. ubi de pulcra ancilla est sermo. μηκέτι σὺ ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνὴν, ibi tu nequaquam recusare velis cubile deæ, κ, 297. πλυνούσῃ τὶς πρῶτα μίγη εὐνῇ καὶ φιλότητι, τά τε φρένας ἠπεροπεύει γυναιξὶ, ο, 420, cum lavante ad littus maris primum concubuit aliquis ex navi: et tales res decipiunt mentes fœminarum, ut tali viro adhæreant nimis. ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, ἡ Ἑλένη, ψ, 219. et 346, εὐνῆς ἧς ἀλόχου ταρπήμεναι (ταρπῆναι) ἠδὲ καὶ ὕπνου, satiatum eum esse. ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν, inquit fastuosa Thetis, sustinui hominis concubitum ego dea, Σ, 433. coll. 85, ἤματι τῷ ὅτε σὲ βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον (dii) εὐνῇ, cubili. μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι, ἣ θέμις (qua mos) ἀνθρώπων πέλει ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν, I, 133, 275. T, 176. et 262, εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, neque concubitus indigens aut cupidus. denique ancoræ dicuntur εὐναί. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, de navigantibus, et ad portum accedentibus, A, 436. ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὁρμίσσομεν, Ξ, 77, ubi conf. ὕψι, et ὁρμίζω. ἐκ δ' ἔβαλον, ο, 497, ancoras quæ in littore infigebantur. οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, de navibus, ι, 137. hinc ancora dicitur et ἡ εὐναία. cæterum loco ex Ξ allato εὐναὶ sunt ἔρματα, quæ subductæ navi subjiciebantur, ut commode deduci possit in mare: nam ὕψι ibi notat statum navis altiorem ac in plana terra, et sermo est de navibus a mari remotioribus. nam duo erant ordines navium subductarum: unus mari propinquior, et de his sermo est 75: alter a mari remotior, de quo est 77—79: inter utrumque ordinem erant castra Græcorum. propinquiores igitur statim deducere vult; remotiores interim elevare ἕρμασιν, *walzen, (rollers,)* ut deinde noctu deducantur quoque. Vide sub δέμνιον. εὐναὶ, conf. sub στορέω, ad finem.

εὔνητος, (Νέω) et per διάλυσιν Ionicam, poëticeque interserto novo ν, ἐΰννητος, ου, ὁ ἡ, bene in fila ductus et contortus, *fein gesponnen und gewebet, (finely spun and woven.)* εὔκλωστος. χιτῶνας εἵατο (induti erant) εὐνήτους, Σ, 596. ἐΰννητόν τε χιτῶνα, Ω, 580, *ein feines hemde, (a fine shirt.)* πέπλοι λεπτοὶ εὔνητοι, η, 97, εὖ νενησμένοι, a νήθω, neo.

εὖνις, ιος et ιδος. ὁ ἡ. (Ἕω) solus, μεμονωμένος, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐνιαῖος, ἐστερημένος, viduus, orbus, privatus. est ab εἷς, ἑνὸς, et ε mutatum in ευ, sicut ex ἕκηλος, quietus, fit εὔκηλος. scilicet ob insertum υ mutatur spiritus in lenem. ἠρημωμένος, *beraubt, verlassen, einsam, (desolate, deserted, solitary.)* ὅς με υἱῶν εὖνιν ἔθηκε, qui me filiis orbum fecit, X, 44, inquit Priamus de Achille. αἲ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην εὖνιν ποιῆσαι, ι, 524, utinam te animæ et vitæ possem privare. nam qui privatur aliqua cara re, is solus destituitur ab ea. hinc possit et esse ὁ εὐνοῦχος, i. e. εὖνις τοῦ ὀχεύειν, ὁ ἐστερημένος ὀχείας, destitutus a facultate coëundi cum fœmina. sed ea vox et aliunde apte derivatur. πολλὰς Περσίδων ἔκτισαν (i. e. ἐποίησαν) εὔνιδας καὶ ἀνάνδρους, viduas, Æschyl. Pers. 289. vide sub παράκοιτις.

εὔξεστος, ου. ὁ ἡ. (Ξέω) politus, bene rasus et planatus. idem ac ξεστὸς, q. v. occurrit et ionice fœmininum εὐξέστη. εὐξέστου ἐπ' ἀπήνης, *auf den vom stellmacher geschickt verfertigten wagen, so weit er von holz ist, (on the chariot, well made by the builder so far as relates to the wood-work;)* Ω, 275. sed 590, εὐξέστην ἐπ' ἀπήνην, ubi fœmininum Ionicum maxime posuit metri causa: sicut alibi, ἀσβέστη φλόξ. et 271, εὐξέστῳ ἐπὶ ῥυμῷ, bene elaborato et raso temoni. et 280, εὐξέστῳ ἐπὶ φάτνῃ, ubi indifferens metro fuit, utrum masculinam an fœmininam terminationem poneret; et vides quam prætulerit. et 578, εὐξέστου ἀπ' ἀπήνης. κατέθηκεν ἐϋξέστῳ ἐπ' ἀπήνῃ, ζ, 75. ἐΰξεστοι δὲ τράπεζαι, ο, 332. ἕζετο εὐξέστου ἐπὶ δίφρου, ω, 407, in sella apte a fabro suo facta. sic, εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ, in curru, Π, 402. φέρουσα δίφρον εὔξεστον, sellam, τ, 100. πελέκκῳ μακρῷ εὐξέστῳ, manubrio longo ligneo apte facto, N, 613, *stiel, (a handle.)* εὐξέστῃ ἐνὶ χηλῷ, in arca lignea bene facta, ν, 10. nimirum quia

fabri lignarii probe levigant et radunt sua ligna: hinc totum opus ab iis factum hoc nomine vocatur. σανίδες (asseres, tabulæ) μακραὶ εὔξεστοι, ξ, 225. εὐξέσταις σανίδεσσιν, φ, 137, 164. εὐξέσταις ἐλάταις, H, 5, remis. εἰς ἀσαμίνθους εὐξέστας βάντες ἐλούσαντο, K, 576. δ, 48. ρ, 87.

εὔξοος, ου. ὁ ἡ. (Ξέω) idem. εὔξοον ἅρμα, B, 390, i. e. τὸ ἐξεσμένον πρὸς κάλλος, καὶ τὸ πρὸς τέχνης ἀρετὴν ξεσθὲν, ἵνα συμμέτρως ἔχῃ πρὸς τὸ καλῶς ὑπὸ ζώων ἕλκεσθαι. nam bellicis curribus et ἐναγωνίοις valde opus erat συμμετρίᾳ. sic, τρεῖς ἵππους καὶ δίφρον εὔξοον, δ, 590. εὔξοον τόξον, Δ, 105. N, 594. Θ, 215. τ, 586. hinc faber arcuum dicitur κεραοξόος, ὁ. εὐξόου δουρὸς ἀκωκὴ, cuspis bene elaborati hastilis, K, 373. εὔξοος τράπεζα, Λ, 628, i. e. καλή. ζυγὸν εὔξοον, N, 706. δουροδόκης εὐξόου, bene structæ hastarum thecæ, α, 128. σκέπαρνον εὔξοον, ε, 237, ubi potest intelligi active, τὸ εὖ ξέον, asciam bene polientem; sicut βέλος dicitur ὠκύμορον, i. e. τὸ ὠκὺ θανατοῦν.

εὔορμος, ου. ὁ ἡ. (Ὅρω) bonis stationibus præditus portus. λιμένος εὐόρμου, Φ, 23, nam λιμὴν περιέχει ὅρμους. ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, δ, 358. ι, 136. conf. λιμήν. ἔξορμος dicitur navis a statione et e portu solvens.

εὐπατέρεια, ας. ἡ. (Πάω) nobilis, claro patre nata, εὐγενής. est fœmininum, deductum ab ὁ εὐπάτηρ, ερος, pro quo recentiores dixerunt εὐπάτωρ, ορος, ὁ. Ἑλένην εὐπατέρειαν, Z, 292. Τυρὼ, λ, 234. Ἑλένη λευκωλένῳ εὐπατερείῃ, χ, 227, ubi duæ muliebres perfectiones: pulcritudo a parte ad totum; et nobilitas generis summa.

εὐπειθής, vide sub παμπειθής, et Εὐπείθης in R.

εὔπεπλος, ου. ὁ ἡ. (Πέπω) venuste vestitus. epitheton bellarum mulierum. Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων, E, 424. φ, 160. σὺν ἀμφιπόλῳ εὐπέπλῳ, Z, 372, de pedissequa Andromaches. et 378, 383, εἰνατέρων εὐπέπλων, fratriarum eleganter peplis indutarum. sic et Ω, 769. Ναυσικάαν εὔπεπλον, ζ, 49.

εὐπηγής, έος. ὁ ἡ. (Πήγω) torosus, bene compactus; *stammhaft, (robust.)* recentiores dicunt εὐπαγής. οὗτος δὲ ξεῖνος, μάλα μὲν μέγας ἠδ' εὐπηγής, φ, 334, ubi prius de statura, alterum de habitudine et nervis.

εὔπηκτος, ου. ὁ ἡ. (Πήγω) probe compactus et constructus. ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ, in domo firma et bene exædificata, B, 661. I, 144, 286, i. e. εὐπαγεῖ καὶ στερεῷ. sic, νῆας ἔπηξεν, I, e. συνεστήσατο στερεῶς, ædificavit firmas et bene compactas naves, ne aquam haurirent: unde est ὁ ναυπηγὸς, et ἡ Ναύπακτος a ναυπηγίᾳ quæ ibi erat frequens. recentiores Attici habent verbum πακτόω, i. e. ἀσφαλίζομαι, συγκλείω, occludo; unde est, δῶμα πάκτου, i. e. σύγκλειε ἀσφαλῶς, *schliesse das haus zu, (shut up the house.)* μυχῷ κλισίης εὐπήκτου, in interiore parte tabernaculi firmiter constructi, I, 659. Ω, 675, ut notetur τὸ εὐπαγὲς τῶν ἐρειδόντων αὐτὴν ξύλων. μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων ἥμεθα, in interiori parte cubiculorum probe circa firmatorum parietibus et januis firmis, ψ, 41, τῶν εὐκλείστων, si ad πακτοῦν respicias.

εὔπλειος, ου. ὁ ἡ. et ionice in fœminino εὐπλείη. (Πίλω) bene plenus. *wolgefüllet, recht voll, (well-filled, quite full.)* πήρην εὐπλείην, peram expletam, ρ, 467, εὖ πεπληρωμένην.

εὐπλεκής, έος. ὁ ἡ. (Πέλω) bene et eleganter plexus et contextus. θύσανοι, πάντες εὐπλεκέες, *franzen, bommeln, alle zierlich geflochten, (fringes and tassels neatly wrought and put together,)* B, 449. δίφρους εὐπλεκέας, Ψ, 436, ubi confer sequens εὔπλεκτος.

εὔπλεκτος, ου. ὁ ἡ. (Πέλω) idem. *wohl geflochten, (elegantly wrought.)* σειράς τ' εὐπλέκτους, bene et firmiter contortos a restione funes, *wohl gewundene stricke, (well twisted cordage,)* Ψ, 115. et 335, εὐπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ, in curru eleganter concinnato, coll. 436, δίφρους εὐπλεκέας. habebant ergo currus heroum πλέγματός τι, ut essent μὴ γομφωτοὶ καὶ κολλητοὶ, i. e. ἡρμοσμένοι ἐξ ὕλης βαρυτέρας, ἀλλὰ ἐκ τινῶν πλεγμάτων εὐθετισμένοι δι' ἐλαφρότητα.

εὐπλήθω, f. σω. (Πέλω) bene et bonis rebus impleo. εὐπλήσασα (ἡ Θέτις τὴν χηλὸν) χιτώνων, cum bene implesset cistam tunicis, Π, 223, i. e. indusiis elegantibus, ut nos loquimur.

εὔπλοια, ας. ἡ. (Πέλω) felix navigatio, *gute farth, (a prosperous voyage.)* εἰ δέ κεν εὐπλοίην (ionice pro εὔπλοιαν) δώῃ κλυτὸς Ἐννοσίγαιος, si Neptunus daret prosperum cursum, I, 362, et notatur faustus maris status. idem dicitur ἡ εὐπλοΐα.

εὐπλοκαμίς, ῖδος. ἡ. (Πέλω) bene ornatus comis intortis. est epitheton eleganter ornatarum et formosarum mulierum apud poëtam. confer πλόκαμος. εὐπλοκαμῖδες Ἀχαιαί, β, 119, coll. 120. τ, 542, et sic dicuntur nobiles Graiæ. accentuatio hujus vocis possit videri contra analogiam: nam ut a κνημίς est εὐκνήμις, a ψηφὶς πολυψήφις, a κρηπὶς μελαγκρήπις, sic deberet esse a πλοκαμὶς εὐπλοκάμις. in his omnibus, obliqui tamen casus habent penultimam longam, ut Iota producatur. perinde ergo est, quid usus in accentuando introduxerit.

εὐπλόκαμος, ου. ὁ ἡ. (Πέλω) idem. Τρωαὶ εὐπλόκαμοι, Z, 380, 385. εὐπλόκαμος Ἑκαμήδη, Λ, 623. Ξ, 6, amica et ministra Nestoris. Ἀμάθεια, Σ, 48. Μυκήνη, β, 120, coll. 119. Δημήτηρ, ε, 125. Ἠὼς, ε, 390. ι, 76. κ, 144. Ἀθήνη, η, 41, dea prudentiæ armatæ. potest ergo quis esse probe ornatus et tamen δεινὸς καὶ φρόνιμος. Καλυψὼ, η, 246, 255. μ, 449. Κίρκη, κ, 136. Ἄρτεμις, υ, 80. ἀμφιπόλοις εὐπλοκάμοις, X, 442. ξ, 198. δμωαῖς, X, 449. κούραις, ζ, 135, 222. νύμφῃ εὐπλοκάμῳ, α, 86. ε, 30. νύμφαι εὐπλόκαμοι, μ, 132. et poëta solet partem ornatus et formæ nominare, ut intelligatur tota formositas et elegantiæ amabilitas.

εὐπλυνής, έος. ὁ ἡ. (Λύω) bene lotus. φᾶρος ἐϋπλυνὲς, pallium bene lotum, Θ, 392, 425. ν, 67. π, 173. ubi videtur, et de laneis vestibus dici τὸ πλύνειν.

εὐποίητος, ου. ὁ ἡ. (Ποιέω) bene elaboratus et confectus. ἀπὸ βοῶν εὐποιητάων, ex coriis bubulis bene præparatis, Π, 636, i. e. a clypeis: et est ibi peculiare fœmininum. et 106, φάλαρα εὐποίηθ' pro εὐποίητα, bene factos galeæ clavos. πύλαις εὐποιήταις, Ε, 466, ubi alii divisim legunt εὖ ποιηταῖς. εὐποίητον πυράγρην, γ, 434, forcipem bene factum. ἐν θρόνοις εὐποιήτοις, υ, 150. εἵματα εὐποίητα, ν, 369, quæ alibi dixit ὑφαντὴν ἐσθῆτα, et ubi ὑφαντὴ est pro εὐύφαντος.

εὐπρήσσω, f. ξω. (Πέρα) bene administro et ad finem perduco, bene efficio: bene ad finem suum dirigo. οἳ κατ' ἀγῶνας ἐϋπρήσσεσκον (ionice pro εὔπρησσον, imperf.) ἕκαστα, qui, quod certamina attinet, omnia bene instituebant, Θ, 259, εὖ ἔπρασσον καὶ διετίθεντο, *alles wohl veranstalteten, und zum guten zwecke einrichteten, (managed and arranged every thing well.)*

εὔπρηστος, ου. ὁ ἡ. (Φύω) quod facile accendit et inflat. etiam passive, quod facile flatur aut accenditur. apud poëtam est active, Σ, 471, φῦσαι ἐφύσων, παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι, folles spirabant, omnigenum facile ad ardendum commoventem flatum emittentes; nam sermo est de Vulcano fabricante. nisi mavis passive de flatu ipso intelligere, qui facile efflatur ex folle, εὐφύσητον: quod tamen non placet.

εὔπρυμνος, ου. ὁ ἡ. (Πέρα) epitheton navis pulcra puppi ornatæ. νῆες εὔπρυμνοι, Δ, 248.

εὔπυργος, ου. ὁ ἡ. (Φύω) bene munitus muro et turribus. Τροίην εὔπυργον, i. e. ὀχυρὰν, probe munitam, Η, 71.

εὔπωλος, ου. ὁ ἡ. ("Αλλω) bonis equis præditus. *wo gute pferde fallen, (producing good horses.)* εὔιππος. et, ὡς ἀπὸ μέρους, εὔζωος, bonis pecoribus fortunatus, *wo gute viehzucht ist, (favourable to the breeding of cattle.)* est in poëta epitheton regionis Troicæ, in qua nascebantur equi insignes. Ἴλιον εἰς εὔπωλον, Ε, 551. Π, 576. β, 18. λ, 168. ξ, 71. possit et exponi: εὔγειος, vel attice εὔγεως, εὐβωλοστρεφητος, ubi egregiæ glebæ circumvertuntur arando, ἀγαθὴ πολεῖσθαι ἤτοι βωλοστροφεῖσθαι, quia πολέω, verto, in poëta scribitur πωλέω. *das sich gut beackern lässet, (suitable for tillage.)* vel et generalius, ἡ εὖ περιπολουμένη, ubi bene versantur homines, i. e. εὐδαίμων καὶ εὐοίκητος, *wohl und glücklich bewohnet und zu bewohnen, (well inhabited, and agreeable to inhabit.)* sed aliud epitheton ejusdem regionis, quo habitatores nobiles dicuntur αἰολόπωλοι, veram poëtæ mentem indicat. conf. αἰολόπωλος.

εὐρὰξ, (Ῥέω) adverb. pro πλευρὰξ, i. e. ἐκ πλαγίου, a latere, ex obliquo. nam οἱ Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς solent primam vel primas consonas vocis abjicere, sic est αἰψηρὸς pro λαιψηρὸς, ἄνη pro πλάνη, a quo deinde fit ἡ ἄλη, sicut ex πλανᾶσθαι fit ἀλᾶσθαι. sic ex φθείρω fit ἔρρω. στῆ δὲ εὐρὰξ σὺν δουρὶ, i. e. παρὰ πλευρὰν, ἐκ πλαγίου, Λ, 251. Ο, 541.

εὐραφής, έος. ὁ ἡ. (Ῥάω) bene et dense compositus. ἐϋρραφέεσσι (ionice) δοροῖσι, dense commissis in utribus, β, 354, 380.

εὐρείτης, et per διάλυσιν Ionicam, ἐϋρρείτης, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) bene et utiliter fluens. Σατνιόεντος ἐϋρρείταο παρ' ὄχθας, Ζ, 34. Αἴγυπτον (Nilum) ἐϋρρείτην, ξ, 257. dicitur idem alibi ἐϋρρυὴς et ἐΰρροος.

εὑρέω, (Ῥέω) et per paragogen communis usus, εὑρίσκω, f. εὑρήσω, invenio quærendo, deprehendo, nanciscor. ponitur enim et de fortuito invento. εὗρεν, invenit, aor. 2. Α, 498, *sie traf an, (she met with.)* sic, Β, 169. Γ, 125. Ε, 169, 355, 794. Ζ, 371. Η, 382. Θ, 127. Κ, 34. Λ, 197. Ν, 761, 765. Ο, 239. Σ, 3, 372. Τ, 4. Ω, 83, 473. α, 106. β, 299. δ, 450. ε, 151, 475. ποῦ δέ μιν εὗρε, et ubi eum invenit? ζ, 277, quod ἀστείως dictum, ὡς ἐπὶ ἑρμαίου τινός: εὕρημα γὰρ, τὸ κατὰ τύχην ἀγαθόν: *wo hat sie den fund gethan? (where did she find him?)* coll. 282. η, 136. ξ, 5. ο, 4, 465. χ, 401. ψ, 55. ω, 221. εὗρον, invenerunt, Α, 329. Ι, 186. Ο, 152. Ω, 98. β, 408. δ, 3. κ, 113. ψ, 45. ω, 15, 362. εὕρομεν, invenimus, *wir trafen an, (we found,)* Λ, 770. ι, 217. εὕρῃσι, Μ, 302, inveniat. εὕρῃ, sine ista syllaba paragogica, Χ, 192. ω, 461, quasi εὕρημά τι εὕρητε, λ, 107. εὕρωμεν, Ι, 49. μ, 300. εὕρωσιν, Η, 31. εὕροιμι, ν, 43. εὕροι, ι, 535. εὑρέμεναι, pro εὑρεῖν, Β, 343. δ, 373, 466. μ, 393. εὑρὼν, Γ, 24. ἑαυτῷ πρώτῳ κακὸν εὕρετο οἰνοβαρείων, sibi ipsi primo malum invenit et nactus est ebrius, φ, 304. εὕρετο τέκμωρ, invenit finem, Π, 472. εὕρεο (imperativus) ὄνομα, excogita nomen, imponendum nepoti tuo, τ, 403. hinc postea dictæ αἱ εὑρέσεις, i. e. μέθοδοι ἐπὶ τοῖς ἀδήλοις. τὸ εὕρημα scribitur et εὕρεμα. cæterum εὑρεῖν est ab ἔρω vel ἐρέω, quæro, investigo, et valde cognatum τῷ ἐρευνᾷν.

εὑρίσκω, vide supra.

εὔροος et ἐΰρροος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) pulcre fluens et benigne. ἐΰρροον ἀμφὶ Σκάμανδρον, Η, 329. ποταμὸς, Φ, 130.

εὖρος, εος. τό. (Ῥέω) latitudo, amplitudo. κατὰ τὸ εὖρος, *in die breite, (in the breadth,)* λ, 11, et ea est apta proportio ad μῆκος, conf. ὀργυιὰ, ejusque composita.

εὐρρύς, εῖα, ύ. (Ῥέω) bene et utiliter fluens. idem ac εὐρείτης, q. v. pro ῥέω dicitur et ῥύω, unde multa derivata. genitivo ἐϋρρέος interserit poëta, metri causa, Iota, λούεσθαι (lavari) ἐϋρρεῖος ποταμοῖο, Ζ, 508, Ο, 265. ἶξον πόρον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο, ad transitum et vadum, Ξ, 433. Φ, 1. Ω, 692.

εὐρυάγυιος, ὁ ἡ. ("Αγω) et ἡ εὐρυάγυια, latos vicos et plateas habens. πλατύρρυμος. et est epitheton urbium magnarum et celebrium. Τροίην εὐρυάγυιαν, Β, 12, 141. Ι, 28. εὐρυάγυια Μυκήνη, Δ, 52. Ἀθήνην, η, 80. πτόλις ἀνδρῶν

εὐρυάγυια, ο, 383, ex quo loco apparere videtur, omnes urbes antiquissimis temporibus latis plateis fuisse ædificatas. Troja sine nomine proprio velut κατ' ἐξοχὴν aliquam sic appellatur, δ, 246. cæterum εὐρυάγυιος opponitur ταῖς στενωποῖς, angiportis.

εὐρυκρείων, οντος. ὁ. (Κάρα) amplissime et latissime potens et imperans. est titulus supremi regis, *allergroßmächtigst*, *(most potent.)* opponitur τῷ μικροβασιλεῖ, *einem kleinen fürsten*, *(a petty prince.)* apud poëtam est epitheton Agamemnonis, cui datum erat imperium in fœderatos Græciæ principes et populos in bello Trojano, et cujus exercitus erat supra centum millium armatorum numerum: deinde et ejus proprium regnum erat multo amplius quam cæterorum principum et regum. Α, 102, 355. et 411, ubi stomachose hic titulus additur. Γ, 178. Η, 107. Ψ, 887. est ergo ὁ εὐρὺ βασιλεύων, ὁ πολλῶν ἄρχων, μέγας βασιλεύς. deinde et Neptunus sic vocatur, εὐρυκρείων Ἐνοσίχθων, Λ, 751, cujus imperium est in vastissimum mare: qui et ἀλικρείων dicitur, ὁ τῆς ἁλὸς ἄρχων.

εὐρυμέτωπος, ου. ὁ ἡ. (Ὄφ) lata fronte, *breitstirnig*, *(having a broad forehead.)* est epitheton boum. βοῦν εὐρυμέτωπον, Κ, 292. γ, 382. βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους, Υ, 495. ἕλικας, λ, 288. καλαὶ βόες εὐρυμέτωποι, μ, 262, 355. βοῶν γένος εὐρυμετώπων, υ, 212. Vide sub εὐρυόπης.

εὐρύνω, f. υνῶ. (Ῥέω) latum et planum facio. καλὸν ἀγῶνα εὔρυναν, locum certaminis pulcrum fecerunt latum et æquum, θ, 260.

εὐρυόδειος, ου. ὁ ἡ. et in fœm. quoque εὐρυοδείη. (Ἔω) latas vias habens, ubi late iri potest, μεγαλάμφοδος, i. e. latus et amplus. ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης, Π, 635, nam est generale terræ epitheton, late patentis, per quam ubique patent ambulationes. sic et γ, 453. κ, 149. ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης, λ, 52. est ergo ab ὁδεύειν, et εὐρύς.

εὐρυόπης, ου. ὁ. (Ὄφ) late patentem oculum habens, magnis oculis; et, late prospiciens oculis. idem ac εὐρύωψ, q. v. et hæc quidem forma epitheti possit connotare, late sonantem vocem habens: ea enim est solertia poëtarum, ut uno epitheto varia possint innuere ad rem pertinentia, prout id epitheton compositum aut derivatum ex analogia concipias. ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρυόπα Ζεὺς ἐσθλὸν, Ν, 732, alii vero in pectus insevit providus Jupiter mentem et rationem bonam, consilii vim acrem: et terminatio *nominativi* ionice et euphonice, sequente duplici consona, est similis vocativo, sic tamen ut accentus maneat, ubi fuerat in terminatione ης, ut distinguatur nominativus a vocativo. sic eadem terminatio nominativi, εὐρυόπα Ζεὺς, Ε, 265. Θ, 442. Ι, 419, 682. Ξ, 203. Ο, 724. Ρ, 545. Ω, 296. sed ipse *vocativus*, cum accentu in antepenultima est, Π, 241, τῷ κῦδος ἅμα πρόες, εὐρύοπα Ζεῦ, cum hoc una mitte victoriam, O late prospiciens Jupiter. porro nominativus, εὐρυόπα Ζεὺς, est β, 146. γ, 288. δ, 173. λ, 435. ξ, 235. ϱ, 322. ω, 543. sicut ergo ὁ εὐρυμέτωπος est, late patentem frontem habens; sic εὐρύωψ est, late patentem oculum habens, significatu primo, et idem qui ὁ βοώπης.

εὐρύπορος, ου. ὁ ἡ. (Πέρα) latus transitu, vastus ad transeundum, *weit zum übergange*, *(wide across.)* est epitheton maris. κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο, Ο, 381. μ, 2. παρὰ θῖνα θαλάσσης, δ, 432.

εὐρυπυλής, έος. ὁ ἡ. (Πέλω) amplis portis. ἀνὰ εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ, i. e. δῶμα, ad, domum et sedem Orci, latas portas habentem, Ψ, 74. sic, κατὰ, ad, λ, 570. nullæ enim portæ magis patent quam mortis. dicitur et ὁ ἡ εὐρύπυλος, estque simul epitheton conclavium spatiosorum et altorum.

εὐρυρέεθρος, ου. ὁ ἡ. (Ῥέω) late fluens, fluvius late diffusus. τὸν δὲ ἐγείνατο Ἄξιος, Φ, 141, coll. 186. ab εὐρύς, latus.

εὐρύς, εῖα, ύ. (Ῥέω) latus, amplus, *weitläufig, weit ausgebreitet*, *(ample, extensive.)* est a ῥέω vel ῥύω, fluo, et præfixo ε, cui deinde intersertum υ: nam proprie ponitur de flumine lato et amplo, et de æquore. οὐρανὸν εὐρὺν, Γ, 364. Ε, 867. Η, 178, 201. Θ, 74. Ο, 192. et 36, εὐρὺς ὕπερθεν. Τ, 257. Υ, 299. Φ, 267, 272, 522, ε, 303, etc. στρατὸν, ampla castra, amplum exercitum, Α, 229, 384, 478, 484. Β, 439. Δ, 209, 436. Τ, 196. Ω, 199. εὐρέος πεδίου, amplam planitiem, δ, 603. εὐρεῖ στρατῷ λαῶν, Δ, 76. πόντῳ, β, 295. τύμβον εὐρύν τε ὑψηλόν τε, Ψ, 247. *breit und hoch*, *(broad and high.)* et 258, εὐρὺν ἀγῶνα, amplus circus spectatorum plenus. θάλαμον, β, 338, *ein weites gewölbe*, *(a spacious apartment.)* εὐρέες ὦμοι, ampli et lati humeri, Γ, 227. σ, 68. πλυνοὶ, Χ, 153, capacia loca ad lavandum. δρόμοι, plana et longa loca ad currendum, δ, 605. εὐρέας ὤμους, Γ, 210. Π, 560. ζ, 225. εὐρέε ὤμω, Π, 791. Ψ, 380. εὐρέα πόντον, Ζ, 291. θαλάσσης κόλπον, Σ, 140. sic, ἁλὸς, Φ, 125. εὐρεῖα χθὼν, Δ, 182. Θ, 150. Φ, 387. νῆσος, ν, 243. πόλις, Β, 575. Λυκίη, Ζ, 173, 188, ad differentiam minoris et Troicæ Lyciæ. sic et Π, 455, 673. Κρήτης εὐρείης, ξ, 252. νηὸς φορτίδος, amplæ navis onerariæ, ε, 250. ι, 323. εὐρείῃ ἐν Τροίῃ, de regione, Ν, 433. Ω, 256. Κνωσσῷ, Σ, 591. Κρήτῃ, ν, 256, 260. εὐρεῖαν καὶ μακρὰν ὁδὸν, ubi sermo est de fossa longe repleta terra, ut multi possent transire eam, Ο, 358, *einen breiten weg*, *(a broad road.)* ἄρουραν, Σ, 542, arvum amplum. σχεδίην, latum navigium, ε, 163. et 483, εὐνὴν, amplum cubile et magnum. ἐκ Κρητάων εὐρειάων, ν, 344. γ, 83, 204. δ, 726, 816. τ, 333. ψ, 137, τὸ πλατυνόμενον καὶ εἰς τὰς ἔπειτα γενεάς. σπέος, ampla spelunca, Ν, 32. ι, 237. τεῖχος, Μ, 5. Φ, 447, murus crassus et latus, ut stare et obire commode propugnatores queant. σάκος, scutum, Λ, 527. Ν, 552, 608. Ρ, 132. μετάφρενον, latum tergum, Κ, 29. sæpe hoc neutrum adverbialiter. εὐρὺ ῥέων ποταμὸς, longe et

late fluens, in specie, exundans sæpe, Β, 849. Ε, 545. Π, 288. Φ, 157, 186, 304. εὐρέα νῶτα θαλάσσης, Β, 159. Υ, 228. γ, 142. δ, 313. θύρετρα, σ, 385. εὐρύσπερ ἐὼν αἰγιαλὸς, Ξ, 33, spatiosum et amplum littus. εὐρύτερος αὐτοῦ ὤμοις καὶ στέρνοις, amplior humeris et pectore quam alter, Γ, 194. εὐρυτέρα ὁδὸς, quæ opponitur τῇ στεινωπῷ, Ψ, 427.

εὐρυσθενής, έος. ὁ ἡ. (Στάω) late potens. notat ex comparatione cum aliis, quorum potentia non ita late porrigitur: et est apud poëtam epitheton Neptuni, i. e. maris, διὰ τὸ ἐνδύναμον τοῦ στοιχειακοῦ ὕδατος. Η, 455. Θ, 201. ν, 140. τὸ εὐρὺ in hoc composito non tam amplitudinem spatii, quam intensionem graduum, notat.

εὐρυφυής, έος. ὁ ἡ. (Φύω) late crescens. εὐρυφυὲς κρῖ λευκὸν, δ, 604, lato folio succrescens hordeum album; nam τοιοῦτόν ἐστι τὸ κρῖμνον κατὰ τὴν ἔκφυσιν.

εὐρύχορος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) ubi late chori possunt duci, ἔνθα ἐστὶν εὐρὺ χορεύειν. est epitheton χώρας εὐδαίμονος, et plenæ cœtuum hilarium. nam, ut apparet ex μ, 4, χοροὺς notare cœtus cingentes cum celebritate et hilaritate dominum ibi habitantem; (quod notavimus sub χορὸς prope medium) sic hoc epitheton notat terram, late ejusmodi cœtibus oppletam. qui ergo nude pro εὐρύχωρον, lata regione, positum putant, nimis anguste vocem poëticam interpretantur. εὐρύχορον Μυκαλησσὸν, Β, 498. Ἤλιδα, δ, 635. Θήβην, λ, 264. Λακεδαίμονα, ν, 414. ο, 1. Ἑλλάδος εὐρυχόροιο, Ι, 474. πρὸ ἄστεος, ω, 467, ante urbem amplam et late choreis hilarem alio tempore; fortasse et eodem, nam celebrabatur festus Apollini dies, et reliqui cives, præter parentes cognatosque procorum, choreas obibant. εὐρυχόρῳ Σικυῶνι, Ψ, 299. Ὑπερείῃ, ζ, 4. Ἰαολκῷ, λ, 255.

εὐρύωψ, ωπος. ὁ. (Ὄφ) late patentem oculum habens, magnis oculis; et, late prospiciens oculis. est ab εὐρὺς, latus, amplus, et ὁ ὤψ, oculus. est epitheton Jovis, μεγαλόφθαλμος, διὰ τὸ προνοητικόν. nam qui Jovem physice aërem esse dicunt (quod quidem nemo negat) eique ideo hoc epitheton convenire aiunt, ὅτι εὐρὺ βλέπομεν διὰ τοῦ ἀέρος: vel qui ad ἡ ὄψ, vox, respiciunt, ut sit εὐρύωψ, ὅτι εὐρεῖαν ἔχει ὄπα ὁ Ζεὺς, βροντητικὸς γάρ: ii nimis jejune hanc vocem poëtæ enarrant. posteriori sensu potius dicitur ἐριβρεμέτης, et ἐρισμάραγος, et δινχής. sic et Juno videtur quibusdam physice dicta βοῶπις, a βοῇ, cum tamen sit μεγαλόφθαλμος, ex parte formositatis fœmineæ, et quia *magnum* Græci per βοῦν solebant exprimere, honestum animal apud antiquos. hinc et ἡ Εὐρώπη habet nomen, ἡ μεγαλόφθαλμος. εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἥμενον ἄλλων, invenit late spectantem Saturnium sedentem separatim ab aliis, solum, Α, 498. ἐρύκειν εὐρύοπα Ζῆνα, Θ, 206, coërcere eum. ἦ φῂς, ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρύοπα Ζῆνα, ὡς Ἡρακλῆος πέρι χώσατο, παιδὸς ἑοῖο; Ξ, 265, an putas, Jovem late videntem sic opitulari Trojanis sicut ob Herculem filium suum iratus fuit? εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην, περὶ δ' ἄλλοι ἅπαντες εἵατο (sedebant) ὁμηγερέες μάκαρες θεοὶ, Ω, 98. et 331, τὼ δ' οὐ λάθον εὐρύοπα Ζῆνα, ἐς πεδίον προφανέντε, ambo illi non latuerunt late prospectantem Jovem, cum in planitiem venirent. ob metrum autem τὸ ω penultimum mutatum est in ο, quod et in forma εὐρύοπης valet.

εὐρώεις, εσσα, εν. (Ῥέω) situ et mucore obsitus. est apud poëtam epitheton locorum subterraneorum, quæ sunt loca senta situ: simul, ob cognationem originis cum εὐρὺς, potest connotare τὸ εὐρὺ καὶ πλατὺ locorum eorum. οἰκία εὐρώεντα Ἀΐδου, Υ, 65. sic, εἰς Ἀΐδου δόμον εὐρώεντα, κ, 512. ψ, 322. κατὰ εὐρώεντα κέλευθα, ω, 10, τὰ σεσηπότα, nam notantur loca putredinis mortuorum: vel et πλατέα, sunt enim capacia omnium viventium: vel utrumque simul, ex more poëtarum, qui in epithetis formandis sæpe plures quam unam nominis originem respiciunt, ut plures ideas uni voci includant.

Ἐΰς, ἐεῖα, ἐΰ. et ionice ἠΰς. (Ἔω) genitivus ἐέος et ἠέος. accus. ἐΰν et ἠΰν. bonus, pulcer. *schön, gut, (handsome, good.)* genitivus dicitur et ἑῆος. est cum ἔω, sum, exsisto, ejusdem originis: et notat maxime *admirationem* rei ante alias in oculos aut sensum incurrentis. ἠΰς τε μέγας τε, pulcer forma et magnus statura, Β, 653. Γ, 167, 226. Ε, 628. Ζ, 8. Λ, 221. Υ, 457. Ψ, 664. ι, 508. simul tamen hoc ἠΰς, præter formam egregiam, etiam aliam indolem designat sæpe. cæterum statura grandis, et forma heroë digna, magnæ omnino sunt admirationi, et apud antiquos inprimis fuerunt. Sic de Xerxe inquit Herodotus VII, 187, cum tot myriadas duceret in Græciam, οὐδεὶς αὐτῶν, κάλλεός τε εἵνεκα καὶ μεγέθεος, ἀξιονικότερος ἦν αὐτοῦ, ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος. poëta alibi id dicit καλός τε μέγας τε, eodem sensu. ἐΰς παῖς Ἀγχίσου, Β, 819. Μ, 98. Ρ, 491. nam Æneas valde fuit pulcer. Μηριόνης θεράπων ἐΰς, Ν, 246. ἠΰς θεράπων Σαρπηδόνος, Π, 464. et 653, Ἀχιλῆος. Μηριόνης ἐΰς, Ψ, 528, 860, 888, θεράπων Ἰδομενῆος. υἱὸν ἐΰν Πριάμοιο, Θ, 303. θεοῦ γόνον ἠΰν ἐόντα, Ζ, 191. Βίας τ' ἐΰς, Ν, 691. Νῖσον ἐΰν τ' ἔμεν ἀφνειόν τε, formosum esse et divitem, σ, 126. τέκνον ἐμὸν, (inquit Jupiter ad Minervam) δὴ πάμπαν ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἑῆος, sane omnino discedis a viro tam bono, eumque destituis, Τ, 342, et sermo est de Achille, cujus, præter speciem formosam (vide Β, 673, 674,) etiam reliquas dotes magni facit Jupiter. αἰδοῖ φωτὸς ἑῆος, reverentia viri speciosi, ξ, 505, coll. 503, 506. παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἑῆος ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω, ο, 449, filium viri boni et nobilis in domo educo, inquit ancilla honesta. qui hunc genitivum scribunt per spiritum asperum, nulla ratione id faciunt: nam, si contendant, inesse notionem τοῦ, ἑὸς, suus; apparet ex exemplis, eam non inesse. minor etiam fit ratio, si Ionicam respicias dialectum, quæ in hac voce regnat, et quæ non nimis amat asperum. ἵπποισιν ἐνέπνευσεν μένος ἠΰ, Ρ, 456, equis inspiravit admirabile robur. sic et Ω,

442. sic de homine, ἐνῆκέν οἱ μένος ἠΰ, Υ, 80, injecit ei, Æneæ, animum præstantem. ὀφέλλετο (magnum erat) γὰρ μένος ἠΰ ἵππου, Ψ, 524, impetus egregius, vis nobilis. εἰ δή σοι (O Telemache) σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠΰ, β, 271, si tibi instillatus est animus præstans patris tui Ulyssis. ponitur ergo de quovis admirabili et eximio: ut notet *singulare* quid, ab ἔω, sum. genitivum pluralem poëtæ ex Dorica dialecto formant ἐάων vel ἐήων. de spiritu vero aspero, quem obtrudunt huic voci quidam, dictum est ante. πίθοι δοιοὶ, κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων, Ω, 528. Θεοὶ, δωτῆρες ἐάων, Θ, 325. et 335, Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, δῶτορ ἐάων, dator bonorum, quæ præcipue sunt divitiæ. est ergo hoc α dorice ortum ex η, in quod ionice mutatum erat ε. nam genitivus pluralis esset ἐέων, ionice ἐήων, dorice ἐάων. et hanc formam amant poëtæ, quia roborat pronuntiationem vocis cum affectu efferendæ. sic Hesiodus, in Scuto Herculis, versu 7: βλεφάρων ἀπὸ κυανεάων, pro κυανέων, ubi α simpliciter est intersertum, per ἔκτασιν Æolicam.

εὔσελμος, ου. ὁ ἡ. (Σέω) est epitheton navis; bonis transtris instructus. per tropum, a parte ad totum, bene ædificata et instructa navis. et quia hoc compositum etiam ad ἡ σελμὶς, i. e. τὸ σχοινίον, pertinere potest: hinc una notat εὔσχοινος, bene rudentibus et funibus instructus. Β, 170, 358, 613. Ο, 477. Π, 1. β, 390. δ, 409. ι, 127, 148. σ, 243.

εὔσκαρθμος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) bene saliens et currens, εὐκίνητος: ab εὖ et σκαίρειν, a quo est ὁ σκαρθμὸς, qui et τὸν δρόμον denotat et τὴν βάσιν, imo et κατὰ διάλεκτον, πόδα. εὔσκαρθμοι ἵπποι, Ν, 31.

εὔσκοπος, ου. ὁ ἡ. (Ὄφ) providus, consideratus, ὁ δεξιὸς σκοπεῦσαι, ὁ πάντα κατὰ σκοπὸν ποιῶν, omnia ad scopum bene dirigens, *der alles dem zwecke und der absicht gemäs mit vorsicht und bedacht einrichtet, (directing every thing with judgment and discretion to its aim and purpose.)* oppositum τοῦ ἀσκόπου, temerarii. est epitheton Mercurii, prudentiæ practicæ præsidis, ἐΰσκοπον Ἀργειφόντην, Ω, 24, 109. α, 38, ubi apte positum hoc epitheton, utpote δι' οὗ εἶχεν ὁ Αἴγισθος προσκοπεῖσθαι τὰ μέλλοντα. sic et η, 137. et Mercurio proprium est hoc epitheton generale: οὐδεμία γὰρ λογικὴ μέθοδος ἄλλως προβάλλεται, εἰ μὴ πρός τινα βάλλῃ σκοπόν. deinde est et epitheton boni jaculatoris aut sagittarii, ὁ ἀγαθὸς σκοπευτὴς, et Dianæ, ἐΰσκοπος ἰοχέαιρα, λ, 197, ἡ εὖ καταστοχαζομένη τοῦ σκοποῦ. Vide sub ἄσκοπος.

εὐσταθὴς, έος. ὁ ἡ. (Στάω) firmus, bene fundatus, firmiter constitutus. ἐϋσταθέος μεγάροιο, Σ, 374, εὐπήκτου. υ, 258. χ, 120, 127, 257, 274, 441, 458. sic et, θαλάμου, ψ, 178, *dem fest und stark angelegten, (firmly and strongly built.)*

εὐστέλλω, f. ελῶ. (Τέλλω) bene instruo et exorno et compono, *ich bestelle gut, rüste wohl aus, (I fit out, equip well.)* νῆας ἐϋστείλαντα, me naves probe armantem, ξ, 247, coll. 248.

εὐστέφανος, ου. ὁ ἡ. (Στάω) bene cinctus, bene munitus et circumdatus. ἐϋστεφάνῳ ἐν Θήβῃ, Τ, 99, i. e. bene cincta munitionibus et muro: ut εὐστέφανος sit εὐτείχεος, διὰ τὰς τῶν πύργων στεφάνας. εὐστέφανος Κελαδεινὴ, Φ, 511, Diana eleganter cincta in capite, vel circa ventrem. sic et ἡ Κυθέρεια, Venus, σ, 192. εὐστεφάνου Ἀφροδίτης, θ, 267. et 288, Κυθερείης. nam στεφάνη est γυναικεῖός τις κόσμος ἐπομφάλιος. et sicut ex τιμὴ fit ἔντιμος, sic ex στεφάνη εὐστέφανος.

εὔστρεπτος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) bene contortus. ἐϋστρέπτοις βοεῦσιν, bene tortis et complexis loris ex corio bubulo, β, 426. ο, 291, εὐκλώστοις, *mit wolgeflochtenen riemen, (with well-twisted thongs.)*

εὐστρεφὴς, έος. ὁ ἡ. (Τρέω) bene tortus. it. quod bene flectitur et facile circumvertitur. ἐϋστρεφέα νευρὴν ἐν τόξῳ, Ο, 463, coll. 469, εὔκλωστον. nam τὸ κλώθειν dicitur στρέφειν. τοὺς συνέεργον ἐϋστρεφέεσσι λύγοισι, ι, 427, arietes colligabam bene se circumflectentibus viminibus. πεῖσμα ἐϋστρεφὲς πλεξάμενος, funem tortilem plectens, κ, 167. ἐμὲ κατέδησαν ὅπλῳ ἐϋστρεφεῖ, ξ, 346, me alligarunt ad malum rudente bene torto, σχοινίῳ. ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰὸς, φ, 408, coll. 407, i. e. χορδὴν, cujus hæc est definitio, et quam vulgi lingua vocat κόρδαν.

εὔστροφος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) quod facile circumvertitur. χεῖρα ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, Ν, 599, 716, i. e. σφενδόνῃ colligavit manum ejus vulneratam, quia jam alia ligatura ad manus non erat. et hæc funda erat facta ex pelle ovilla lanea bene præparata, et poterat apte circumplicari manui huic. ergo, quod facile et bene circumvolvitur alicui.

εὖτε, (Εἰ) adverb. quando, cum. ὅτε, ἡνίκα, *wenn, als, (when, as.)* est ab εἰ, quando, per paragogen, et mutationem τοῦ Iota. εὖτ' ἂν πολλοὶ πίπτωσι, quando multi cadent, Α, 242, et conjunctivus verbi est ab ἄν. εὖτ' ἄν σε ὕπνος ἀνήῃ, Β, 34. et 228, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν, cum urbem ceperimus. εὖτέ μιν αὐτὸς ἀνὴρ ὀδύνῃσιν ἔδωκεν, cum eum idem vir doloribus dabat, Ε, 396. εὖτε πύλας ἵκανε, cum ad portas venit, Ζ, 392, *als er kam, (when he came.)* et 515, εὖτ' ἄρ' ἔμελλε στρέψεσθαι, cum digressurus erat. εὖτέ μιν προὔτρεψε, Θ, 367. εὖτε γὰρ ἠέλιος ὑπερέσχεθε γαίης, Λ, 734, quando sol exstitit supra terram. πύργον ἵκοντο, Μ, 373, quando ad turrim venerunt; sequente δὲ, tunc, *da, (then.)* εὖτ' ἂν πρῶτον ἐμιλήσωσι, Τ, 158. τὸν ὕπνος ἔμαρπτε, quando eum somnus cepit, Ψ, 62. et 85, μὲ τυτθὸν ἐόντα ἤγαγεν. κτείνεσκε, quando interficiebat, Ω, 392. εὖτ' ἄν μιν κάματος καταλάβῃ, α, 192, quando eum lassitudo cepisset, quod attinet γυῖα, artus. εὖθ' (pro εὖτε) ἔρδωμεν, quando facimus sacra, η, 202, et ibi omissum ἂν regit conjunctivum. εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε,

quando stella eminebat, ν, 93. εὖτε ἂν μηκέτι ἐπικρατέωσιν ἄνακτες, ρ, 320. et 323, εὖτε ἄν μιν καθέλῃ δούλιον ἦμαρ, quando eum occupat servitus. et 359, εὖθ' ὅδ' (εὖτε ὅδε) ἐδειπνήκει, cum hic cœnaverat. εὖτε ἂν ἴῃ, σ, 193, quando it. εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε, υ, 56. et 73, Ἀφροδίτη προσέστιχε, adivit. εὖθ' ὑπὲρ οὐδὸν ἔβαινε, χ, 182, cum limen supergrediebatur. εὖθ' ἣ φᾶρος ἔδειξε, ω, 146, cum hæc ostenderet pallium. et his omnibus locis est χρονικὸν ἐπίῤῥημα. est vero et ὁμοιωτικὸν καὶ παραβολικὸν, pro quo tamen poëta amat dicere ἠΰτε. unus tantum locus est, Γ, 10, εὖτε Νότος κατέχευεν ὀμίχλην, quando auster offudit nebulam, (sequente ὣς, 13, pro οὕτως) ubi vim comparandi habet, ex omisso ὡς, sicut.

εὐτείχεος, ου. ὁ ἡ. (Τέκω) pro εὐτείχειος, ionice: bene munitus, bene septus. Τροίην εὐτείχεον, Α, 129. Θ, 241. Ἴλιον, Β, 113, 288. Ε, 716. πόλιν εὐτείχεα πέρσας, Π, 57, ubi vel est metaplasmus declinationis, ut accusativus ex tertia terminetur pro εὐτείχεον: vel scribi potius debet εὐτειχέα.

εὐτειχὴς, έος. ὁ ἡ. (Τέκω) idem. de loco Π, 57, vide supra.

εὔτμητος, ου. ὁ ἡ. (Τέμω) bene sectus. ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι, loris sectis artificiose ex corio, Κ, 567. Φ, 30. ἱμάντας ἐϋτμήτους βοὸς, de cæstibus, Ψ, 684. et 825, ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι, cum bene secto balteo, quo gladius gestatur, legit Latinus interpres, χ, 24, εὐτμήτους τοίχους, pro εὐδμήτους, quem errorem graphicum ne erres.

εὐτρεφὴς, έος. ὁ ἡ. (Τρέω) bene auctus et nutritus, pinguis. ἄρσενες ὄϊες εὐτρεφέες, δασύμαλλοι, καλοί τε, μεγάλοι τε, ι, 425, arietes pingues, denso vellere, pulcri et magni. νάκην (pellem) αἰγὸς εὐτρεφέος μεγάλοιο, ξ, 530, quo se munit vir adversus ventum et frigus.

εὐτρέφω, (Τρέω) bene et accurate educo. οἵ με ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐΰτρεφον ἠδ' ἀτίταλλον, Ξ, 202, i. e. εὖ ἔτρεφον, coll. 303. ἢ κεῖνον δύστηνον ἐΰτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλεν; τ, 354.

εὔτροχος, ου. ὁ ἡ. (Τρέω) bonis rotis instructus, bene currens rotis. est epitheton currus. εὔτροχον ἅρμα, Θ, 438. ἅμαξαν εὔτροχον, Ω, 150, 179, 189, 266, quæ eodem sensu alibi dicitur εὔκυκλος, ζ, 72.

εὔτυκτος, ου. ὁ ἡ. (Τέκω) pro εὐτεύκτος. bene elaboratus et præparatus. εὔτυκτον κυνέην, galeam probe factam et aptam, Γ, 336. Ο, 480. Π, 137. ξ, 276. χ, 123. κλισίην, bene structum tabernaculum, Κ, 566. Ν, 240. etiam, sellam bene factam, δ, 123. εὐτύκτος ἱμάσθλη, bene facta scutica, Θ, 44. Ν, 26. et connotat firmitatem. omisso τ in ultima dicitur ὁ ἡ εὔτυκος, apud Callimachum in Lav. Pal. 3, ἡ θεὸς εὔτυκος ἕρπει, dea bene præparata et ornata progreditur. sic, πῦρ εὔτυκον, ignis paratus, Theocrit. 25, 86. apud Æschyl. Suppl. 981, εὔτυκος ψόγον ἐπιφέρειν ἄλλοις, promtus culpare alios, coll. v. 1001, γλῶσσαν εὔτυκον κακὴν ἐμφέρει τῷ μετοίκῳ, inquilino infert linguam maledicam promte. hinc adv. εὐτυκῶς promte, facile.

εὐφημέω, f. ήσω. (Φάω) bene dico, in sensu sacro; faveo lingua, fausta precor, voveo bene. nam pertinet hoc verbum ad φήμη, in sensu antiquo. contrarium est ἀνευφημέω, κατευφημέω, infausto modo resono, Eur. Or. 1335. φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε, Ι, 171; ferte igitur manibus aquam (ut lotis manibus precemur) et jubete bene precari, ἐνθεάσαι κατὰ εὐχήν; nam φήμη notat et εὐχὴν, votum, faustam apprecationem.

εὐφραδῶς, (Φάω) adverb. scite, intelligenter. μάλα εὐφραδέως πεπνυμένα πάντα ἀγορεύεις, τ, 352, valde diserte prudentia omnia loqueris, *redest sehr schön lauter verständige dinge, (thou speakest with great prudence and discretion.)*

εὐφραίνω, f. ανῶ. (Φέρω) exhilaro, lætum mente facio. ὑμεῖς δ' αὖθι μένοντες ἐϋφραίνοιτε γυναῖκας καὶ τέκνα, vos vero hic manentes exhilaretis uxores vestras et liberos, ν, 22, inquit valedicens Ulysses ad Phæacenses proceres: et simul inest notio voluptatis conjugalis, ut et alibi. sic Penelope sibi precatur, μηδέ τι χείρονος ἀνδρὸς ἐϋφραίνοιμι νόημα, υ, 82, ne gaudium præbeam voluntati viri deterioris; μὴ ἑτέρῳ μιγείην ἀνδρὶ, ne exhilarem aliquem horum invisorum mihi procorum συνουσίᾳ ἐμῇ. deinde et generalius, ἐγὼ Τρῶας ἐϋφρανέω, pro εὐφρανῶ, ego exhilarabo eos, inquit Hector, adventu meo incolumi, Η, 297. et 294, ὡς σὺ εὐφρήνῃς Ἀχαιοὺς, ut tu lætos facias eos adventu tuo. ἐγὼ νοστήσας οὐκ ἔμελλον εὐφρανέειν ἄλοχόν τε φίλην καὶ νήπιον υἱὸν, ego reditu meo exhilaraturus non eram uxorem meam et filiolum, Ε, 688, inquit Sarpedon graviter vulneratus. καὶ εὔφρηνε ἐπέεσσιν, Ω, 102, et lætam ei mentem facere studebat verbis: quod ludens aliquis veterum in mulierem, gaudentem congressu virorum, sic inflexit, αὐτὴν εὔφρηνε πέεσσιν, a τὸ πέος, penis. εὐφρῆναι ἄλοχόν τε φίλην κεδνούς τε τοκῆας, Ρ, 28, *seine frau und werthe eltern zu erfreuen, (to delight his dear wife and venerable parents.)* εὐφραίνεσθαι, lætitia frui, β, 311.

εὐφρονέω, f. ήσω. (Φέρω) bene cogito, benevola sum mente, faveo; recte et prudenter cogito, bene sentio. ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο, qui iis dicebat ut benevolus non solum, sed et prudens, Α, 73, de Calchante. et 253, de Nestore. sic de eodem, Β, 78. Η, 326. Ι, 95. ω, 53. de Ulysse, Β, 283. de Polydamante, Σ, 253. de Thoante, Ο, 285. de Halithersa, β, 160. ω, 452. de Mentore, β, 228. de Echeneo, Phæace, η, 158 de Amphinomo, π, 399. et prudentiæ *faventis* notio in his prævalet. sic Tiresias apud Sophoclem ad Creontem: εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω, et apud Eurip. Alc. 208, οὐ πάντες εὐφρονοῦσι κοιράνοις, non omnes servi bene volunt dominis.

εὐφροσύνη, ης. ἡ. (Φέρω) hilaritas, voluptas mentis, ἡ φιλόφρων ἡδονή. μάλα που σφίσι θυμὸς αἰὲν ἐϋφροσύνῃσιν ἰαίνεται εἵνεκα σεῖο, inquit Ulysses ad regiam virginem de parentibus et fratribus ejus, ζ, 156, valde certe illis animus perpetuo lætitiis floret tui causa. ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα, quam cum lætitia mentis obtineat et regimen habeat per omnem populum, ι, 6. οὐδέ ποτε ὑμῖν θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ, κ, 465, neque unquam vobis cor est in lætitia, *ir seyd nie fröhliches herzens, (ye are never of joyous heart.)* ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι, sibi invicem exhibentes risum et lætitiam, υ, 8, de puellis lepidis una euntibus. ὄφρα σφῶϊν ἐϋφροσύνης ἐπιβῆτον ἀμφοτέρω φίλον ἦτορ, ψ, 52, ut ambo vobis cor vestrum insistere faciatis lætitiæ. poëta ergo hoc nomen ubique pro animo exhilarato ponit, nusquam vero de sapientia. ergo nec η, 74, legi debet ᾗσιν ἐϋφροσύνῃσιν, sua sapientia, ut quidam ibi male contendunt legi debere. *guter muth, (cheerfulness.)*

εὔφρων, ονος, ὁ ἡ. (Φέρω) lætum animum vel habens vel faciens. ἐπεί σφισι θυμὸς ἐΰφρων, i. e. γλυκὺς, ἄπονος, *weil sie gutes mutes sind, (because they have joyous minds,)* ρ, 531. δαίνυται εὔφρων, convivio interest hilaris, O, 99. οἶνον ἐΰφρονα, vinum exhilarans, Γ, 246. notat et, propitius, favens.

εὐφυής, έος, ὁ ἡ. (Φύω) bene formatus crescendo. *wohl gemacht von natur, wolgewachsen, (well shaped by nature, well grown.)* μηροὶ εὐφυέες, Δ, 147, οἱ εὖ πεφυκότες, et probe succulenti. sic, εὐφυέα πτελέην μεγάλην, Φ, 243, ulmum proceram crassam; et id epitheton proprium est καλῷ δένδρῳ, *gerade und hoch gewachsen und völlig, (straight, tall and strong.)* sed apud recentiores hoc nomen de animo ponitur, ut notet τὸν εὖ πεφυκότα εἰς τὸ μαθεῖν, τὸν κατὰ νοῦν δεξιόν. imo et attice vocant τὸν εὐφυῆ, τὸν σκωπτικὸν, *einen feinen spötter, (a satirist.)*

εὔχαλκος, ου. ὁ ἡ. (Χάω) bene et ex bono ære vel ferro factus. ὑπὸ στεφάνης εὐχάλκου, sub galea ex firmo et solido ferro facta, H, 12. ἀξίνην ἐΰχαλκον, securim ex bono ferro firmiter factam, N, 612, qua pugnabat Pisander. μελίην, fraxineum hastile bene præfixum ferro, Υ, 322. κυνέην, galeam, χ, 102. τριπόδων εὐχάλκων ἠὲ λεβήτων, ο, 84, tripodum ex bono ære bene factorum.

εὐχετάομαι, (Χάω) precor, voveo, votum nuncupo; profiteor, glorior, dico de me. idem ac εὔχομαι, q. v. ex eoque per paragogen factum. si tamen malis aliam deductionem, possis dicere, esse ab ὁ εὐχέτης, ου, precator, prædicator, qui est ab εὐχέω, f. έσω, verbo inusitato. τίνες εἶναι εὐχετόωνται, pro εὐχετῶνται, quinam se esse dicunt, α, 172. δ, 139. μ, 98. τίνες εἶναι εὐχετόωντο, quinam esse se dicebant, ξ, 189. π, 58, 223. sed, πᾶσι θεοῖσι, χεῖρας ἀνίσχοντες, μεγάλα εὐχετόωντο ἕκαστος, Θ, 347, quod opponitur τῷ, σιγῇ εὔχεσθαι. sic et O, 369. μ, 356. habet hoc verbum etiam notionem agendi gratias lætas: πάντες δ' εὐχετόωντο θεῶν Διΐ, Νέστορί τ' ἀνδρῶν, Λ, 760, i. e. εὐφήμως εἶχον καὶ εὐχαρίστως, *sie lobeten dankbarlich unter den göttern den Jupiter, unter den menschen den Nestor, (they praised with gratitude Jupiter among the gods, and Nestor among men.)* quemque pro portione sua. sic X, 394, ᾧ (Ἕκτορι) Τρῶες κατὰ ἄστυ, θεῷ ὥς, εὐχετόωντο, et inest simul notio fiduciæ repositæ in eo: gratias agebant ei, eumque vocabant in auxilium, cum gloriatione certissimi eventus. σοὶ κἀκεῖθι, θεῷ ὥς, εὐχετοῴμην, θ, 467, tibi etiam ibi, ut numini alicui, gratias acturus essem, pro εὐχεταοίμην. sic et ο, 181. sed, μή τις εὐχετόῳτο ἐπέεσσιν, ne quis lætus glorietur verbis, M, 391, pro εὐχετάοιτο, κατακαυχῷτο. Διῒ εὐχετάασθαι, Jovi vota facere et preces offerre, Z, 268, coll. 259. sed P, 19, οὐ μὲν καλὸν, ὑπέρβιον εὐχετάασθαι, non quidem pulcrum est, impotenter gloriari et prædicare de se. sic Υ, 348, αὔτως, gloriari inaniter. οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, χ, 412, ubi ad ὁσίη subintelligenda est εὐχὴ, gratulatio: non deo placet gloriatio, quando gratulamur ob homines occisos. quid ergo censeret Ulysses vel Homerus, si ex *injusto* bello partas victorias celebrari audiret, per " Te Deum laudamus?" cæterum ἡ εὐχὴ, precatio ad Deum, est τὸ τῆς ἀμηχανίας φάρμακον.

εὐχή, ῆς. ἡ. (Χάω) preces, precatio; *gebet, (prayer.)* est, sicut verbum εὔχομαι, ab εὖ ἔχεσθαι, bene adhærere alicui, *sich gut anhalten, (to adhere faithfully to.)* quasi εὐεχή: nam bene ad numen confugitur. sic et Germani suum *anhalten* ponunt pro, precari: imo simpliciter ab ἔχειν vel ἔχεσθαι potest deduci, interserto æolice υ. cæterum precans τοῦ εὖ i. e. τοῦ ἀρίστου, ἔχεται, *hält sich an das beste, (lays hold of, supplicating the best.)* cum deum complectitur et tenet. omnes εὐχαὶ δίκαιαι τελεσφοροῦνται apud poëtam: et exemplis docet, precandum esse semper et in omni re, nec preces justas unquam esse irritas. esse igitur deum, rectoremque universi, simul docet, παρ' ᾧ ἐνεργὴς ἡ εὐχή. exempla εὐχῆς sunt, B, 412, ubi σχῆμα εὐχῆς est Ἀττικὸν, κατ' ἔλλειψιν τοῦ, δὸς ἢ ποίησον, sed Γ 322, δὸς est additum. Attici enim optant elliptice per infinitivum. sic Darius, conjecto in aërem telo, apud Herodotum, injuste ideoque nullo cum effectu, precabatur: ὦ Ζεῦ, γενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. et 275, supinis versus cœlum sublatis manibus precabantur, quasi provocantes τὴν ἀντοχὴν cœlestem, H, 177, 200. Θ, 236. lavabant precaturi manus ante, ut puras ursum tollerent, I, 171. O, 370. porro ritus precandi sunt, Π, 220—254..513, seqq. P, 645, seqq. Ω, 306, seqq. Z, 86, seqq. inefficacium precum exemplum est Z, 304—312. per auditas preces simul indicat poëta, nullum esse fatum

absolutum in rebus humanis, sed respectivum. εὐχῇσι, precibus, *κ*, 526. ergo dicitur, εὔχομαι θεῷ, comprecor deum: εὔχομαι ἀνθρώπῳ, vota facio pro homine aliquo. κατεύχομαι est καταρῶ.

εὔχομαι, f. εὔξομαι (Χάω) precor, *ich bete, (I pray:)* voveo, votum nuncupo, *ich gelobe, (I vow:)* profiteor, glorior, *ich rühme mich, gebe von mir vor, (I boast, assert of myself,)* dico de me. est ab εὐέχειν, bene habere, bene adhærere, *sich wohl woran halten, (to adhere steadfastly to something;)* εὖ ἔχεσθαι. εὐχόμεθα ἡμεῖς, μέγα ἀμείνονες εἶναι πατέρων, Δ, 405, *wir behaupten von uns, und sagen mit recht, (we justly boast of being,)* αὐχοῦμεν. εὔχομαι, ἐλπόμενος Διΐ, ἐξελᾶν ἐνθένδε κύνας, confido, spe in deo posita, me expulsurum hinc canes istos, Θ, 526, profiteor me id facturum. ξεῖνοι πατρώϊοι εὐχόμεθα εἶναι, Ζ, 231, hospites jam inde a patribus profitemur nos esse. et 210, ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι, hujus sane familiæ et sanguinis profiteor esse me. ὃς αὐτῇ πόσις εὔχομαι εἶναι, qui ei maritus esse gloriari possum, *der ich die ehre und das glück habe ihr gemahl zu seyn, (who have the honour and happiness to be her husband,)* Θ, 190. ὅς σεῖο γεραίτερος εἶναι, qui dicere de me possum et qui in hoc præsto, quod senior sim te, Ι, 60. et 161, ὅσον γενεῇ προγενέστερος εὔχομαι εἶναι, quanto natu major esse gloriari possum. ὅσοι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ (apud exercitum) εὐχόμεθα εἶναι, Ο, 296. conf. Υ, 209, 241. Φ, 187, 411. Ψ, 669. Β, 82, ubi maxime apparet, hoc εὔχεσθαι, i. e. καυχᾶσθαι, jure et merito fieri, et ex vero. Α, 91. Ε, 173. Ν, 54, gloriari vere jam potest. Ξ, 113. et 366, φησὶ καὶ εὔχεται, quod utrumque idem fere. et 484. Υ, 102. sed, τοῖσιν δ' Ἀτρείδης μεγάλα εὔχετο χεῖρας ἀνασχὼν, tunc inter eos Agamemnon valde precabatur manibus ad cœlum sublatis, Γ, 274, ἐν αὐτοῖς: et μεγάλα adverbialiter est, intento studio et clara voce. sic, Χρύσης, Α, 450. et Νέστωρ, Ο, 371, 374, 377. Π, 231 — 259. Τ, 252 — 270. Ψ, 769 — 771. Ω, 306 — 314, quibus locis simul varii ritus comprecandi deos: et apud poëtam nullæ justæ preces sunt irritæ. εὔχετο Ἀπόλλωνι, votum faciebat ei, Δ, 119, 121. εὔχοντο θεοῖς, Γ, 296, precabantur ad deos. Ζ, 304 — 311, εὐχομένη. et 312. ἐπεὶ εὔξαντο, Β, 421. Α, 658. εὐξάμενος Διΐ, Π, 253. Ρ, 499, *da er sich mit gebet an den gewendet, (having prayed to him.)* εὐξαμένου ἤκουσε, Α, 381, 453, 457, 43. Ε, 121. Ι, 505. Π, 236, 249, 513, 527, 531. εὔχεο χεῖρας ἀνασχὼν, precabaris, sublatis manibus, Σ, 75. et in imperativo, εὔχεο θεοῖς, comprecare deos, Υ, 104. Ἀπόλλωνι, vove ei, Δ, 101. precare, Ω, 287, 290. εὔχεσθε Διΐ, precamini ad Jovem, Η, 194 — 206, ubi sic hortatur Ajax, μονομαχήσων cum Hectore, fateturque, duo ad pugnandum necessaria adesse sibi, βίαν, i. e. ῥωμαλεότητα, et ἐπιστήμην τῶν πολεμικῶν: hinc sperat, se posse vincere adversarium, ἐὰν θεὸς μὴ ἐναντιωθείη: propterea jubet suos εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ut et divinum habeat favorem. sic Hector suos jubet εὔχεσθαι θεοῖς, Ζ, 240. ᾧ μέλλεις εὔχεσθαι, cui soles vota facere et precari, Λ, 364. Υ, 451. ὤφελεν ἀθανάτοις εὔχεσθαι, Ψ, 546, 547, debuisset precari ad deos: et vides, neglectus numinis et precum adducit infortunium. Eumelus est strenuus, et ob id miseratione dignus; sed quod neglexit preces, ideo miseratione est indignus. ᾧτε εὐχόμενος σὺ, ad quem precans tu, Α, 87. εὐχόμενοι Διΐ, Λ, 735. εὐχόμενος, precans, orans, Β, 401. Ι, 183. Κ, 295. Ζ, 304. Η, 298, αἵτε μοι εὐχόμεναι, quæ pro me supplicantes; ubi est dativus commodi. Ψ, 771. Ω, 314. σοὶ γὰρ ἔγωγε εὔχομαι ὥστε θεῷ, comprecor enim et oro ego te velut numen, *ν*, 231. εὔχεται Διΐ, vota facit Jovi, *ο*, 352. ἐπὴν σπείσῃς τε καὶ εὔξεαι, ἣ θέμις ἐστὶ, *γ*, 45, coll. 43, 48. εὔχεο Ἀθήνῃ, *δ*, 752. *ι*, 412. vove, *ρ*, 50, 59. χεῖρας νιψάμενος (ἐκ) ἁλὸς, εὔχετο Ἀθήνῃ, *β*, 261 — 276. Ποσειδάωνι, *γ*, 54 — 56 — 62. 445 — 447. *ι*, 527 — 536. *ο*, 222, 258. *υ*, 97 — 102. εὔχοντο, *ν*, 185. εὐχόμενος, precans, *γ*, 385, 394. *ζ*, 328. εὔξατο ὃν κατὰ θυμὸν, *ε*, 444, precatus est in corde suo, coll. 450. μέγα εὔξατο χεῖρας ἀνασχὼν, *ρ*, 239. ἐπεὶ εὔξαντο, *μ*, 359, coll. 356. ὄφρα εὐξαίμην θεοῖς, *μ*, 334. εὐξάμενος, precatus, *η*, 330. *ω*, 517, 520, quæ loca digna sunt lectu. εὐξάμενοι Διΐ, *ν*, 51. εὐξαμένου, *φ*, 210. εὐξαμένη, *ζ*, 280. sed in altera illa notione, ὁ μὲν εὔχετο πάντα ἀποδοῦναι, ille quidem profitebatur de se et confirmabat, se persolvisse jam omnia, Σ, 499, in judicio. οὔτις εὔξατο, nemo dicebat de se glorians, Θ, 254, οὔτις ἐκαυχήσατο. αὐτοῖς ἄχος ἐγένετο εὐξαμένου, sc. αὐτοῦ ἕνεκα, illis dolor oboriebatur gloriante et prædicante eo, Ν, 417. Ξ, 458, 486. εὔχεαι αὔτως, gloriose clamas frustra, Λ, 388. Ν, 447. sic, εὔχεο, gloriabaris, Γ, 430. Δ, 264, profitebaris, confirmabas. et in imperativo, νῦν μεγάλα εὔχεο, nunc magnopere gloriare, Π, 844. et infin. pro imperativo, eodem sensu, εὔχεσθαι, Φ, 501. εὐχόμενος, glorians, Β, 597. Ε, 106. Κ, 461. Λ, 379. Ν, 619. Ξ, 500. Ρ, 537. Υ, 424. Φ, 476. Θ, 198. Τ, 100. Φ, 183, καυχώμενος. ἤκουσά σου εὐχομένης, Α, 397, audivi te narrantem et profitentem. sic, εὔχομαι, profiteor, prædico, narro, *α*, 180, 187. *γ*, 362. *ε*, 211, 450. *ξ*, 199, sc. εἶναί μοι. et 204. *ο*, 424. *ω*, 114. εὔχεαι, profiteris, *χ*, 321. εὔχεται, dicit, *α*, 406, 418. *ι*, 519, 529. *υ*, 192. *π*, 62, 67. *ρ*, 373. *φ*, 335. εὐχόμεθα, profitemur, *ι*, 263. *ο*, 196. εὔχετο, dicebat, *λ*, 260. *ω*, 268. εὐξάμενος, gloriabundus, *ξ*, 463. Vide sub Ζεὺς in R. prope finem.

εὖχος, εος. τό. (Χάω) votum, *der wunsch, (a wish;)* res voto petita. gloria, decus, *ehre, ruhm, vortheil, vorzug, (honour, fame, distinction.)* ἐμοὶ μέγα εὖχος ἔδωκας, mihi das magnam gloriationem, et rem votis expetitam, *etwas das ich gerne habe und mich damit rühme, (something that I much wished for, and am very proud of,)* Ε, 285, 654. εἰ δέ κ' ἐγὼ τὸν ἕλω, δώῃ δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων, sin ego eum interfecero, dederitque mihi votum id gloriosum

Apollo, H, 81. et 154, ἔδωκέν μοι Ἀθήνη. et 203, δὸς νίκην Αἴαντι, καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι, ὦ Ζεῦ. sic, ἵνα ὑπέρτερον εὖχος ἄρησθε, Λ, 290. et 188, ἐμοὶ μέγα ἔδωκε Ζεύς. et 445, σὲ δώσειν μοι. ergo et Jupiter dat εὖχος, et is qui vincitur. ὄφρα εἴδωμεν, ἤ τινι εὖχος ὀρέξομεν ἦέ τις ἡμῖν, N, 327. Τεῦκρον εὖχός ἀπηύρα Ζεύς, O, 462. αἶψά κε ἐμοὶ δώῃς, Π, 625. et 725, δώῃ δέ σοι Ἀπόλλων. δίδομεν δέ σοι ἀρέσθαι, Φ, 297. et 473, μέλεον δέ οἱ ἔδωκας, gratis ei gloriam de te concedis? εἴδωμεν, ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ, X, 130. ergo in Iliade ponitur, si alter alterum vincit. et de Ulysse, Cyclopem ulturo, ι, 317, εἴ πως τισαίμην, δώῃ δέ μοι Ἀθήνη. sed de tensione arcus, εἴ κέ μιν ἐντανύσῃ, δώῃ δέ οἱ εὖχος Ἀπόλλων, φ, 338. et de Ulysse, jaculaturo contra procos, χ, 7, εἴσομαι εἴ κε τύχοιμι, πόρῃ δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων.

εὐχροής, έος. ὁ ἡ. (Χράω) bono colore superficiei præditus, bene coloratus. τάμνων δέρμα βόειον εὐχροές, ξ, 24, scindens corium bubulum bono colore; et notatur color naturalis, qui ὑγίειαν ζώου δηλοῖ cujus fuerat corium; simulque τὸ πυκνόν, καὶ οὕτως εὔχρηστον εἰς πέδιλα. nam Eumæus scindebat id corium, confecturus sibi inde calceamenta et caligas. videtur et fuisse ἀδέψητον τὸ δέρμα καὶ τρίχας ἔχον δι' ὧν ἦν εὐχροές. est ergo ab ἡ χρόα, color, it. cutis. possit simpliciter notare, *eine gute dichte haut, (a good thick hide,)* quasi per appositionem ad δέρμα, *ein gegerbetes fell von gutem leder, (a tanned hide of good leather.)*

εὐχωλή, ῆς. ἡ. (Χάω) votum, *ein gelübde, (a vow.)* gloriatio, καύχημα, *ein ruhm, (a boast.)* εἰ ὅγε (Ἀπόλλων) εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, an ille ob votum non solutum aut factum indignatur, A, 65, 93. καταλίποιεν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶν εὐχωλὴν, Ἑλένην, relinquant iis id quod habere volunt et de quo glorientur, Helenam, B, 160. sic, καταλείψομεν, Δ, 173. sed 450, ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, sc. οἰμωγὴ ὀλλυμένων, gemitus eorum qui peribant, et εὐχωλὴ ὀλλύντων, gloriatio et jubilum eorum qui interficiebant alios. sic Θ, 64. et 229, πῇ ἔβαν εὐχωλαί, quo abierunt gloriationes. εὐχωλαῖς ἀγαναῖς placantur dii, I, 495, votis jucundis. ὅς μοι εὐχωλὴ κατὰ ἄστυ πελέσκεο, qui mihi votum eras in urbe, X, 433, inquit mater de Hectore: pro quo vota quotidie faciebam, et de quo gloriabar quotidie; coll. 434, 435. eras mihi votum meum et gloria mea: quæ est magna laus. εὐχωλαῖς ἀγαναῖς χαίρετε, ν, 357, nunc salutatæ estote mihi precibus vobis gratis. hinc sunt οἱ Εὐχωλιμαῖοι apud Athenæum, quos Galatæ dicebant Σιλοδούρους, τοὺς τῷ σφῶν βασιλεῖ συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, Cæsar B. G. 3, 22, καὶ αὐτὸ τοῦτο εὐχομένους. tales fuere etiam regibus Persarum, qui moriente rege commoriebantur, vivi autem cum vivo bonis rebus fruebantur; de quibus Herodotus.

εὔω, f. εὔσω. (Ἄω) amburo, aduro, ustulo. *ich senge am feuer, (I singe at the fire.)* ionice scribitur et εὕω. σύες εὑόμενοι τανύοντο διὰ φλογὸς Ἡφαίστοιο, I, 464. Ψ, 33, ubi διὰ φλογὸς pertinet ad utrumque, et est antecedens pro consequente, ὠπτῶντο πυρί, assabantur. simul est inverse dictum, pro τανυόμενοι εὕοντο, τεινόμενοι ἐφλέγοντο, *sie wurden ausgestrecket und gesenget, (they were stretched out and singed.)* σιάλους εὕοντες, β, 300, porcos saginatos glabrantes, ustulando setas eorum ad ignem. χοίρους ἱρεύσει, εὗσέ τε, μίστυλλέν τε, ξ, 75, ubi est pulcra ἐπαναστροφή, ut in: Σαμία μία ναῦς. et 426, τοὶ δ' ἔσφαξάν τε καὶ εὗσαν. nam hic erat mos ἀρχαῖος, οὔπω ἐπινοηθέντος τοῦ μαδᾶν ὕδατι ζέοντι, *ohe man gefunden, dass das geschlachtete schwein könne mit siedendem wasser abgebrühet werden, (before it was discovered that the bristles of a hog could be removed by boiling water.)* hinc est ἡ εὔστρα, ἡ τῶν συῶν φλογίστρα, ἐργαστήριον ἐν ᾧ χοῖροι καὶ τὰ τοιαῦτα εὕονται: et erat βόθρος, ἐν ᾧ περιέφλεγον τὰς τῶν ὑῶν τρίχας. ἡ εὔστρα dicitur et ὁ περικεκαυμένος στάχυς, *eine sange, (parched grain.)* nam εὕειν in genere est, *rösten, (to roast.)* Comicus ponit hanc vocem εὔστρα καὶ ἐπὶ γυναικείου μορίου, ad similitudinem fossæ illius, in qua ignis ad ustulandum porcum erat. ἀφευμένος (ubi præpositio ἀπὸ est aucta, ab ἀφεύειν, *absengen, versengen,) (to singe off) ein versengeter, (one that has been singed.)* inde est et σταθεύειν, i. e. χλιαίνειν, leniter igne admoto calefacere vel torrere: et ὁ ἐσταθευμένος est ὁ σταθευτὸς ἡλίου φλογὶ, *der von der sonne heiss gemachet ist: gesönnet, (scorched by the heat of the sun; sunburnt.)* et quia sues amburebantur ad ignem, in scrobe factum; hinc Hesiodus facete de muliere sumtuosa dicit, quod εὔει ἄνδρα καὶ ἄτερ δαλοῦ, *sie senget ihm ohne feuerbrände die haare ab,* i. e. *sie machet ihn kahl und arm, wenn er auch gleich von starkem vermögen ist, (she singes off his hair without fire,* i. e. *she reduces him to poverty, notwithstanding his large property,)* ἴφθιμον ὄντα.

εὐώδης, εος. ὁ ἡ. (Ὄζω) bene olens, odoribus suavibus repletus. ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι, Γ, 382, in conclavi bene olenti ex incensis odoribus; ut ergo per posterius epitheton explicetur prius; *in dem woldurchräucherten zimmer, (in the apartment well fumigated with incense.)* antiqui enim amabant odores suaves. εὐῶδες ἔλαιον, β, 339. εὐώδης κυπάρισσος, ε, 64.

εὐῶπις, ιδος. ἡ. (Ὄφ) formosa, pulcro vultu et pulcris oculis prædita. ἴδε τε εὐώπιδα κούρην, ζ, 113, coll. 112. et sermo est de Nausicaa, filia adolescentula regis Phæacum. ὁ εὐώψ, ῶπος, non absolute semper est ὁ καλὸς τὸν ὦπα, sed sufficit si talis videtur in oculis amantis. Vide sub ἀριστερός.

ἐφάλλομαι, (Ἅλλω) irruo, insilio. *falle an, falle drauf los, (fall upon, attack.)* cum dativo. ἆλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ, pro ἐφήλατο, N, 611. et 643, ἔνθα οἱ (αὐτῷ) υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος, filius Pylæmenis ibi irruit in eum. ὡς ἐπὶ Κεβριόνῃ Πατρόκλεις ἆλσο, sicut tu O Patrocle ir-

ruisti in Kebrionem, Π, 754, pro ἐφήλασο, coll. 751. Ἀστεροπαίῳ ἐπᾶλτο, Φ, 140. Αἴας δ' ἀσπίδα νύξεν ἐπάλμενος, pro ἐφαλλόμενος, Η, 260. ἐπάλμενος ὀξέϊ δουρὶ, Λ, 421. et 489, Τρώεσσιν ἐπάλμενος. Μ, 404. Ν, 362, Τρώεσσιν ἐπάλμενος ἐν φόβον ὦρσε (ἐνῶρσε) irruens in Trojanos, injecit fugam. et 529, et 531, ἐπάλμενος αἰγυπιὸς ὥς. ἀλλὰ πολὺ πρώτιστος ἐπάλμενος ἔγχει, irruens hastâ, ξ, 220. αἰγυπιοὶ (vultures) ὄρνιθας ὀλέκουσιν (perdunt, interficiunt) ἐπάλμενοι, χ, 305, coll. 303. cum genitivo occurrit, Η, 15, ἵππων ἐπιάλμενον, insilientem in suum currum. nimirum ibi hostilis notio non est, quæ cum dativo indicatur. κύσε δέ μιν περιφὺς ἐπιάλμενος, *er fiel ihm um den hals, er umarmete ihn herzlich, und küssete ihn, (he fell upon his neck, embraced him cordially, and kissed him,)* ω, 319. legitur et ἔπαλτο, eadem ratione, pro ἐφήλλετο, in imperf.

ἔφαλος, ὁ ἡ. ("Αλλω) ad mare, *am meer, (near the sea.)* potest et signare locum, cui subsunt salinæ. Κήρινθόν τ' ἔφαλον, Β, 538. et 584, "Ελος τ' ἔφαλον πτολίεθρον, maritimam urbem.

ἐφανδάνω et ἐπιανδάνω, ("Ηδω) placeo, delecto. Θεοῖς ἐφήνδανε, Η, 45. et 407, ἐμοὶ δ' ἐπιανδάνει οὕτως, mihi placet sic; quod regaliter dictum. nam rex potest sententias aliorum vel ἐπιψηφίσασθαι vel repudiare. ἐπιήνδανε μῦθος, ν, 16. π, 406. σ, 50, 289. υ, 247. φ, 143, 269, αὐτοῖς. placebat iis una, et accedebant lubentes ei dicto.

ἐφάπτω, f. άψω. ("Απω) adjungo, adnecto. *füge dran, mache haften, hefte an, (I join, attach to, connect with.)* ἐφάπτομαι, injungor, *hafte drauf, (I fasten to.)* Τρώεσσι δὲ κήδεα ἐφῆπται, Β, 15, 32, 69, Trojanis ærumnæ injunctæ sunt, *ihnen ist kummer und noth aufgeheftet und auferleget, (calamity and distress have befallen them,)* ἐπίκειται, ἐπικρέμαται. est 3. sing. præter. pass. sic Ζ, 241, πολλοῖσι δὲ κήδεα ἐφῆπτο, *vielen war noth auferleget zu tragen, die sie bald fühlen solten, obgleich itzo noch nicht, (many were destined to suffer affliction, which was soon to come upon them, though they did not yet feel it,)* διὰ τὴν τῶν οἰκείων ἀπώλειαν. et hæc verba sunt poëtæ, non vero Hectoris: πολλῶν ἥπτετο ἡ βλάβη καὶ ἤδη αὐταῖς ἐπέκειτο, (est 3. sing. plusquamp. pass.) sic Η, 402, ἤδη Τρώεσσιν ὀλέθρου πείρατα ἐφῆπται, illis interitus fines impositi sunt, i. e. τέλειος ὄλεθρος ἐπῆλθεν, extremum exitium injunctum est. *die stricke des verderbens haben sie schon am halse, (the cord of destruction is already about their necks.)* eadem verba sunt, Μ, 79. πᾶσιν ὀλέθρου πείρατα ἐφῆπτο, χ, 33. et 41, ἐφῆπται, i. e. ἐξήρτηται. ἐξ ἧς ("Ηρης) ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται, Φ, 513, imposita est contentio, ἐπήρτηται. ἐπὴν χείρεσσιν ἐφάψεαι (fut. 1. med.) ἠπείρου, ε, 348, cum tanges terram manibus, ἐπὶ χέρσου ἔσῃ, *am festen lande seyn wirst im schwimmen, (when thou shalt reach land by swimming.)*

ἐφαρμόζω, ('Ρέω) apte adjungo. et intransitive, apte congruo. idem ac ἁρμόζω. q. v. εἰ οἷ ἐφαρμόσσειε, an ipsi convenirent ista arma, ob metrum duplicato Sigma, Τ, 385, *ob sie ihm gerecht wären, (whether they suited him.)*

ἐφέζω, f. έσω. ("Εω) insidere facio, impono. ἐπὶ θρόνου εἷσε, pro ἐφεῖσε, η, 169, jussit eum considere in sella. ὅς με ἐπὶ βουσὶν εἷσε, qui me bubus præposuit et præfecit, υ, 209, s. τοὺς ἐκέλευσά με Πύλονδε καταστῆσαι καὶ ἐφέσσαι, pro ἐφίσαι, ν, 274, i. e. καθίσαι, ἱδρύσαι, *mich nach Pylus ans land zu setzen, (to land at Pylos;)* infin. aor. 1. a. sed ο, 277, ἀλλά με νηὸς ἔφεσσαι, pro ἔφεσαι, est imperat. aor. 1. m. me impone navi, i. e. ἐπιβίβασον, κάθισόν με ἐπὶ νηός. sic, μὲ ἐπὶ νηὸς ἐέσσατο, pro ἐφέσατο, imposuit me navi, ξ, 295, aut cum augmento ordinario ἐφείσατο, pro quo h. l. est duplex ε. ἐμὲ γούνασιν οἷσιν ἐφεσσάμενος, me imponens genibus suis, π, 443, pro ἐφεσάμενος, *da er mich auf seinen schooss gesetzet, (setting me upon his knees.)* et re vera ἡ βρεφοκομία *(das kinderwarten,) (the nursing of children)* καὶ παιδοτροφία multum obligat sanos ad φιλοστοργίαν. id docet Eurymachus. αὐτὸς μὲν ἐφέζετο Περγάμῳ ἄκρῃ, Ε, 460. πατρὸς ἐφέζετο γούνασι κούρη, Φ, 506. *sezte sich, (sat down.)* ἔνθα δ' ἄρ' αὐτὸς ἐφέζετο, ibi et ipse adsidebat, ρ, 334. ἐπ' οὐδοῦ ἑζόμεθα, pro ἐφεζόμεθα, κ, 62, s. δίφρῳ ἐφέζεσθαι, δ, 717, in sella sedere. et 509, τῷ ῥ' Αἴας ἐφεζόμενος, in hoc sedens ille. ὄρνις ἱστῷ ἐφεζομένη, Ψ, 878.

ἐφέλκω, ("Ελω) attraho. ἐφέλκετο ἔγχος, trahebat secum hastam, vulneratæ manui infixam, Ν, 597. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, ipsum ferrum attrahit ad se virum, π, 294. τ, 13. i. e. πρόχειρος εἰς μάχην ἀνὴρ, παρακειμένου σιδήρου: et, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις τὸν σίδηρον, οὕτως αὐτὸς τὸν θυμούμενον, iratum. *passive* positum est Ψ, 696, ἦγον αὐτὸν ἐφελκομένοις πόδεσσιν, ducebant eum, pedibus pone tractis præ infirmitate, *da die füsse des unter den armen geführten mannes nur nachschleppeten, nicht aber traten, (as he was led along, he dragged his legs after him from inability to walk.)* sæpe ἐπὶ avellitur, e. c. Λ, 239, ἕλκ' ἐπὶ οἱ, pro ἐφεῖλκεν αὐτῷ, attrahebat ad se: et in avulsione deberet esse, ἐφ' ἑαυτὸν, si ἐπὶ ut sola præpositio spectetur; sed dativus est ex avulsione ortus.

ἐφέπω et ἐπιέπω, ("Επω) insequor, insector. et plerumque hostilem habet notionem. nam ἕπειν, quod sæpe est ἀκολουθεῖν ἁπλῶς, Ionibus est κακοῦν, περιελαύνειν, vexare. ὣς τοὺς 'Ατρείδης ἔφεπε, ἀποκτείνων, Λ, 177, premebat et persequebatur infenso animo: pro ἐφεῖπε. et 496, ὣς ἔφεπε κλονέων πεδίον τότε Αἴας, sic hostiliter percursabat campum. ἔφεπε ἔγχεϊ, Ο, 742, *war mit dem spiesse darhinter her und drauf los, (pursued closely with his spear.)* nam ἐπὶ est, contra, adversus. sic et Φ, 542. Ἕκτορα δὲ κλονέων ἔφεπε 'Αχιλλεὺς, Χ, 188, Πατρόκλῳ ἔφεπε ἵππους, in Patroclum incita equos, Π, 724, coll. 732, ἔπεχε: nam utrumque h. l. est

idem, ἐλαύνειν κατά τινος. οὐδέ κε Ἄρης τόσσης ὑσμίνης ἐφέποι στόμα, Υ, 359, nec vel Mars possit obire et contra ire contra aciem tantæ pugnæ. et 357, τόσσους ἀνθρώπους ἐφέπειν, καὶ πᾶσι μάχεσθαι, ubi prius explicatur per posterius. et 494, κτεινομένους ἐφέπων, contra iens in cædendos, διώκων, sectans. ἵπποι, οὓς ὁ γέρων ἐφέπων μάστιγι κέλευε καρπαλίμως κατὰ ἄστυ, Ω, 326, quos senex urgens scutica hortabatur ad eundum celeriter per urbem. σὺ δ' ἐνθάδε πότμον ἐφέψεις, tu hic fatum obibis, Φ, 588, ἀκολουθήσεις, διώξεις, *wirst den tod hier erjagen, (wilt here meet thy fate,)* καταλήψῃ. αὐτοῦ (ibi) πότμον ἐφέψειν ἔμελλεν, consecuturus erat, ω, 470. ἐπὶ δ' ἕψονται θεοὶ ἄλλοι, sequentur nos nostramque voluntatem, Δ, 63. ἕεδνα, ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι, pro ἐφέπεσθαι, β, 197, dona sponsalia, quæ solent filiam consequi. sic et α, 278. κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, ι, 121, juga montium lustrantes, venatores. ἄγρην ἐφέπεσκον, μ, 330, ionice pro ἐφεῖπον, venationem obibant, θήραν ἐνήργουν. ἄλλοι δ' ἐπὶ ἔργον ἕποιεν, pro ἐφέποιεν, ξ, 195, cæteri opus suum obirent, ἐνεργοῖεν. alii ibi legunt, ἐπὶ ἔργα τράποιντο, conf. χρόνος. cæterum ἔργον in genere est, opus, *arbeit, (work.)* ἐπὶ δ' ἀσπὶς ἑάφθη καὶ κόρυς, N, 543, pro ἐφείφθη, aor. 1. passivæ formæ, i. e. ἠκολούθησε, secuta est una et insuper, una decidit. Sic et Ξ, 419. est ergo deponentialiter positum, et dictum quasi de ἐμψύχοις. sic a περιέπω est περιέφθησαν apud Herodotum. cæterum ionice et cum spiritu leni potest scribi ἐάφθη.

ἐφέσπομαι, ("Επω) adplico me, accedo, adjungo me. ἐπὶ δ' ἕσπονται θεοὶ ἄλλοι, et si suffragantur et accedunt voluntati ejus reliqui dii, [illegible], 349, pro ἐφέσπονται.

ἐφέστιοι, οἱ, vide sub Ἐσχάρα.

ἐφέστιος, ου. ὁ ἡ. (Στάω) foci præses. it. apud focum suum præsens. it. focum et larem domesticum habens. it. de foco una vivens. ἀπολέσθαι ἐφέστιος, perire apud focum meum, i. e. domi meæ, γ, 234, et sententia ibi est: malim tamen meliori ratione redire domum, quam perire ibi sicut Agamemnon. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων οἶον, η, 248, sed me infelicem solum deduxit deus ad focum ejus Nymphæ, i. e. ad domum et cibos ejus. ἦλθε μὲν αὐτὸς ζωὸς ἐφέστιος, venit quidem vivus domum, ψ, 55. ἐφέστιοι ὅσοι εἰσὶν, quotquot larem habent in urbe illa, B, 125, οἱ κατὰ πόλιν οἰκοῦντες καὶ ἑστίαν ἔχοντες, in opp. ad auxilia externa. hinc liquet, qui sit ἀνέστιος. ionice dicitur ὁ ἡ ἐπίστιος: unde Herodotus, Ζεὺς καθάρσιος καὶ ἐπίστιος. sed neutrum ponitur substantive, ἐπίστιον, ου, q. v. conf. quoque sub Ζεὺς in R.

ἐφετμή, ῆς. ἡ. ("Εω) mandatum, *ein aufgegebenes gewerbe zu bestellen, (a commission given to be executed.)* it. præceptum, jussum. Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων παιδὸς ἑοῦ, obliviscebatur mandatorum sibi a filio suo, A, 495, *ihre aufhabende commission, (the commission with which she was charged.)* ἐκραίαινεν ἐφετμὰς Φοίβου, effectui dedit mandata sibi a Phœbo, E, 508. et 818, ἔτι σῶν μέμνημαι (memor sum) ἐφετμῶν ἃς ἐπέτειλας. et hic genit. plur. ionice scribitur ἐφετμέων, cujus distractionis in scansione nulla habetur ratio. ergo ob solam euphoniam, quam nostræ crassæ aures nullam sentiunt. ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή, Ξ, 249, jam me et circa alias res tuum sapere fecit præceptum. Διὸς δ' ἐτέλειον ἐφετμὰς, Jovis perficiebant mandata, O, 593, i. e. ἐντολάς. μητρὸς γὰρ ὠπίζετο ἐφετμὴν, matris reverebatur præceptum, Σ, 216, et quidem πυκινήν. μέγα γάρ ῥα θεῶν ὤτρυνεν ἐφετμή, Φ, 299, valde enim eum deorum festinare faciebat præceptum. μὴ Διὸς ἀλίτωμαι ἐφετμὰς, ne Jovis violem mandata, Ω, 570, 586, i. e. ἐντολὰς, leges de reverendis hospitibus et supplicibus. οἱ δ' αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων, Dii semper velle solent nos memores esse præceptorum divinorum, δ, 353. οἱ ἐφέται erant Athenis judices, quos Romani vocant, arbitros, διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων, a reo et accusatore, ἐφεθῆναι αὐτοῖς περὶ κρίσεως, *auf die man compromittiret hat, (the case being committed to them for decision.)*

ἐφευρίσκω, (Ῥίω) invenio, deprehendo, *ich treffe an, (I meet with.)* οὐκ ἄλλην μῆτιν ἐφευρίσκω, non aliud consilium invenio, τ, 158. ὃν βοῶντα ἐφεύροι, B, 198. εἴπου ἐφεύροι τὸν, Δ, 88. E, 168. N, 760. ι, 439. ἐφεύρομεν, β, 109. κ, 452. ω, 143. ἤν που ἐφεύρω ἠϊόνας, ε, 417.

ἐφεψιάομαι, ("Επω) ludo verbis in et contra aliquem. τεθνεῶτί γ' ἐφεψιόωνται (pro ἐφεψιάονται, contr. ἐφεψιῶνται) ἅπαντες, mortuo sane dicteriis illudunt omnes, dicaces sunt in eum, τ, 331. et 370, οὕτω που κἀκείνῳ ἐφεψιόωντο γυναῖκες, sic fortasse et illi alicubi illudebant domesticæ mulieres et ancillæ hospitum apud quos versabatur; ἐφεψιῶντο: estque imperfectum, quia anus hoc tempore jam mortuum eum credit; vel quia innuit, non semper aut ubique, sed nonnullibi ita fortasse ei quoque factitatum esse.

ἐφέω et ἐπιέω, f. έσω. ("Εω) induo. χλαῖναν δ' ἐπιέσσαμεν ἡμεῖς, lænam superposuimus nos ei, υ, 143, qua se tegeret dormiens, ἐπεβάλομεν tegumenti causa. ἀναιδείην ἐπιειμένε, A, 149, impudentiam indute palam, προφανῆ ἔχων τὴν ἀναίδειαν κατά τι περίβλημα, ἢ ἐνδεδυμένος αὐτὴν οἷόν τι ὅπλον. confer notata ad simplex ἕω de hoc loco. αἰὲν ἀναιδείην ἐπιειμένος, I, 372. Αἴαντες, ἐπιειμένοι ἀλκήν, H, 164. Θ, 262. Σ, 157, φανερὰν ἀνδρίαν ἔχοντες: οὐχ ὅπλοις, ἀλλ' αὐτόχρημα τῇ ἀνδρίᾳ σκεπόμενοι. ἄνδρα, μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν, ι, 214, 514, indutum robore magno, *ausgerüstet und angezogen mit kraft, (endowed with strength.)* ἐπὶ δὲ νεφέλην ἕσσαντο, Ξ, 350, nubem sibi induerunt.

ἔφημαι, ("Εω) insideo, *ich sitze drauf, (I sit upon.)* τῷ (θρόνῳ) ὅγε οἰνοποτάζει ἐφήμενος, cui sellæ is insidens vinum bibit, ζ, 309. κληΐδεσσιν ἐφήμενοι, μ, 215, transtris insidentes in navi.

ἐφημέριος, ου. ὁ ἡ. ('Ρέω) in unum diem durans. qui unum tantum diem vivit. ævi brevissimi. homines enim semper unum modo diem præsentem vivunt; hesternus abiit, crastinus est incertus. it. ad diem eundem pertinens. *οὐκ ἂν ἐφημέριος καταβάλοι δάκρυ παρειῶν*, δ, 223, per illum totum diem, quo scilicet biberit id medicamen, flere et lugere non queat; tanta vis exhilarandi inest. *ἐφημέρια φρονέοντες*, φ, 85, *μόνα τὰ σήμερον φρονοῦντες, τὸ παρὸν μόνον καὶ παραυτίκα σκοπούμενοι, πρόνοιαν δὲ τοῦ μέλλοντος μὴ τιθέμενοι.* est *σκῶμμα* contra stolidos: simul et *ἀπειλὴ* contra non prævidentes quid sint passuri. homines in genere vocantur *οἱ ἐφημέριοι*, in opposito ad æternos et immortales. Vide sub ἐπετήσιος.

ἐφημοσύνη, ης. ἡ. ("Εω) mandatum, præceptum, ἡ ἐντολὴ, κέλευσις. adhortatio, incitatio. *ἀλλ' οὐδ' ὣς Μενελάου ἐφημοσύνης ἀμέλησε*, Ρ, 697, ne sic quidem ejus mandatum neglexit. *Κίρκης μὲν ἐφημοσύνης ἀλεγεινῆς λανθανόμην*, μ, 226, Circes mandata tristia obliviscebar. est ergo ἡ ἐντολή: sicut ἡ ἀμέλεια dicitur μεθημοσύνη, negligentia. *ἐπειδὴ πᾶσαν ἐφημοσύνην ἀπέειπε*, π, 340, postquam omne sibi mandatum nuntiavit, coll. 130, seqq. *da er seine ihm aufgegebene ganze commission bestellet hatte, (having delivered the whole message with which he was charged.)*

ἔφηνε, vide sub φαίνω, prope initium.

ἐφῆπται, ἐφῆπτο, vide sub ἐφάπτω.

ἔφθιτο, vide sub φθίω.

ἐφιζάνω, οὐδὲ ("Εω) insideo. *γὰρ αὐτῷ Ὕπνος ἐφίζανε ἐπὶ βλεφάροις*, somnus non insidebat palpebris ejus, Κ, 26. et 92, *ἐπεὶ οὔ μοι ἐπ' ὄμμασιν ὕπνος ἱζάνει*, pro ἐφιζάνει. quod σωματικῶς dictum, quasi somnus esset persona, et 578, *δείπνῳ ἐφιζανέτην*, adsidebant cibo matutino capiendo. *ξεσταῖς αἰθούσαις ἐφίζανον*, adsidebant, Υ, 11.

ἐφίζω, ("Εω) insideo, insidere facio. *Νέστωρ ἔφιζε τοῖς*, insidebat his, γ, 411, coll. 408, s. *ἔνθα ἄρα ἔφιζε*, ibi insidebat, *da sezte er sich drauf, (he sat down there,)* τ, 55. *ἔνθα δαιτρὸς ἐφίζεσκεν*, ionice pro ἔφιζε, cui divisor carnium et dissector insidebat, ρ, 331.

ἐφίημι, f. ήσω. ("Εω) immitto, contra mitto, impono. *ἐφίει βέλη Τρώεσσιν*, immittebat contra eos sagittas, Ο, 444, ἔβαλλε, ἔπεμπε. hinc est ὁ ἰὸς, sagitta. *ἄλλοις ἐφίει βέλεα*, contra alios jaciebat sagittas, ω, 179. *ἐγὼ (Ζεὺς) Πριάμῳ Ἶριν ἐφήσω*, ad eum mittam eam, Ω, 117, ἐπιπέμψω. *μνηστῆρσιν πότμον ἐφήσω*, τ, 550, procis mortem immittam. et 576, *μνηστήρεσσιν ἄεθλον τοῦτον ἐφήσω*, procis hoc certamen mandabo, ἐντελοῦμαι, coll. 572. nam ἐφίημι sæpe est præcipio, mando. *ὅτε μὲ ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις Ἥρῃ*, Α, 518, quod me impelles rixari cum Junone, quod mihi mandabis, ἀναπείσεις. *ὅπως μνηστῆρσιν χεῖρας ἐφήσω*, υ, 39, ut iis injiciam manus. sic et 29, 386, ἐφήσει, injiciet. hinc et, ν, 376, *χεῖρας ἐφήσεις*, ut legunt meliores. alii ibi habent ἐφήσῃς, quod esset aor. 1. conj. act. vel et fut. 1. conj. quod vulgo grammatici negant reperiri. *ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος*, Α, 382, pro ἐφῆκε, immisit contra eos. et 445, *ὅς νῦν Ἀργείοις κήδεα ἐφῆκε*, immisit ærumnas. *τοῖς πότμον ἐφῆκε*, Δ, 396, i. e. ἔπεφνεν αὐτούς. *ἤδη γάρ οἱ ἐφῆκα βέλος*, Ε, 188. et 206, *ἤδη γὰρ δοιοῖσιν* (duobus) *ἐφῆκα*, sc. βέλος, immisi sagittam. *ἔς σοι πρῶτος ἐφῆκε βέλος*, Π, 812, i. e. ἐνέβαλεν. *ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε*, imposuit galeæ auream cristam, Σ, 611. *μελίην Ἀστεροπαίῳ ἐφῆκεν*, hastam contra eum misit, Φ, 170. et 524, *πολλοῖσι δὲ κήδεα ἐφῆκε*, ærumnas imponit. *ἀμφοτέροισι δὲ πότμον*, mortem, δ, 339. et 340, *κείνοις ἐφήσει*. sic ρ, 130, 131. *μνηστῆρσιν χεῖρας ἐφῆκε*, ψ, 37. *χόλος, ὅστε ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι*, ira, quæ et valde prudentem concitat ad durius agendum, Σ, 108, i. e. ἀνῆκεν, ἀνέπεισε, παρώρμησεν, ἐνετείλατο, *anzutreiben pfleget, (frequently impels.)* *οὐδέ τι φῶτα λεύσσω, τῷ ἐφέηκα*, neque virum video, contra quem misi hastam, Υ, 346. *νόστον, ὅν μοι Ζεὺς ἐφέηκε*, reditum, quem mihi Jupiter imposuit, *zugeschicket hat, (has granted me,)* ι, 38, *auferleget hat, (has imposed, laid upon me,)* ἐπετείλατο: et est ex metaphora βέλους. *οἶνος, ὅστε ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλα ἀεῖσαι*, ξ, 464, vinum quod et valde prudentem instigat nimis canere: et vis omnis ibi inest in μάλα: coll. 463, ἀνώγει, ut dominus. *οἶνος γὰρ, λάλον καὶ ἐπινοητικόν.* est ergo idem quod, κελεύει, jubet. *ὅτε κέν σοι χεῖρας ἐφείω*, quando tibi manus injecero, Α, 567, pro ἐφῶ, aor. 2. conj. et distracte ἐφέω, ob metrum et ionice ἐφείω: ἐπιπέμψω, ἐπιβαλῶ: et notatur *τὸ τοῦ ἀέρος δραστήριον κατὰ τῶν στοιχείων*: nam loquitur ibi Jupiter, qui physice est aër. Sed ejusmodi allegoriis opus non est: notatur potius in genere, vis suprema contra inferiores. *ἀδινὸν στοναχῆσαι ἐφείην*, Σ, 124, frequentem luctum immittere potero iis. *ὅς κε μνηστῆρσιν χεῖρας ἐφείη*, injicere possit, α, 254. *τῷδε ἔφες* (imperat. aor. 2.) *ἀνδρὶ βέλος*, immitte ei sagittam, Ε, 174. *ἄλλο δέ σοι ἐρέω καὶ ἐφήσομαι*, aliud quoque tibi dicam et mandabo, Ψ, 82, ἐντελοῦμαι. hinc est ἡ παραινετικὴ ἐφημοσύνη. *ὦ γύναι, οὐ μέν σοι τόδ' ἐφιεμένη ἀπιθήσω*, non tibi, hoc præcipienti, inobediens ero, Ω, 300, morem tibi ἐντελλομένῃ geram. *ἑκάστῳ ἐφιέμενος τάδε εἴρω*, ν, 7, cuique mandans hæc dico, ἐντελλόμενος. hinc est ἡ ἔφεσις, appetitus, it. provocatio ad judicem superiorem. et ὁ ἐφέτης, ου, arbiter. oppositum τῷ ἐφίημι est μεθίημι, omitto, omittere facio.

ἐφικάνω, ("Εω) advenio, contra et super venio. *χαλεπὸν δὲ ἐπὶ γῆρας ἱκάνει*, per tmesin pro ἐφικάνει, λ, 195, gravis senectus supervenit super eum.

ἐφίκομαι, ("Εω) advenio, contra venio. *ἅμα δ' ἀλλήλων ἐφίκοντο*, Ν, 613, ubi ἐπὶ notat ἐναντίωσιν, *sie kamen an einander, (they advanced to meet each other.)* sic, ἐπαΐσσοντα νεῶν, i. e. ὁρμώμεναι κατὰ τῶν νεῶν. de loco Θ, 202, ubi quidam legunt ἐφίκεσθε, vide ἀφίκομαι.

ἤϊα, ων. τά. (Ἔω) viatica. ἐφόδια. it. in genere, τροφαὶ, escæ, *zehrung, (food.)* it. paleæ, ἄχυρα, τὰ, *spreu, (chaff.)* est ab εἴω, i. e. πορεύομαι, διϊκνέομαι: nam cibi faciunt ut vivamus et progrediamur; ipsi etiam per totum corpus vadunt. sunt ergo ἤϊα in genere βρώματα, in specie τὰ εἰς ὁδὸν (ad iter) ἐπιτήδεια. τὸ ἄχυρον, palea, vero sic vocatur, quia facile abit et movetur quovis ventulo. λύκων ἤϊα πέλονται, luporum escæ sunt, N, 103, ad quas devorandas cupide vadunt lupi. ὅπλισον ἤϊα, para viatica, commeatum, β, 289, cibos ad iter faciendum. et 410, ἤϊα φερώμεθα, commeatum portemus ad navem. ἤϊα πάντα κατέφθιτο, omnis commeatus consumtus erat, δ, 363. ὅτε δὴ νηὸς ἐξέφθιτο ἤϊα πάντα, μ, 329. καὶ ἤϊα ἐν κωρύκῳ, ε, 266. ι, 212, i. e. ἄλφιτα, *mehl oder brodt, im sacke, (flour or bread in a sack.)* sed ε, 368, ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἠΐων θημῶνα τινάξῃ καρφαλέων, ut cum ventus vehemens palearum acervum discutit siccarum.

ἤϊα, *ἤϊεν*, vide sub Ἔω, eo, paullo a medio.

ἠΐθεος, (attice ἤθεος,) ου. ὁ ἡ. (Ζῶ) adolescens maturus ad uxorem ducendam, sed qui nondum duxit, *ein junggesell (a bachelor.)* sic et virgo dicitur ἠΐθεος κόρη. inter mares est ὁ ἠΐθεος, quæ est ἡ παρθένος inter fœminas: et talis est θαλερὸς καὶ θαλέθων, florens maxime ætate. οἱ ὀπύοντες γὰρ, ἤδη που φθίνουσι. hinc aliquis veterum, visens hodie maritum, qui heri fuerat juvenis cœlebs, dixit ei: οἴμοι, χθὲς ἔζης, O miser, heri vivebas; quasi hodie inter semivivos numerandus. est ejusdem cum αἰζηὸς originis; quippe qui primum calorem plenum sentit: mutato, ut solet, ζ in θ. alii deducunt ab αἴθω, αἴθεος, ὁ διάπυρος τῇ νεότητι, mutato αι in ηϊ. minus commode. alii ab ὁ ἀΐτης, i. e. ἐρώμενος, unde ἀΐτεος, et ἠΐθεος, ὁ ἐραστὴς, multo incommodius. proprie est nomen ἡλικίας νεωτερικῆς: deinde in genere sic dicitur mas, qui uxorem nunquam duxit, ἄπειρος γάμου. ἠΐθεον θαλερὸν, Δ, 474, floridum cœlibem juvenem. ἠΐθεόν τ' Ἀκάμαντα ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν, Λ, 60. ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες, Σ, 567, οἱ μήπω γεγαμηκότες, ἀλλ' ὡραῖοι γάμου, tenera et lasciva sentientes. et 593, ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ὠρχοῦντο, saltabant. ὀαρίζειν, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, confabulari blande, sicut adolescens et virgo, X, 127, 128. ὅς οἱ ἔτι ἠΐθεος παίδων ἦν, qui ei adhuc cœlebs erat ex filiis, γ, 401. τρεῖς δ' ἠΐθεοι θαλέθοντες, ζ, 63, in oppositione ad duos filios jam ὀπυίοντας, maritos. νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε, λ, 38.

ἤϊκτο, vide sub εἴσκω.

ἤϊξε, vide sub Ἀΐσσω.

ἠϊόεις, εσσα, εν. (Ἔω) littorosus. est per syncopen pro ἠϊονόεις, ab ἡ ἠϊὼν, i. e. αἰγιαλός. ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρῳ, ad Scamandrum fluvium, multas elatiores ripas hic illic habentem, E, 36, διὰ τὰ περὶ αὐτὸν ὡς εἰκὸς ὀχθώδη: nam ἠϊὼν etiam de fluviis nonnunquam dicitur. alii hoc adjectivum detorquent a τὸ ἴον, floris species, viola; pleonasmo præfixi η, quod ab α intensivo ortum habere potest; ut notet τὸ ἀνθηρὸν, prop-

ter τὰν ἀνθεμόεντα λειμῶνα ad hunc fluvium. et fortasse placere possit hæc interpretatio. conf. ἴον.

ἤϊος, *ου. ὁ.* (Ἔω) est epitheton Apollinis, quatenus solem notat. σὺ ἤϊε Φοῖβε, Ο, 365, ubi dicitur confudisse laborem et munitionem Græcorum, et iis injecisse terrorem. nam sine dubio id vult poëta, hostes ex solis statu commodum aucupasse, ut Græci confunderentur splendore nimio. ἀμφί σε, ἤϊε Φοῖβε, Υ, 152, circa te, O Phœbe. et hoc epitheton sine dubio est a motu solis deductum, ab εἴω, vado: nam ne momentum quidem sol eodem loco permanet visendus. ut ergo idem sit quod ὑπερίων. alii, inter quos est Aristarchus, ab ἵημι, mitto, derivatum putant, et scribunt ἥϊος, cum aspero, διὰ τὴν ἕσιν τῶν βελῶν, i. e. ἀκτίνων, ob emissionem radiorum: unde et sagittarius dicitur Apollo. recentiores derivant ab ἰάω, ut sit ἤϊος pro ἰήϊος, nam Apollinis inventum medicina dicitur. potest et deductum esse ab ἰὴ, quod est ἐπίῤῥημα et ἐπιφώνημα, λαλούμενον ἐν τόποις ὅπου τὸ θεῖον τιμᾶται, ut, ἰὴ παιὰν, et unde est Latinorum io, e. c. io triumphe. nobis simplicius etymon in hac diversitate magis arrisit, ut soli magis proprium. alibi ἤϊος est et Διονύσου epitheton, quia vinum dat vires et impetum ad vadendum audacter. alibi quoque de pernicie quadam dicitur, quando res it in pejus; ut Sophocles dicit, ἤϊοι κάματοι, i. e. λοιμικοὶ, *die einen ganz vergehen machen, (which quite overpower a person.)* reperitur et ἤϊον et ἰήϊον βέλος, et ἰήϊος βοὴ, i. e. θρηνώδης, lamentabiliter ad cœlum vadens clamor: ab εἴω et ἴω, vado. imo ipsa interjectio ἰὴ est ab hoc verbo, notatque processum aut adventum faustum.

ἤϊσκε, vide sub ἐΐσκω.

ἤϊχθησαν, vide sub Ἀΐσσω.

ἠϊὼν, *όνος. ἡ.* (Ἔω) littus, *das gestade, der strand, (the shore, the strand.)* nam est proprie maris: ponitur tamen et de fluminibus. scribitur alibi et ἠὼν, όνος, ἡ. et αἰὼν, όνος. apud Mosch. Id. 3, circa finem, ἡ κώρα (Proserpina) ταῖς Σικελαῖς καὶ Αἰτναίαις ἔπαιζεν αἰόσι, lusit in Siculis et Ætnæis littoribus. videtur esse ab ἀεὶ, et εἶμι vel ἴω, vado, compositum; nam ad littus maris semper fere est motus undarum quæ vadunt versus terram. verbum αἰονάω, f. ήσω, cognatum est huic nomini, perfundo, rigo, superfundo: quod ab ἀεὶ et νάειν, fluere, ortum habere putatur. id sane constat, ἠϊόνα et ἀκτὴν significare idem: ut et ad ἄγω, curvo, curvando frango, hæc eadem ἠϊὼν referri potuerit, maxime si Iota medium pro leni consonante, loco τοῦ γ habere velis. et hæc fortasse etymologia est omnium verissima: littus enim est curvum et ubique quasi fractum, frangitque undas. ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο, *stiegen an dem hohen ufer entlängs, (marched along the ample shore,)* in littore ordinibus suis ibant, Β, 92. dicitur βαθεῖα, quia id littus maris bonum est, ad quod statim aqua est profundior. ἠϊόνα μεγάλην, Μ, 31. Η, 462, utpote tot millium hominum capax. ἔπλησαν ἁπάσης ἠϊόνος στόμα μακρὸν, oppleverant totius littoris oram longam, sc. navibus subductis, Ξ, 36. ἄκραι ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, Ρ, 265, extrema littora boant ructante mari extra: et verbum ita prolatum imitatur sonum strepentium undarum. ὅθι κύματα ἐπικλύζεσκον ἠϊόνος, ubi undæ superluebant littus, Ψ, 61. ἠὼς φαινομένη ὑπεὶρ ἅλα τ' ἠϊόνας τε, Ω, 13, aurora apparens super mare et littora. ἐν ἠϊόνεσσι καθίζων, in littoribus sedens, ε, 156. et 418, ἠϊόνας παραπλῆγας, littora depressa. sic et 440. ἐπ' ἠϊόνας προὐχούσας, ζ, 138, per ripas prominentes, conf. προέχω.

ἦκα, (Χάω) adverb. tacite, quiete, submissa voce, leniter, paullatim, ἡσύχως, ἠρέμα. est factum ab ἀκὴν, mutato accentu et vocali prima. alias, ad formam ἀμφαδίην et ἀμφαδὰ, κρύβδην et κρύβδα, deberet esse ἀκά: imo Doribus re vera est ἀκᾶ. ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα ἠγόρευον, Γ, 155, submissa voce ad se invicem dicebant, *flüsterten sich einander ins ohr, (whispered to each other:)* nam pudebat senes, clare ea dicere: χιτῶνας ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ, Σ, 596, leniter nitentes, quasi oleo essent uncti. πνοὴ, ἦκα μάλα ψύξασα, valde leniter spirans halitus, Υ, 440. κλινθῆναι ἦκα ἐπὶ ἀριστερὰ, Ψ, 336, inclinari paululum ad sinistram. ἀπώσατο ἦκα γέροντα, Ω, 508, removit leniter a se senem, et a genibus suis quæ senex tetigerat: atque id ex dignitate senis Priami, a quo Achilles suppliciter orari nolebat. αὐτοὺς ἔλιπεν ἦκα κιόντας, lente euntes, ρ, 254. ἠέ μιν ἦκα ἐλάσειε, an eum leniter percuteret, σ, 91, 93, ne ab ictu moreretur. ἦκα παρακλίνας κεφαλὴν, paululum declinans caput, υ, 301. est igitur ἡσυχῆ, ἐπ' ὀλίγον. Attice scribi et cum spiritu aspero potest.

ἦκεν, vide sub ὅς, ἥ, ὅ, paullo sub medio, et ὅσκε.

ἠκέσατο, vide sub Ἀκέω.

ἤκεστος, *ου. ὁ ἡ.* (Κέντω) non stimulo actus, scuticam nunquam expertus, jugum nullum passus. est epitheton bovis nondum domiti et ad laborandum adacti. ionice habet in fœminino ἠκέστη. est ab α privativo, et κέντω, ago scutica vel stimulo: et hoc α est in η mutatum, ne videatur vox ab ἀκέομαι derivari; ν vero est extrusum, ob κακοφωνίαν, et ne præpositio, ἐν voci inesse putetur. nam alias deberet esse ἄκενστος. βοῦς ἠκέστας ἱερεύσειν, Ζ, 94, 275, 309, i. e. ἀκεντήτους, nullo stimulo unquam læsos. sed ab ἀκέομαι est ἀκεστὸς, ut ἀκεσταὶ φρένες ἐσθλῶν, placabiles et sanabiles animi bonorum.

ἤκιστος, *η, ον.* (Ἔω) qui ultimus venit vel vadit. est quasi superlativus, a verbo ἥκω factus, ut notet postremum, infimum ordine et honore, tardissimum, sero venientem. ἤκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι, Ψ, 531, infimus erat et ipse peritia agendi currum in certamine circensi. neutrum plurale, ἤκισ-

τα, ponitur adverbialiter pro, minime, nequaquam.

ἥκω, (῞Εω) venio, eo, adeo. factum ex ἵκω. μάλα τηλόθεν ἥκω, Ε, 478, *ich komme oder bin sehr weit her, (I am, or come, from a very distant country.)* ἣ νῦν ἡμέτερον δόμον ἥκει, Σ, 406. οὐ γὰρ ὀΐω ἥκειν εἰς Ἰθάκην, ν, 325, non enim puto me venire in Ithacam. τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἥκει, ο, 328, ubi alii habent ἵκει, nec mirum, cum η et ι ejusdem fuerint pronuntiationis fere. et hoc verbum sæpissime in forma præsentis notat præteritum, veni. apud Herodotum εὖ ἥκειν est, felicem esse, probe procedere. et c. genit. εὖ ἥκειν παιδείας, bene progredi in educatione et eruditione, Theocr. Id. 13, 15, ex emend. Heinsii.

ἠλάκατα, ων. τά. (Λάω) sunt τὰ περὶ τὴν ἠλακάτην ἔρια, lanæ circa colum pendentes. deinde et ipsa ἡ ἠλακάτη hoc nomine dicitur. denique sagittæ, ob similitudinem aliquam, dicuntur τὰ ἠλάκατα. ἠλάκατα ἁλιπόρφυρα στρωφῶσα, lanas purpureas ad colum appensas torquens, i. e. nens, ζ, 53, 306, et sermo ibi de regina magna, quæ valde mane surrexit ad hoc opus faciendum. duo ergo ibi sunt admirabilia, opus, et tempus operis, in regina Phæacum. sic, ἠλάκατα στρωφῶσιν ἥμεναι, η, 105. λεπτὰ ἠλάκατα στρωφῶσα, ρ, 97. παρὰ τῇ ἠλάκατα στροφαλίζετε, σ, 314. ἡ ταλασία est ἡ ἐριουργία, et τὰ ταλάσια sunt τὰ ἐριουργικὰ, ad lanificium pertinentia.

ἠλακάτη, ης. ἡ. (Λάω) colus, *der spinnrocken, (a distaff,)* τὸ ἐριουργὸν ἐργαλεῖον, instrumentum illud cui circumponitur lana quando deduci debet in fila. est ab ἠλάσκω (quod ionice est pro ἀλάσκω) i. e. ἐν πλάνῃ εἱλοῦμαι, circumerro; ut ergo sit, περὶ ἣν τὸ ἔριον (lana) ἠλάσκει. deinde per tropum vel similitudinem est ἠλακάτη etiam, suprema pars mali nautici: nam τοῦ ἱστοῦ, τοῦ κατὰ πλοῖα, pars infima dicitur ἡ πτέρνα, pars media ὁ τράχηλος, et τὸ πρὸς τῷ τέλει, καρχήσιον, ᾧ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον θωράκιον, τετράγωνον ὄν: καὶ ἐπὶ αὐτοῦ ἀνήκουσα εἰς ὕψος ὀξεῖα ἡ λεγομένη ἠλακάτη: vide Athenæum. ἱστόν τε ἠλακάτην τε, ἔργα γυναικὸς, Ζ, 491, *den weberstuhl und den spinnrocken, (the loom and the distaff.)* sic et φ, 351. et α, 357. χρυσῆν ἠλακάτην, δ, 131, donatam Helenæ a regina; et 135, ἐπὶ τῷ ταλάρῳ ἠλακάτη τετάνυστο, εἶρος ἔχουσα, calatho isti rotundo super posita erat, et extenta erat colus jacens. conf. τανύω. ab ἠλάσκω esset ἡ ἠλακτὴ, sicut a διδάσκω est διδακτή: interserto vero α mutatur et accentus.

ἠλάκατον, τὸ, vide sub χρυσηλάκατος.

ἤλασαν, vide sub 'ΕΛΑ'Ω, prope medium.

ἠλασκάζω, (Λάω) errare facio, erro. ὑπὸ πτόλιν ἠλασκάζων, ante urbem circumvagans curru suo, Σ, 281, i. e. ἐπ' οὐδενὶ τέλει τρέχων, nulli certo fini intentus oberrans. ὅπη κεῖνος μὸν μένος ἠλασκάζει, ι, 457, ubi ille meam iram circumerrando evitet, ἐκφεύγει: ut ergo, cum accusativo rei, paullo specialius notet.

ἠλάσκω, (Λάω) fit ab ἀλάω, idem, f. άσω et ήσω. inde est ἀλάσκω, ut a βάω, dico, est βάσκω, a δάω, δάσκω et διδάσκω: et ionice ἠλάσκω, oberro, circumvolito, πλανάομαι. μυῖαι κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, muscæ per stabulum pastorale *(im bauerhause,) (in the farm house)* circumerrant tempore verno, Β, 470, et de multitudine earum ibi sermo in comparatione. ἔλαφοι κατὰ ὕλην αὔτως ἠλάσκουσαι, cervæ per sylvam temere oberrantes, Ν, 104. idem verbum dicitur ἠλαίνω et ἠλαίνομαι, circumvagor, circumgyro, apud Theocr. Id. 7, 23.

ἠλάστεον, vide sub ἀλαστέω.

ἥλατο, vide sub ῞ΑΛΛΩ.

ἤλδανε, vide sub ἀλδαίνω.

ἤλεκτρον, τὸ, vide sequens.

ἤλεκτρος, ου. ὁ et ἡ. (Λέγω) etiam τὸ ἤλεκτρον. electrum: est μίγμα τι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, mixtura ex auro et argento conflata; et inde in pari fere cum auro ipso habitum pretio. deinde idem nomen notat et, *börnstein, (amber,)* quem vulgaris lingua vocat βερονίκην, estque ἐπισπαστικὸν ἀχύρων, leviter tritum attrahit ad se leves res; et facile ardet cum odore suavi: et fabulæ dicunt, εἶναι αὐτὸν, διὰ τὸ οἷον ἡλιῶδες τῆς χρόας, (ob colorem soli quasi propinquum) δάκρυον τῶν Ἡλιάδων, de qua re et Ovidius narrat Metam. 2, 364—366. antiquitus ex hac bituminis specie nobili fiebant λαβαὶ μαχαίραις, caputi cultrorum, *messer schalen, (knife or sword handles;)* et πόδες κλίναις, pedes seu fulcra brevia lectis et sellis, etc. etiam ipsum aurum vocatur ἤλεκτρος, sine dubio, quia aurum appropriatur soli, qui dicitur ἠλέκτωρ. cæterum hinc est nomen proprium ἡ Ἠλέκτρα, i. e. pulcerrima. χαλκοῦ στεροπὴν (fulgorem in domo Menelai) χρυσοῦ τε, ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος, δ, 73, ubi notat misturam illam ex auro et argento, hinc his duobus interposita. χρύσεον ὅρμον (aureum monile) ἔχων (venale scilicet) μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο, ο, 459, pro μετέερκτο, una inclusum et distinctum erat vel compositum artificiose electris, quæ sine dubio erant *zierrathen von börnstein, die in das güldene halsband eingesetzet und befestiget waren, (ornaments of amber attached to a golden necklace,)* συνεκέκλειστο. sic, σ, 295, ὅρμον χρύσειον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.

ἠλέκτωρ, ορος. ὁ. (Λέγω) est nomen solis, ἀκάμας (qui non defatigatur) ὁ μὴ εἰδὼς λέκτρον ἀκοιμήτως εἱλούμενος, qui nunquam recubat, sed sine quiete et somno volvitur. ab α privativo, quod ionice mutatur in η, et τὸ λέκτρον. potest et sic dictus concipi, quod ἀνατέλλων ἀποστερεῖ λέκτρου, oriens, ex lecto excitat homines, maxime τοὺς ἐργατικούς. α etiam eam ob causam mutatur in η, ne hoc nomen coincidat cum ὁ ἀλέκτωρ, gallus. τεύχεσι παμφαίνων, ὥστε ἠλέκτωρ, ἐβεβήκει, incedebat fulgens totus armis, sicut sol, Ζ, 513, ubi quidem quidam legi

volunt ἤλεκτρον, sed male. nam τὸ βρεφύλλιον (infantulum) paullo ante comparaverat ἀστέρι καλῷ, 401, quo modo nunc compararet τὸν Θεοειδῆ Ἀλέξανδρον ἠλέκτρῳ? sed magis id apparet ex collatione, T, 398, τεύχεσι παμφαίνων, ὥστε ἠλέκτωρ ὑπερίων, i. e. ὡς ὁ ἥλιος. Vide sub Ἀλέκτωρ, in R.

ἠλεὸς, ὰ, όν. (Λάω) aberrans mente, πεπλανημένος (in sensu metaphorico) κατὰ τὰς φρένας, *irre im kopfe, (deranged.)* est ab ἡ ἄλη, error, circumvagatio: inde est ἠλὸς, ἡ, ὸν, et ab hoc, eodem sensu, ἠλεὸς, sicut ab ἀδελφὸς ἀδελφεὸς, a συφὸς συφεὸς, ab ἀφνὸς ἀφνεὸς et ἀφνειὸς, etc. ab ἠλὸς et νευὸς (a νε vel νὴ, non, et ὁ νόος) compositum est νενόηλος, a Callimacho, hym. in Jovem, 63. valde stupidus et vecors, εὐήθης, ματαιόφρων, βλεννός. μαινόμενε, φρένας ἠλὲ, διέφθορας, O, 128, furiose, mente capte, periisti; inquit Minerva ad Martem: tu aberrans mente. sic et ὁ κοάλεμος est, ὁ ἐν τῷ κοεῖν, i. e. νοεῖν, ἀλώμενος, *der verrücket im kopfe ist, (one who is wrong in his head,)* in sensu clementi; qui errat cogitando. οἶνος γὰρ ἀνώγει ἠλεὸς, ξ, 464, ubi est in sensu activo, ὁ πλανῶν τὸν οὐ πρὸς μέτρον πίνοντα, ὁ ἠλιθιοποιός, sic τὸ δέος dicitur χλωρὸν, i. e. τὸ χλωροποιοῦν, pallere faciens metus; et ἔρως τυφλὸς, amor cæcus, est ὁ τυφλοποιῶν, et πλοῦτος δειλὸς, ὁ τοιοῦτους (timidos nimirum) ποιῶν τοὺς ἔχοντας. Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεὲ, ποῖον ἔειπες; β, 243, i. e. πεπλανημένε τὸν νοῦν, *du irrer, (thou, who art mistaken.)* est ergo ἠλὸς primum, ab ἡ ἄλη: inde est ἠλεός. eadem vox scribitur et per dialectum (ab ἀλεὸς pro ἠλεὸς) παλεὸς, i. e. μάταιος, πλανώμενος: unde et ipsa ἡ πλάνη ortum suum habet. per paragogen idem dicitur ἠλέματος, dorice ἀλέματος, ου, ὁ, de qua voce Casaub. ad Theocr. Id. 15, 4, quædam notat. et ὁ ἡ κοάλεμος, ου, est errans mente; siquidem κοεῖν ionice est νοεῖν, sentire, intelligere, Aristoph. Equit. 198, et est nomen fictum comice. coll. 221, ubi ὁ Κοάλεμος personificatur ut numen stoliditatis.

ἠλεύατο, vide sub ἀλεύομαι.

ἠλήλατο, vide sub ἘΛΑ'Ω, ad medium.

ἠλίβατος, ου. ὁ ἡ. (Βάω) est epitheton rupis inviæ et præruptæ. ab ἀλιτεῖν. i.e. ἀποτυχεῖν καὶ ἁμαρτεῖν τῆς ἐκεῖ βάσεως, *weil man da sehr leicht fehl treten kann, weil da der schritt nicht gelinget, (because a person is apt to lose his footing, and cannot walk conveniently there.)* est ergo per syncopen pro ἠλιτόβατος. nam qui deducunt ab ὁ ἥλιος et βαίνω, quia sol alta maxime collustrat; exploduntur ab antiquis. ἠλίβατος πέτρη, rupes prærupta, O, 273, 619. πέτραι τ' ἠλίβατοι, Π, 35. τόσσην ἠλίβατον πέτρην ἐπέθηκε θύρῃσιν, tantam præruptam rupem quasi posuit ante ostium, ι, 243, de Polyphemo. λιμένα, ὃν πέρι πέτρη ἠλίβατος τετύχηκε, κ, 88, i. e. κατὰ τὴν τύχην ἦν, καὶ οὐκ ἐξ ἐπιτεχνήσεως. πέτραι τ' ἠλίβατοι, ν, 196.

ἤλιθα, (Ἀλᾶ) adverb. per paragogen et Ionicam mutationem primæ syllabæ, factum ex ἅλις, idemque notans. satis, valde, effuse. *sehr, genug sam, häufig, (very, exceedingly.)* ληΐδα ἤλιθα πολλὴν, Λ, 676, prædam valde multam, abunde. φύλλων χύσις ἤλιθα πολλὴ, ε, 483. τ, 443. κόπρος ἤλιθα πολλὴ, ι, 330. δύη (calamitas) ἤλιθα πολλὴ ἔχει με, ξ, 215.

ἡλικία, ας. ἡ. (Ἔω) plena ætas virilis. deinde in genere, ætas vitæ. in specie, æqualitas ætatis. ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο ἔγχεϊ τ', ἱπποσύνῃ τε, πόδεσσί τε καρπαλίμοισι, Π, 808, ubi elliptice dictum, pro κατὰ τοὺς ὁμήλικας, vel περὶ τοὺς ὁμήλικας, qui inter et supra æquales suos ornatus erat hastæ et rei equestris peritia et pedibus velocibus. en tres præcipuas virtutes nobilium ejus temporis. cæterum notantur æquales juvenes. ἤν πως ἡλικίην αἰδέσεται, ἠδ' ἐλεήσῃ γῆρας, X, 419, si forte reverebitur ætatem, et miserebitur senectutis. et Priamus æqualis fere erat Peleo. cæterum ætatum cursus hic est. βρέφος, τὸ ἄρτι γεγονός: παιδίον, τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθῆς: παιδάριον, τὸ ἔτι περιπατοῦν καὶ ἤδη λέξεως ἀντιλαμβανόμενον: παιδίσκος, ὁ τῆς ἐχομένης ἡλικίας: παῖς, ὁ δι' ἐγκυκλίων ἤδη μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι: τὴν δὲ ἑξῆς ἡλικίαν πάλλακα, καὶ βούπαιδα, καὶ ἀντίπαιδα, καὶ μελλέφηβον, καλοῦσι: τοὺς δὲ μετ' αὐτοὺς, ἐφήβους: μεθ' οὓς φασι τὸ μειράκιον: εἶτα μεῖραξ, καὶ νεανίσκος, καὶ νεανίας, ὁ αὐτός: Λάκωνες δὲ τούτους ἱππεῖς καλοῦσι. hos sequitur ἡλικία ἡ τοῦ ἐν καιρῷ νυμφίου: μεθ' ὃν ὁ πατήρ: εἶτα ἀνὴρ νέος: εἶτα ἀνὴρ μέσος: εἶτα προβεβηκὼς, ὑποπόλιος, ὁ καὶ ὠμογέρων: εἶτα γέρων, ὁ καὶ πρεσβύτης: εἶτα ὁ ἐσχατόγερως.

ἡλίκος, η, ον. (Ἔω) quantus, magnitudine corporis, aut numero ætatis. etiam in genere, quantus intensione. in quæstione est πηλίκος, in responsione τηλίκος.

ἧλιξ, ικος. ὁ ἡ. (Ἔω) æqualis, ejusdem ætatis. etiam, ejusdem magnitudinis. est cum ὅλος ejusdem originis, notatque eum qui eandem mensuram ætatis aut staturæ implet. ad ætatem autem maxime pertinet vox. βόες ἥλικες, σ, 372, boves æqualis ætatis. hinc est proverbium, ἧλιξ ἥλικα τέρπει, æqualis æqualem delectat. idem dicitur ἡλικιώτης, ου. ὁ. et fœm. ἡλικιῶτις, ιδος. ἡ.

ἥλιος, ου. ὁ. et ionice ἠέλιος, ου. ὁ. (Ἕλω) sol, *die sonne, (the sun.)* est nomen sideris nostri diurni; est et nomen proprium dei alicujus. est ab ἄω, i. e. λάμπω, (a quo est ἡ ἀὼς, aurora) et ἡ ἕλη, i. e. θερμασία: λάμπει γὰρ καὶ θερμαίνει. imo cum themate ἕλω apte cohæret vox; nam sol continet omnia in vita, et est conservator et tutor omnium viventium. Germanis *die sonne, (the sun,)* est pro, *die schœne, (the beautiful,)* quia est omnis pulcritudinis auctor, ipse quoque pulcerrimus. ἦμος δὲ ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε, A, 475, cum sol occideret, et tenebræ oborirentur. πρόπαν ἦμαρ (totum diem, quantum sc. ejus supererat jam) ἐς ἠέλιον καταδύντα δαίνυντο, usque ad occasum solis epulabantur, A, 601. αὐτὰρ ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, A, 605, cum occidisset

sol; tunc quisque domum et cubitum se conferebat. is erat mos antiquorum nobilium et ignobilium, cum sole occidente dormitum ire, ante orientem surgere cubitu: quod quidem nunc fit contra apud honestiores. αἳ γὰρ ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι ναιετάουσι πόληες, Δ, 44, quæ urbes habitantur sub sole et cœlo. ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας, ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο οὐρανὸν εἰσανιών, Η, 421, quæ est descriptio orientis solis. occidentis vero est, Θ, 485, ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν. ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, cum esset meridies, Θ, 68. et 480, οὔτ' αὐγαῖς ὑπερίονος ἠελίοιο τέρποντα, de statu inferorum. et 538, ἠελίου ἀνιόντος ἐς αὔριον, sole oriente cras. αἰνῶς ἀκτίνεσσιν ἐοικότες ἠελίοιο, Κ, 547, de pulcris albis equis. εἰσόκε δύῃ ἠέλιος, καὶ ἐπὶ κνέφας ἱερὸν ἔλθῃ pro ἐπέλθῃ, Ρ, 455. Λ, 194, 209. et 734, εὖτε γὰρ ἠέλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης, quando sol lucidus exstitit et prominuit super terram. εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, sive ad dextram vadant versus orientem, Μ, 239, sc. aves fatidicæ: et utrumque ibi est idem. vide ergo, facies versa est ad septentriones; inde oriens est ad dextram. λευκὸν δ' ἦν ἠέλιος ὥς, sc. τὸ κρήδεμνον, Ξ, 185, candidum erat velamen deæ a capite super humeros demissum ut sol. ἠελίου ἴδεν αὐγάς, sc. recens natus infans, Π, 188. et 777, ὄφρα μὲν ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, quamdiu sol medium cœlum obtinebat, coll. 779, ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε, cum sol transibat versus occasum. οὐδέ κε φαίης (nec sane putares) οὔτε ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι, οὔτε σελήνην, Ρ, 367, quæ est descriptio densissimæ caliginis ex multo pulvere ortæ: talis erat lux, qualis ἐν ἐλλείψει solis aut lunæ totali. notat ergo κολόβωσιν φωτὸς καὶ αὔξησιν σκότους: tenebras quas nec interdiu sol nec noctu luna dispellit. et 372, πέπτατο αὐγὴ ἠελίου ὀξεῖα, expansus erat splendor solis celer. et 650, ἠέλιος δ' ἐπέλαμψε, affulsit sol. λείψειν φάος ἠελίοιο, Σ, 11, i. e. moriturum esse. et 61, ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο. sic et 442. et 136, ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι (ionice pro νέομαι, redeo) ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι. et 210, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδῦντι, cum occasu solis. et 239, ἠέλιον δ' ἀκάμαντα Ἥρη πέμψεν ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι, solem indefessum Juno misit invitum ut abiret ad fluenta Oceani, i. e. occidere celerius solito jussit. et poëtæ sæpius vel retinent solem, ut tardius oriatur, e. c. cum Jupiter genuit Musas, aut Herculem, aut cum Ulysses, agnitus tandem, prima vice loquitur cum uxore: vel concitant, ut celerius occidat, ut h. l. ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ μάχης, Σ, 241. et 484, ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, sc. effinxit Vulcanus in scuto Achillis. et hoc epitheton naturam ejus probe exprimit, infatigabilem, nunquam fessum. οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα, ἄκμηνος σίτοιο, δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι, Τ, 162, expers omnis cibi ante sumti. et 207, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι τεύξεσθαι μέγα δόρπον, cœnam parare. et 308, δύντα δ' ἐς ἠέλιον μενέω καὶ τλήσομαι ἔμπης, will bis auf den vollen abend aushalten, (I shall stay till night.) χαλκὸς ἐλάμπετο ἴκελος αὐγῇ ἠελίου ἀνιόντος, Χ, 135, ubi parabola de sole ἀνιόντι, ὅτε λαμπρὸν καὶ ἱλαρὸν αὐγάζει, non vero de μεσημβρινῷ καυσοῦντι, meridiano moleste ardente. ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο, Ψ, 154. et 190, μὴ πρὶν μένος (vis) ἠελίοιο σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα, siccaret corpus circa. πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα Ἕκτορα δακρυχέοντες ὀδύροντο, Ω, 713. ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο φοιτῶσι, β, 181, multæ aves sub radiis solis volitant frequenter. et 388, δύσετό δ' ἠέλιος, σκιόωντό δὲ πᾶσαι ἀγυιαί. ἠέλιος δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην, οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνῃ καὶ θνητοῖσι βροτοῖσι ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν, γ, 1. et 138, ἐς ἠέλιον καταδύντα, i. e. περὶ δύσιν ἡλίου: et ibi concio populi convocata dicitur tali tempore μὰψ ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, temere et non ordine et more decenti, coll. 139. et 329, ἠέλιος δ' ἄρ' ἔδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε, coll. 487, 497. sic et ε, 225, seqq. ubi dulcissima vespera describitur. ι, 168, 558. κ, 185. ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλε κατὰ δῶμα, δ, 45, velut solis splendor erat ubique in hac splendida domo regia. et 400, ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, i. e. meridie, tunc Proteus prodit ex mari, aprícationis causa. et 540, οὔ μοι ἔτι κῆρ ἤθελε ζώειν καὶ ὁρᾷν φάος ἠελίοιο. sic et ξ, 44. υ, 207. οὐδέ ποτ' ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, sc. τὸν τόπον, ε, 478, nec sol lucidus unquam radiis feriit hunc locum, adeo densus erat ramis et frondibus. εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι (τερσῆναι, siccari) αὐγῇ, vestes lotas, splendore solis præstolabantur, ζ, 98. ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλε (erat) κατὰ δῶμα, in regia Alcinoi, η, 84. nam omnes parietes erant politissimi; hinc valde resplendescebant accensis luminibus: nam erat jam multa nox post occasum solis. et 124, θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ τέρσεται ἠελίῳ, solum apricum in lato loco siccatur sole. et 289, δείλετό (occidebat) τ' ἠέλιος, καί με γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν, remisit me somnus iste intempestivus pomeridianus; ubi quidam legunt δύσετο, quod est ϑ, 417. αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, ι, 26, aliæ insulæ sunt separatæ, versus orientem. et 58, ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο, (i. e. μετῆλθε, transibat) βουλυτόνδε, ad eum locum cœli, ubi est quando boves ex jugo solvi solent, i. e. versus vesperam, pomeridie. et 161, ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ. sic et 556. κ, 476. δὴ γάρ μιν ἔχεν μένος ἠελίοιο, κ, 160, i. e. ἐδίψα ὁ ἔλαφος, et conf. εἶχεν. et 191, οὐκ εἴδομεν, οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος (hominibus lucens) εἶσ' ὑπὸ γαῖαν (occidit, quod paullo ante, 190, dixit, ὅπη ζόφος, ubi occasus, et occidens est) οὐδ' ὅπη ἀννεῖται, nec ubi ἀνανέεται, oritur; quod paullo ante dixit, ὅπη ἠώς. ignorabant, qua parte cœli esset oriens aut occidens. et 498, οὐδέ τι θυμὸς ἤθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾷν φάος ἠελίοιο. οὐδέ ποτ' αὐτοὺς (Κιμμερίους) ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν, λ, 16, et pergit: οὐδ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι

πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα, οὐδ᾽ ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ᾽ οὐρανόθεν προτράπηται, i. e. nec ante meridiem nec post meridiem; nulla ergo diei parte: sed semper eos nebulæ malusque Jupiter (i.e. non favens aër) urget. et 92, λιπὼν φάος ἠελίοιο, relinquens superos, supra terram versantes; in opp. ad inferos. et 497, οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς (defensor) ὑπ᾽ αὐγὰς ἠελίοιο, sub sole, in vivis, et 618, ὅν περ ἐγὼν ὀχέεσκον ὑπ᾽ αὐγὰς ἠελίοιο, quale malum fatum ego portabam cum essem inter vivos supra terram, inquit Hercules apud inferos. ἅμα δ᾽ ἠελίῳ ἀνιόντι, μ, 429. πολλὰ πρὸς ἠέλιον κεφαλὴν τρέπε παμφανόωντα, δῦναι ἐπειγόμενος, ν, 29, sæpe ad solem omnia illustrantem vertebat caput, optans ut occideret: nam promissum Ulyssi erat, nocturnum iter in patriam suam. et 33, ἀσπασίως δ᾽ ἄρα τῷ κατέδυ φάος ἠελίοιο. et 35, ὣς Ὀδυσῆϊ ἀσπαστὸν ἔδυ φάος, nam præcessit parabola de operario, cui dies longa videtur opus debenti. et 240, ὅσοι ναίουσι πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε, i. e. versus orientem: et pars mundi orientalis spectatur velut pars anterior ejus; hinc de occidente dicitur μετόπισθε, 241. εἴπου ἔτι ζώουσιν ὑπ᾽ αὐγὰς ἠελίοιο, ο, 348. et 403, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο, i. e. versus occidentem, ad Ortygiam. conf. τροπαί. ὀδυρομένοισιν ἔδυ φάος ἠελίοιο, φ, 226. π, 220. et 366, ἅμα δ᾽ ἠελίῳ καταδύντι. μεῖναι ἐς ἠέλιον καταδύντα, ρ, 570, exspectare usque ad seram vesperam. sic et 582, i. e. ἄχρις ἑσπέρας, *bis nach sonnenuntergang, (till after sun-set.)* ὅρμον, (monile) ἠέλιον ὥς, sc. λάμποντα, splendens, σ, 295. λαμπρὸς δ᾽ ἦν (ὁ χιτὼν, candidus) ἠέλιος ὥς, τ, 234. et 424, ἐς καταδύντα δαίνυντο. et 426, ἦμος δὲ κατέδυ. et 433, ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας, ἐξ ὠκεανοῦ, sc. surgens et oriens. et 441, οὔτε μὴν ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, descriptio sylvæ densæ. ἠέλιος δὲ οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, υ, 356, sc. vobis, mox morituris, nam quibus pernicies instat, iis dicebatur ἥλιος δεδύκειν, vide Heinsium ad Theocr. Id. α, 102. τῶν μέν τ᾽ ἠέλιος φαέθων ἐξείλετο θυμὸν, vitam iis sol eripit, χ, 388, sc. piscibus ex mari extractis in arenas siccas. φάτις εἶσιν (fama vadit) ἅμ᾽ ἠελίῳ ἀνιόντι, ψ, 362. ἠδὲ παρ᾽ ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων ἤϊσαν, prætergressi sunt portas solis, ω, 12, sc. mortui a Mercurio ad inferos deducti: et istæ πύλαι notant occasum solis, αἱ οἷον συγκλείουσαι τὸν ἥλιον κρύψεις, γενόμενον πρὸς δυσμαῖς, et ubi sol fit ἀφανής. et 147, ἱστὸν (telam) ἠελίῳ ἐναλίγκιον ἠὲ σελήνῃ, ob albedinem et tenuitatem texturæ, *wegen der weisse und feinigkeit, (on account of the whiteness and fineness.)* atque his omnibus est ἠέλιος, nusquam ἥλιος, et notat *sidus* nostrum fulgidissimum. sed et ut *deus* inducitur passim a poëta. ἄρνα λευκὸν, Ἠελίῳ, Γ, 104, ubi sacrificabatur ei agnus mas albus, ut patri luminis et fœcunditatis. et 277, Ἠέλιός τ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις, ubi invocatur ut testis juramentorum: et nominativus attice est pro vocativo. hinc οἱ Βιθυνοὶ δίκας ἐδίκαζον καθεζόμενοι ἀντίοι τοῦ ἡλίου, jus dicentes sedebant facie versus solem conversa sub dio, ὡς ἂν ὁ θεὸς ἐποπτεύῃ. οὐδ᾽ ἂν νῶϊ διαδράκοι (nos ambos per hanc nubem videre possit) Ἠέλιός περ, ne sol quidem, Ξ, 344, et additur: οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι, cujus oculus est acutissimus ad pervidendum omnia. κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν Διΐ τ᾽ Ἠελίῳ τε, aprum paret jugulandum et sacrificandum Jovi et Soli, Τ, 197. et 259, ἴστω νῦν Ζεῦς, Γῆ τέ καὶ Ἠέλιος, ubi per Solem jurat rex. νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο ἤσθιον· αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ, α, 8, ubi socii Ulyssis dicuntur mactasse et comedisse boves Soli sacros in Sicilia. de qua re et est λ, 105—114, ubi Circe monet, ὁπότε πελάσῃς νῆα Θρινακίῃ νήσῳ, βοσκομένας δ᾽ εὕρητε βόας Ἠελίου, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει. et factum ipsum contra hanc prædictionem describitur, μ, 127—141. et 261—398. et pœna est 415—419, quibus locis crebra est mentio Ἠελίοιο, nempe habuisse dicitur Sol in Sicilia septem greges boum, quemque capitum quinquaginta, totidemque ovium: his gregibus præerant duæ filiæ pulcræ Solis, quas is ex Nympha Neæra genuerat, (μ, 128—136.) Phæthusa et Lampetie. Aristoteles, et qui cum eo allegorias nescio quas in Homero venantur inepte, eos septem greges boum interpretatur per dies anni, computatos ad menses lunares, quorum sunt 350, et totidem faciunt septies quinquaginta. hi greges neque procreant neque moriuntur: et filiæ Solis sunt δυνάμεις ejus, quas parit ἡ Νέαιρα, i. e. ἡ ἀεὶ νεάζουσα ἐν χρόνῳ καὶ ἀκμαία κίνησις, ποιμαίνουσαι τὸν καθ᾽ ἡμᾶς βίον, etc. sed aqua hæret, si explicandum est, quomodo socii Ulyssis hos boves mactaverint. Simplicius extra allegoriam explicantur per boves aratores in Sicilia, quos mactare nefas habebatur eo tempore ibi, et quos omnes Soli sacros jusserant esse incolæ ad opus rusticum solum adhibendos. numeros autem, et nomina filiarum Solis, addit Homerus poëtice; ut solet res historicas τερατολογεῖν. Sol accusat hos socios apud Jovem breviter, sed γλυκέως, μ, 376, seqq. nam Sol non ὁπλοφορεῖ in mythologia et poësi, ut Apollo, cum quo non simpliciter idem est; sed officium ejus unum est, ut lucem circumferat. hinc minatur simplici animo, quod velit se subtrahere a lucendo, quodque velit abire ad inferos, γεγονὼς ὑπόγαιος: quod quidem utpote magnam pœnam, ὁ Κρόνος et οἱ περὶ αὐτὸν οὐχ ἑκόντες ἐποίησαν, ἀλλὰ πρὸς βίαν ἔπαθον, ut ad inferos detruderentur. est ergo id consilium Solis εὐηθικὸν, *einfältig, (simple, silly,)* τὸ μικρᾶς λύπης ἀνθελέσθαι μέγα κακὸν, loco parvæ tristitiæ suscipere in se ingens malum. Hæc omnia ficta a poëta, *suavitatis* causa, cæterum accusat socios Ulyssis in communi concilio deorum, ut communicato consilio fiat quod futurum est. consilium poëtæ autem est, docere, omnia injuste facta habere suam certam pœnam divinitus, etsi ab hominibus non puniantur. quod Scaliger ineptas contradictiones poëtæ h. l. invenisse putavit; condonandum tanto viro, Virgilii sui *nimio* miratori. nam filiæ Solis narrant Soli, non, quasi ipse

videre non potuerit, sed ut dolentes, et vindictam petentes. ὀδύσαντο γὰρ αὐτῷ (Ὀδυσσεῖ) Ζεύς τε καὶ Ἠέλιος, τοῦ γὰρ βόας ἔκταν ἑταῖροι, — τ, 276. ἠδ' ὡς Ἠελίοιο βόας κατέπεφνον ἑταῖροι, ψ, 329. δεινοῦ γὰρ θεοῦ αἵδε βόες, reverendi et timendi dei hæ sunt boves, μ, 322, quod dicitur πρὸς ἐκφόβησιν ἑταίρων: nam per se est valde ἥμεροι. Semel in omni opere Homeri dicitur Ἥλιος, θ, 271, et quod nuntius venerit Vulcano de adulterio Martis: alibi semper est Ἠέλιος, θ, 302, et hæc forma est etymologiæ propior, et in se prima; ex qua deinde facta est illa altera ἥλιος. κ, 138, dicitur Ἠέλιος pater τῆς Κίρκης, quam genuit ἐκ Πέρσης, filia Oceani, conf. R. alibi pulcerrimæ fæminæ dicuntur filiæ solis, e. c. ἡ Πασιφάη, uxor regis Minois, a πᾶσι φάειν, quod proprium est solis. νῆσον ἐς Αἰαίην, ὅθι εἰσὶ ἀντολαὶ Ἠελίοιο, μ, 4, καὶ χοροί. τὰ ἀντήλια vel ἀνθήλια sunt tegmina contra solem, *sonnenschirme, hüte wieder die sonne, (parasols, hats to screen the wearers from the sun.)* qui vocem ἥλιος, Dorica dialecto inducti, ab ἡ ἅλς, mare, dictam putant, quia in mari prior apparet adventus ejus quam in terra; et quia in mare videatur occidere et ex eo oriri: humiliter nimis sentire videntur.

ἠλιτόμηνος, ου. ὁ ἡ. (Μήνη) qui a mense uno vel altero aberrat. eumque non observat. sic vocatur partus, qui uno vel altero mense citius editur quam solet, Τ, 118, ubi sermo est de septimestri partu, qui vitalis est.

ἤλιτον, vide sub ἀλείτω.

ἤλκησε, vide sub ἑλκέω.

ἧλος, ου. ὁ. (Ἕω) clavus, *ein nagel, (a nail.)* it. id quo res aliqua, ornatus causa, distincta est, *ein eingelegter zierrath, (an inlaid ornament.)* dicitur et per apocopen ὁ ἧλ, e. c. ἧλ δαιμόνιος, de quo vide Strabonem. etiam morbus ille digitorum pedis dicitur ἧλος, a similitudine clavi. est ab ἵημι, f. ἥσω, quia clavus immittitur et inseritur. σκῆπτρον χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, sceptrum aureis clavis distinctum, Α, 246, coll. 234, seqq. ex quo apparet, scipionem eum fuisse ligneum, sed aureis ornatibus confixum. ξίφος, ἐν ᾧ ἧλοι χρύσειοι πάμφαινον, Λ, 29, gladius, in quo aurei clavi collucebant, quibus capulus et vagina erant ornata. sic 632, δέπας (poculum) χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, argenteum, aureis clavis, ornatus causa, transfixum quasi. ergo et ἐν ποτηρίοις antiquorum tales ἧλοι.

ἤλπετο, vide sub Ἔλπω, ad medium.

ἤλυξεν, vide sub ἀλύσκω.

ἧλω, vide sub ἁλέω.

ἡλώμην, vide sub ἀλάομαι.

ἧμα, ατος. τό. (Ἕω) est τὸ ἀκόντισμα, jaculatio. ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος, es præstantissimus jaculando, Ψ, 891. Vide sub Ἕω, ire facio, aliquanto ab initio.

ἠμαθόεις, vide sub Ἄμαθος in R.

ἦμαρ, ατος. τό. (Ῥέω) dies. idem ac ἡμέρα, q. v. possis tamen hanc formam pro prima accipere, a qua ἡ ἡμέρα deinde sit facta, et referre cum ἡ ἠώς ad radicem eandem, nimirum ad ἄω vel αὔω, i. e. λάμπω, splendeo. πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα, Α, 601. Τ, 162. Ω, 713. κ, 183. μ, 29. τ, 424. ω, 41, per omnem reliquum diem, usque ad occasum solis. πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο, pugnabant, Σ, 453. αἴσιμον ἦμαρ, i. e. ἡμέρα θανάτου, θάνατος, Θ, 72. Φ, 100. Χ, 212. νηλεὲς, diem mortis duram, Λ, 484, 587. Ν, 514. Ο, 375. Ρ, 511. Φ, 57. μόρσιμον, fatalis dies mortis, Ο, 613. ὀλέθριον, Τ, 409, 294. κακὸν, Ι, 251, 593. Υ, 315. Φ, 374. δούλιον, i. e. ἡ δουλεία, servitus, Ζ, 463. ρ, 323. ἐλεύθερον, i. e. ἡ ἐλευθερία, libertas, Ζ, 455. Π, 831. Υ, 193. ὀρφανικὸν, Χ, 490. ἱερὸν, Θ, 66, nam dies est res sacra. ἄξιαν πάντων, Ο, 719. ἔσται, ὅτε, Δ, 164. Ζ, 448. periphrasis diei ante meridiem est, Λ, 84, ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν (quamdiu matutinum tempus erat) καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, et crescebat dies. nam Trojani belli tempore dies nondum descripta erat in horas æquales. μέσον, Φ, 111. η, 288. νῦν εἴδεται ἦμαρ, nunc illuxit illa dies, Ν, 98. νύκτας τε καὶ ἦμαρ, Χ, 432. Ω, 73. Ε, 490, ubi ἦμαρ veluti adverbialiter positum, sicut in αὐτῆμαρ, eodem die, ἐννῆμαρ, etc. sic et β, 345. κ, 28, 80. ο, 475. ω, 63, *nacht und tag, (night and day.)* τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἀνθρώπων, οἷον ἦμαρ ἐπάγῃ θεὸς, σ, 136, i. e. qualis est fortuna, talis est animus hominum, in felicitate elatus, in adversis humilis, rebus se adsimilans: ὁποῖα ἂν εἴη τὰ προσπίπτοντα, τοιοῦτός ἐστιν καὶ ὁ νοῦς, ἐν εὐτυχίᾳ συνεξαιρόμενος, ἐν δὲ τοῖς ἀνάπαλιν ταπεινούμενος, τοῖς πράγμασιν συνεξομοιούμενος, καὶ πρὸς τὰ παραπίπτοντα σχηματιζόμενος: profecto sic est, ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. cave ergo, poëtæ adfingas vel adlinas sensum, quem Baylius sub nomine Pyrrhon, Remarque F., citans hunc locum, expressit, sic vertens, talis enim ipsorum est hominum mens terricolarum, qualem ipsis hominum et divum pater indit in horas: additque explicationis loco: *cette sentence signifie, que l'esprit des hommes est journalier, et que Dieu leur donne leur provision de raison comme une espece de pain quotidien, qu'il renouvelle chaque matin. cela quadre merveilleusement avec l'hypothese des Pyrrhoniens*, etc. ex quo exemplo apparet, quam nihil fere credendum sit explicatoribus sententiarum alienarum, nisi ipse oculis propriis utaris et inspicias. νόστιμον ἦμαρ, i. e. νόστον, reditum in patriam, et ad suos, α, 9, 168, 354. γ, 233. θ, 466. π, 149. ρ, 253. τ, 369. τέτρατον, γ, 180. ε, 262. νηλεὲς, θ, 525. ι, 17. et 56, ἀέξετο ἱερόν. τρίτον, ι, 76. κ, 144. μόρσιμον, κ, 175. et 288, 269, κακόν. sic et ο, 523. ἕβδομον, μ, 399. ο, 476. δούλιον, ξ, 340. αἴσιμον, π, 280. μετέβλωκε, ρ, 191, processit dies. et 606, δείελον, pomeridianus dies. ἤματος καὶ νυκτὸς κέλευθοι ἐγγὺς, κ, 86, ubi conf. ἐγγύς. nam et hunc locum mirifice distorquet idem Gallus. ἤματι τῷ, ὅτε, Ε, 210. Ζ, 345. Θ, 475. Ι, 253. Λ, 444, 765. Ν, 335. Ξ, 250. Ο, 76, 252. Ρ, 401. Σ, 85. Τ, 60, 89, 98. Φ,

77. Χ, 359, 471. Ψ, 87. ε, 309. υ, 19. ψ, 252. Β, 351, 743, ubi est, eodem die, quo. et vide, bellum cum Centauris fuit fere ἐνιαύσιον: nam in nuptiis Pirithoi cœpit; et eo die, quo nascebatur primus puer, plena victoria de Centauris est reportata, ἐπὶ τῷδε, Ν, 234, i. e. hodie. τρίτῳ, Λ, 706. τριτάτῳ, Ι, 363. ὀπωρινῷ, Π, 385, i. e. tempore messis, ubi pluvia solet esse rarior. χειμερίῳ, Μ, 279, *bey wintertag, (on a winter day:)* nam eo tempore nives solent esse densissimæ. ἰῷ, uno eodemque die, Ζ, 422. sic, ἐν, Κ, 48, uno die. προτέρῳ, i. e. χθὲς, *am vorigen tage, (on the preceding day,)* Φ, 5. τῷδε, i. e. hodie, Φ, 584. υ, 116. τῷ αὐτῷ, η, 326, hodie. ἐπὶ ἤματι, i. e. ἐφ' ἑκάστῳ νυχθημέρῳ, μ, 105, ut per quatuor horas inglutiat Charybdis, per quatuor evomat rursus; et sic ter per horas viginti quatuor utrumque recurrat. Sed Circe auget rem, terrendi Ulyssis caussa: re vera id fieri dicunt bis tantum ἐν νυχθημέρῳ, et quidem innoxie. sed ξ, 105, ἐπ' ἤματι, quotidie, αἰεί: vel et, in singulos dies, *auf jeden tag, (every day.)* sic et Τ, 229, ubi est, in unum diem, non vero diutius. εἰκοστῷ, ε, 34. ἤματα πάντα, Μ, 133. Ν, 826, i. e. ἀεί: et ἀθανασίαν εὔχεται. Ξ, 235, 269, 276, Π, 499, ubi, explicationis uberioris causa, additum διαμπερὲς, *immerfort, (for ever.)* Τ, 226. Ψ, 594. Ω, 491. β, 55, 205. δ, 209, 592. ε, 136, 210, 219. ζ, 46. η, 94, 257. θ, 431. ι, 123. κ, 467. ο, 54. ϱ, 534. φ, 156. ψ, 6. ω, 25. νύκτας τε καὶ ἤματα, Σ, 340. Ψ, 186, i. e. ἀεί. Ω, 745. λ, 182. ν, 338. ξ, 93, ubi alii legunt ἡμέραι. π, 39. αἱματόεντα, dies cruentos, Ι, 326. ἐείκοσιν ἐρύχας, Ζ, 217. coll. ε, 360, εἶχόν με. ἔνδεκα, Φ, 45. et 46, sequitur δυωδεκάτη, quasi præcessisset ἡμέρα. δύο, ι, 388, coll. 390, τρίτον ἦμαρ. ι, 74. τρία, ϱ, 515. δυώδεκα, τ, 199. ἤματα, interdiu, *bey tage, (in the day-time,)* ε, 156. κ, 11. π, 365. τ, 513. μακρὰ, κ, 470. σ, 366. χ, 301. πολλὰ, τ, 153. ω, 142.

ἠμάτιος, ία, ιον. (Ῥέω) quotidianus, καθ' ἕκαστον ἦμαρ. it. interdiu, *bey tage, (in the day-time.)* it. unum diem sumens ad rem aliquam efficiendam. ἠμάτιαι νῆες, naves quotidie venientes, Ι, 72. ἠματίη ὑφαίνεσκεν, interdiu texebat Penelope, in opposito ad noctes, β, 104. τ, 149. ω, 138.

ἤμβροτον, vide sub ἁμαρτάω, ad finem.

ἤμελγε, vide sub Ἀμέλγω.

ἠμὲν, vide sub Ἠ, aliquanto a fine.

ἡμέρα, ας. ἡ. (Ῥέω) dies. *der tag, (the day.)* est fœmininum substantive, ab ἥμερος, ut sit plene ἡ ἡμέρα φαῦσις ἢ κατάστασις ἀέρος, mitis splendor aut constitutio aëris: nam interdiu est in aëre ἡ ἡμερότης: contraria ei ἡ νὺξ est fera et inimica, unde et ἡ δειλία dicitur, διὰ τὸ δεινὸν καὶ φοβερὸν αὐτῆς καὶ μὴ ἥμερον. *die freundliche liebenswürdige tagezeit, (the pleasant and cheerful day.)* cæterum ἡμέρα est ἀὴρ ὑπὸ ἡλίου πεφωτισμένος: et dividebatur antiquitus in tres partes, εἰς πρωΐαν, μεσημβρίαν, δείλην, quæ enumerantur, Φ, 111. et η, 288, 289, nam δύσετο est, versus occasum vergebat sol, quod fit statim hora prima post meridiem. περίφρασις τοῦ dies oritur, est Λ, 1, 2. Τ, 1, 2. γ, 1—3. ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι, quemadmodum nunc dies ista pestem adfert iis, Θ, 541. Ν, 828, et ἡμέρη ἥδε est explicatio τοῦ, νῦν. ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο, cum vero menses et dies finiti essent, i. e. cum esset annus, λ, 293. ξ, 293. τίς νύ μοι ἡμέρη ἥδε, θεοὶ φίλοι, ω, 513, quæ mihi est ista dies, dii boni! quam læta dies! ὅσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσιν, ξ, 93, quotidie. τριψημερεῖν est, diem conterere, Aristoph. Vesp. 845, nihil agendo. Vide sub Τιθωνὸς in R.

ἡμερὶς, ίδος. ἡ. (Ῥέω) notat τὴν ἥμερον ἄμπελον, vitis hortensis et ab hominibus culta, ad differentiam sylvestris, τῆς ἀγριάδος. τετάνυστο περὶ σπέους ἡμερὶς ἡβώωσα, τεθήλει δὲ σταφυλαῖς, ε, 69, expansa erat et erecta circa speluncam vitis adulta, et luxuriabat uvis. alii τὴν ἡμερίδα volunt esse εἶδος λεπτοφλοίου δρυὸς, cujus fructus quoque dicatur σταφυλὴ, ex quo fiat ὁ ἰξὸς, species quercus tenuiori cortice, et frugifera: et Eustathius non negat, sua ætate circa Thraciam, speciem quandam τῶν δρυῶν dictam fuisse ἡμερίδας, at id nihil valet de ævo Homeri, et de hoc loco. cæterum h. l. est alta, non humilis. Vide sub δρῦς, prope medium.

ἥμερος, έρα, ερον. (Ῥέω) mansuetus, cicur, mitis, lenis. *zahm, gelinde, gütig, (tame, gentle, kind.)* scribitur et ἥμειρος, dorice ἅμερος et ἅμειρος: et attice est generis communis. est ab ἱμείρω: nam mitia et mansueta appetuntur ab homine, et vicissim appetunt et amant hominem. ἥμερον χῆνα, anserem cicurem, ο, 162, et additum ἀργὴν, album, ostendit, ἥμερον esse generis communis.

ἡμέτερος, έρα, ερον. (Ἔω) noster. ponitur sæpe et pro ἐμός. ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, Α, 30, i. e. ἐμῷ. ἡμέτεραι ἄλοχοι, Β, 136. et 374, χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν. οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, Γ, 233. ἡμετέρῃς ἀλόχοισι, Ζ, 114. et 151, ἡμετέρην γενεὴν, i. e. ἐμήν. sic et Τ, 214. ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, Θ, 31. νεώμεθα ἐφ' ἡμέτερα, Ι, 615, sc. δώματα. ἱππεῦσι μετέπρεπον ἡμετέροισι, Λ, 719. ἡμέτερόν γε μένος, i. e. ἐμὸν, Μ, 166. et 319, ἡμέτεροι βασιλῆες. ἐφ' ἡμετέρας νῆας, Ν, 101, conf. porro, Ξ, 73. χόλον αἰπὺν ἡμέτερον, i. e. ἐμὸν, Ο, 224, 351, 468, 725. ἡμέτερος θεράπων, Π, 244, i. e. ἐμὸς. Σ, 385, 406. Τ, 411. Υ, 91, 143. Ω, 567. α, 45, 176, 238, 397. β, 26, 262. δ, 139. θ, 193, 523, λαῶν ἡμετέρων, ex nostris hominibus. ἐς ἡμέτερον, sc. δῶμα, η, 301, sic θ, 39, ἡμέτερόνδ' ἐλθόντες, sc. οἶκον. et 244, ἡμετέρης ἀρετῆς. Ι, 93. ἡμετέρῃ ματίῃ, κ, 79, nostro labore frustraneo. et 334, εὐνῆς ἡμετέρης, quod Circe dicit adulatorie, quasi jam diu fuisset communis lectus: sed Ulysses id corrigit per σῆς, 340, 342. λ, 561, i. e. ἐμόν. ν, 181. ξ, 59, ἡμετέρη δόσις, sc. τῶν δούλων. et 417. π, 45, i. e. ἐμῷ. ϱ, 496, 534. τ, 344, i. e. ἐμεῦ. φ, 238, 291, 292, ἡμετέρων μύθων ἀκούεις, bis dic-

tum, quasi sit res magna. χ, 396. ψ, 226. ω, 215, 266, sc. οἶκον. 324, 472.

ἡμιδαής, έος. ὁ ἡ. (Δάω) semiustus. *halb verbrannt, oder angebrannt, (half-burnt.)* ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς λίπετο, Π, 294, semiusta navis.

ἡμίθεος, ου. ὁ ἡ. (Θάω) semideus. cujus paterna vel materna origo fuit divina. ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν, Μ, 23, i. e. ἥρωες proprie sic dicti. deinde et in genere, fortissimi et præstantissimi viri.

ἡμιόνειος, είη, ειον. (Ὄνω) ad mulum pertinens, mularis. ἄμαξαν ἡμιονείην, Ω, 189, 266. et 268, ζυγὸν ἡμιόνειον, jugum mulorum. ἄμαξαν, ζ, 72.

ἡμίονος, ου. ὁ ἡ. (Ὄνω) mulus, *ein halbesel, ein maul, (a mule.)* et sic dicitur fere natus ex asino et equa. dicitur vivere posse πεντήκοντα ἔτη. ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων, Β, 852, unde est genus earum mularum, quæ maxime sunt idoneæ ad agros peragrandos, ad montes rupesque pervadendas. κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκροὺς βουσὶ καὶ ἡμιόνοις, Η, 333, per junctos curribus boves et mulos advehemus huc mortuos. et hæc sunt τὰ ὑποζύγια. ὅτε δὴ ἀπέην (cum abesset) ὅσον τ' ἐπίουρα πέλονται ἡμιόνων, αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν ἕλκειν ἄροτρον, Κ, 352, quantum sunt spatia mulorum in agro, nam hæ sunt præstantiores ad trahendum aratrum; utpote celeriores, etsi boves robustiores et nobiliores. ergo Dolonem cum mulis comparat in distantia ista agri, cum bubus Græcos illos duos. conf. ἐπίουρα. ὥστε ἡμίονοι, Ρ, 742—745, ubi parabola de mulis trahentibus magnum onus adjunctum. ex Theognide, 996, notus est pentameter, γνοίης, ὅσσον ὄνων κρέσσονες ἡμίονοι: ταλαεργοὶ γὰρ καὶ δεξιοὶ ὄντες πονεῖν καὶ ἀχθοφορεῖν. τὰς δρῦς ταμνομένας ἔκδεον ἡμιόνων, quercus dejectas adligabant mulis trahendas, Ψ, 121, coll. 115, ubi iidem dicuntur οὐρῆες. et 260, ἡμίονοι inter alia certaminum præmia numerantur. et 654, ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων, ἑξέτεα, ἀδμήτην, ἥτε ἀλγίστη δαμάσασθαι, quæ ibi est præmium victoris. et 662. et 666, ἅψατο ἡμιόνου ταλαεργοῦ: et recte habet id epitheton, nam est præ cæteris jumentis φερέπονος. hinc et recte datur in præmium τῷ τλησιπόνῳ πύκτῃ, 668. confer et Ω, 150, 179, ubi Priamus currum jungi jubet mulis. et 277, ζεῦξαν δ' ἡμιόνους κρατερώνυχας ἐντεσιεργοὺς, junxeruntque mulos validis ungulis præditos et jugales: et tales dono dati erant Priamo a Mysorum populo. et 324, ἡμίονοι εἷλκον τετράκυκλον ἀπήνην, in quo vehebantur dona multa Achilli, et in quo reportandum erat corpus redemtum. rex ipse vehebatur curru equis juncto. et 782. ἵπποι θήλειαι, equæ, ὑπὸ δ' (sub earum uberibus lactabantur) ἡμίονοι ταλαεργοὶ ἀδμῆτες, *maul-füllen, (mule-foals,)* δ, 636, ubi vides matrem equam, patrem asinum. sic et φ, 23. Nausicaa, regia virgo, vehitur curru mulis juncto, ζ, 37, 68, 73, 82, 88, 111, 253, κρατερώνυχας. 317—318, εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν, in se quidem bene currere cupiebant et apte gradiebantur pedibus; at virgo eos retardabat, ut pedites sequi possent commode. ὅσον ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιονοῖιν, Θ, 124, i. e. ὅσον ἀφορίζονται τῶν βοῶν, ἀροτριῶσαι ἡμίονοι, ὡς προφερέστεραι οὖσαι βοῶν, ἄροτρον ἐλαύνειν: τόσον ὑπεκπροθέων ὁ —. et hoc spatium sic est concipiendum: imaginare agrum quingentos pedes longum; finge, duo aratra juncta alterum bubus alterum mulis, eodem tempore et ab eadem linea incipientes arare; quando igitur ad finem alterum pervenerint muli arando, longe relictæ erunt boves antequam etiam ad eundem finem perveniant. et id spatium interjacens est illud οὖρον vel ἐπίουρον. ἠὲ δύω ἡμιόνους, ο, 85, *ein gespann, (a pair of mules,)* ξυνωρίδα. nam οἱ ἥρωες οὐκ ἐκελήτιζον τότε: et equos jam recusaverat Telemachus ut in Ithaca inutiles. κόπρος ἡμιόνων τε βοῶν τε, ρ, 298. vel adjective, vel per appositionem, est ἡμίονον βρέφος κυέουσαν ἵππον, equam fœtam mulo, Ψ, 266. τότε αἱρήσετε ἡμᾶς, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι, inquiunt Babylonii ad Persas, Herodot. III, 151, tunc capietis nos, quando pepererint mulæ, i. e. nunquam. coll. 153, ubi peperit mula per prodigium.

ἡμιπέλεκκον, ου. τό. (Πάλλω) est μικρὸς πέλεκυς, *ein handbeil, (a hatchet.)* et quando ὁ πέλεκυς bipennem notat, tunc τὸ ἡμιπέλεκκον id instrumentum una tantum acie denotat. δέκα πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα, i. e. μονοστόμους πελέκεις, Ψ, 851, 858, 883. Kappa æolice est duplicatum, et ob metrum.

ἥμισυς, σεια, συ. (Εἴδω) dimidius, *halb, (half.)* est compositum ab ἴσος, et ἅμα simul: nam alterum dimidium alteri est æquale. δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης, dedit ei dimidiam partem totius regiæ suæ dignitatis, Ζ, 193, i. e. partitus est cum eo regnum suum in duas æquales partes. τὸ μὲν ἥμισυ, οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ, ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο, Ι, 575, 576, dimidiam partem vitiferi soli, dimidiam alteram vero agri arabile solum non arboribus consitum continentis. et 612, ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς, ubi poëta ex more suo ipse etymologiam innuit, ut ἥμισυ sit τὸ ἶσον ἅμα ἑνὶ, æqualis pars ad alteram; nam hæc est mens Achillis: æqualiter regna mecum, et cape dimidiam partem dignitatis meæ regiæ in patria mea. en tam promti erant illi heroës ad dividendum regnum suum cum socio fido. sic de Jobate vidimus loco ex Ζ citato. καὶ τὸ μὲν — τὸ δὲ ἥμισυ κεῖτο ἐπὶ γαίης, Ν, 565, altera pars — altera vero jacebat in terra. ἥμισυ τῶν ἐνάρων ἀποδάσομαι, ἥμισυ δ' αὐτὸς ἕξω ἐγὼ, Ρ, 231, alteram dimidiam spoliorum dividam aliis, alteram vero ipse retinebo. ἥμισυ γάλακτος θρέψας (coagulans) ἥμισυ δὲ ἐν ἄγγεσιν ἔστησε, πίνειν, ι, 246, 248. ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται Ζεὺς ἀνέρος, ρ, 322, dimidiam partem virtutis viri eripit Jupiter in servitutis conditionem delapsi: ubi alii pro ἀρετῆς legunt, τε νόου, i. e. τὸ ἥμισυ τῆς φρονήσεως, dimidiam bonæ mentis. utrumque eodem spectat; nam id vult Eu-

mæus: servi non sunt homines integri. sed dimidiati tantum. ἡμίσεες δὲ, dimidia pars exercitus, Φ, 7. ἡμίσεες λαοὶ, γ, 155, 157. ἡμίσεων πλείους, plures quam dimidia pars populi, ω, 463. ἡ ἡμίνα videtur esse τὸ ἥμισυ τοῦ μέτρου ἴν.

ἡμιτάλαντον, ου. τὸ. (Ταλάω) semitalentum. χρυσοῦ ἡμιτάλαντον ἔθηκε, Ψ, 751, 796, victori ultimo.

ἡμιτελὴς, εος. ὁ ἡ. (Τέλλω) semiperfectus, semiplenus, *halbvollständig*, *(half perfect.)* δόμος ἡμιτελὴς, Β, 701, est domus, ex qua novus maritus est mortuus: nam non diu post nuptias profectus erat Protesilaus. sic, ἡμιτελὴς βίος, i. e. χῆρος βίος, vidua vita. potest et connotari τὸ ἄτεκνον: nam nondum imprægnata erat sponsa ejus, cum proficisceretur in bellum.

ἡμὸς, (Ἕω) dorice ἁμὸς, æolice ἀμὸς, est per syncopen pro ἡμέτερος. ἃ οὐ μένος ἁμὸν ἐρύξει, quæ non robur nostrum, i. e. meum, arcebunt, Θ, 178. ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἀμὰς, Κ, 448, cum venisti in manus meas. νέας ἀμὰς, naves nostras, Ν, 96. πόλιν ἀμὴν, urbem nostram, Π, 830. ἀμῆς γῆς, λ, 165, 480.

ἦμος, (Ἠ) conjunctio poëtica et Ionica. cum, postquam, quando. ἦμος ἐφάνη ἠὼς, καὶ τότε ἔπειτα, Α, 477. et 475, ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, δὴ τότε. ἦμος δ' οὔπω ἠὼς, τῆμος, Η, 433. ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, καὶ τότε δὴ, Θ, 68. sæpe sequens particula τῆμος, tunc, remotior est, e. c. Λ, 86, ἦμος δὲ δρυτόμος, τῆμος, 90. ἦμος δ' ἠέλιος μετενείσσετο, καὶ τότε δὴ, Π, 779. ἦμος δ' ἑωσφόρος, τῆμος, Ψ, 226, 228. ἦμος ἐφάνη ἠὼς, τῆμος, Ω, 788, s. sæpe post ἦμος nullæ tales sequuntur particulæ, e. c. β, 1. θ, 1, ubi solum ἄρα sequitur. Sed ρ, 1, ἦμος ἠὼς, δὴ τότε ἔπειτα. Sic, sequente ἄρα, γ, 404. δ, 306. et 400, ἦμος ἠέλιος μέσον οὐρανὸν, τῆμος. ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο, καὶ τότε δὴ, ι, 58. et 168, ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, δὴ τότε. ἦμος δὲ ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη, ex foro surgere et abire solet, μ, 439, sequente τῆμος, 441. ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, τῆμος, τ, 426. et 428, ἐφάνη ἠὼς, sequente ῥά.

ἠμπλακεῖς, vide sub ἀμπλακέω.

ἤμυνε, vide sub ἀμύνω aliquanto sub initio.

ἠμύω, f. ύσω. (Μύω) inclino, declino, deprimo, me vel aliud, κάτω κλίνω ἢ κλίνομαι, ἐπικλίνομαι. καὶ καταπίπτω, decido. est a μύω, præfixo η quod ex α intensivo et frequentativo ionice ortum: μύει γὰρ καὶ συστέλλεται τὸ ἐξ ὀρθῆς στάσεως ἐπικλιθέν. et proprie de oculis dicitur, quando concidunt. *ich neige, mich oder etwas anders, lasse sinken, bücke darnieder, (I bow down either myself or something else, I let sink, stoop.)* τάχα ἠμύσειε πόλις Πριάμου, Β, 373, cito declinatura caput esset urbs Priami. sic et Δ, 290. et est phrasis poëtica florida, ab iis qui caput præ tristitia aut pudore demittunt, pro, κατακλιθείη, σμικρυνθείη, καθ' ὁμοιότητα ὀμμάτων, *würde bald darnieder und zusammen fallen, (would soon fall to ruin,)* cito ruitura esset urbs. ἑτέρωσε ἤμυσε κάρη, πήληκι βαρυνθὲν, Θ, 308, in alteram partem dependere fecit caput, gravatum galea; coll. 306, ἑτέρωσε κάρη βάλεν, in alteram partem demittere solet caput. nam sermo ibi est de homine, cui caput sustineri non potest ob acceptum letale vulnus. ἤμυσε καρήατι, Τ, 405, sc. ἵππος, i. e. κατέκλινε κάρηνον, declinavit caput, declinavit se capite, versus terram præ mœstitia: *liess den kopf hängen, (hung his head;)* sic tamen, ut deinde retorqueret os ad loquendum cum domino suo. conf. compositum ἐπημύω.

ἥμων, ονος. ὁ. (Ἕω) jaculator, ἀκοντιστής, *ein schütze mit wurfpfeilen, (a javelin-thrower.)* καὶ ἥμονες ἄνδρες ἀνέσταν, surrexere jaculatores, Ψ, 886. esse ab ἕω, ire facio, jam sub isto verbo est notatum.

ἤμων, vide sub Ἀμάω.

ἦν, (Ἀνὰ) conj. facta ex ἂν, et posita loco recentiorum ἐὰν, si, *wenn, (when.)* regens conjunctivum. Ι, 688. Ξ, 78. Δ, 353. sæpe est attice pro εἰ, si, *wenn, (if,)* Ο, 504. sequuntur variæ particulæ aliæ. ἤν που, si forte, *ob etwa, (if perhaps,)* Π, 39. ε, 417, *wenn etwa wo, (if perhaps somewhere.)* Η, 39, pro εἴ πως. ἤν πως, Χ, 55, 419. Ρ, 245. ἤν τοι, Ο, 32, an sane, *ob denn, (whether.)* ἤν περ, *wenn auch schon, (if even,)* Τ, 32. Χ, 487. ἤν περ καὶ, π, 276. ἢν μὴ, nisi, si non, λ, 158. confer porro ἢν, pro ἐὰν, α, 282, i. e. εἴ πως, *ob etwa, (if perhaps.)* β, 216, 360. μ, 121, 288. φ, 237. Α, 90, 166. Θ, 482. Ι, 559, 393.

ἤνασσε, vide sub ἀνάσσω, ad medium.

ἤνεγκον, ἤνεικα, vide sub ἐνείκω.

ἠνεμόεις, ionice pro ἀνεμόεις, quod vide.

ἠνήνατο, vide sub ἀναίνομαι.

ἡνίκα, (Ἕω) conjunctio. quando, cum. est ab ἂν, si, et ἵκω, venio, compositum, cum spiritu Attico: si evenit, si accidit. ἡνίκα ἀγινεῖς αἶγας, quando ducis et agis capras, χ, 198. et respondet ei τηνίκα, tunc.

ἡνίον, ου. τό. (Ἕω) habena, *der zügel, (the reins.)* qua equi duo juncti uniuntur, et qua equus cum vectore suo unitur ut idem velit. in specie, τό ἡνίον est ferrum illud in ore equi ad quod sunt lora, *das gebiss, (the bit:)* τὰ ἡνία vero sunt totum, omnia lora quæ ad uniendos equos et ad regendos eos adhibentur. vox deducta a neutro ἕν, unum exsistens; unde est ἑνόω, unio, et τὰ ἡνία, mutato ἑ in ἡ, quæ equos duos uniunt, ut idem sentiant inter se et cum auriga. est ergo immediate ab ἓν deducta vox, sicut et ἑνόω. ἡνία κατέτεινεν ὀπίσω, Γ, 261, trahebat lora retro ad se, stans in curru et recturus equos. sic et 311. ἡνία σιγαλόεντα δέξαι, Ε, 226, cape habenas silentes, i. e. ἁπαλὰ et quasi ὑγρὰ, lenta flexuosa, non dura et rigentia. sic et Θ, 116, 137. Λ, 128. Ρ, 479. et 619, ἡνία κατέχευεν ἔραζε, dimisit habenas in terram. αὐτὸς ἔχε ἡνία, ipse habe habenas, i. e. ipse rege equos, Ε, 230. et 262, ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας,

ut et 322, ex ambitu currus tendens et suspendens habenas: sc. cum currus esset inanis, et equi soli stare deberent, retro tractæ habenæ ad currum figebantur, ne equi procedere possent. et 365, *ἡνία λάζετο χερσὶ*, prehendit. sic et 840. et 583, *ἡνία λευκὰ ἐλέφαντι*, habenæ albæ ebore; nam *ἡνία* non solum *χρυσόνωτα* (in tergo, i. e. in superficie, auro inducta et ornata) apud antiquos, sed et *ἐλεφαντόνωτα*, erant, *die mit elfenbein beleget waren, (were adorned with ivory.)* *δίδου δέ οἱ ἡνία χερσὶν*, Θ, 129. et 121, *ἵππων ἡνία ἔχοντα*. et 319, *ἵππων ἡνία ἑλεῖν*. sic, *ἔχοντα χερσὶν*, tenentem manibus, Ο, 447. *ἐκ χειρῶν ἡνία ἠΐχθησαν*, ex manibus habenæ ceciderunt, Π, 404. et 470, *ἡνία σύγχυτο*, turbabantur, confundebantur inter se. et 739, *ἔχοντα*, *λάζετο*, Ρ, 482. *κατέτειναν ἡνία ὀπίσω*. Τ, 394, ut auriga solet, recturus equos. *εἶξαι δέ οἱ ἡνία χερσὶν*, concedere ei equo habenas manibus, i. e. laxare ei eas, memento, Ψ, 337. et 465, *τὸν ἡνίοχον φύγον ἡνία*, fugerunt eum habenæ. *λάζετο*, Ω, 441. γ, 483. *ἔλαβε ἡνία σιγαλόεντα*, ζ, 81.

ἡνιοχεὺς, *έος*. *ὁ*. (Χάω) habenas tenens et moderans, idem ac *ἡνίοχος*. sic *ὁ πομπὸς* et *πομπεὺς*, Αἰθίοψ et Αἰθιοπεὺς, etc. *ὑπὸ δ' ἔστρεφον ἡνιοχῆες*, Ε, 505, nam equestres viri reversi erant, conversi erant contra hostes, cum antea cessissent. et ibi est notio generalis eorum qui ex curru pugnant. *ἡνιοχῆα θρασὺν Ἕκτορος Ἀρχεπτόλεμον*, Θ, 312. Κεβριόνην, Π, 737, qui erat filius *νόθος* Priami. et 739, additur etymologia, *ἵππων ἡνία ἔχοντα αὐτόν*. *ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆα*, Τ, 401, inquit Achilles ad equos suos, monens, ut alio modo studeant in vita conservare jam se, quam paullo ante Patroclum.

ἡνιοχεύω, f. *εύσω*. (Χάω) sum rector equorum in curru militari heroico, habenas teneo et moderor. circumlocutio *τοῦ ἡνιοχεύειν* est, *ἵππων ἡνία ἑλεῖν*, Θ, 319. *ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευεν*, Λ, 103, coll. 101—104. et 127. *ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν*, Ψ, 641, 642, ubi bis repetitum, et est h. l. solum, *τὰ ἡνία εἶχεν*, et dirigebat, nam alter socius ejus scutica hortabatur equos. repetitio indicat studium continuatum accuratum. *ἡ δὲ μάλα ἡνιόχευεν*, illa vero omnino sic regebat mulas suas, ζ, 319, ut comites sui pedites sequi possent currum. construitur et cum genitivo, e. c. *τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις*, animam meam regis omnino: ubi vides notionem metaphoricam. alias cum accusativo. nomen est *ἡ ἡνιοχεία*.

ἡνίοχος, *ου*. *ὁ*. (Χάω) habenas tenens et moderans. a *τὰ ἡνία*, habenæ, et *ἔχω*, teneo in potestate. non notat quemvis aurigam de vulgo; sed in curru heroico eum, qui habebat habenas. semper is pari fere dignitate, certe non nimis inferiori, quam alter ille qui ex curru militari pugnabat, et qui dicebatur *ὁ παραιβάτης*, *ου*. *ἡνίοχος θεράπων*, habenas tenens adjutor et minister, non vero servus, Ε, 580. Θ, 119, quibus locis nobilitas hominis satis indicatur per alia addita. et Μ, 111. *ἀνέβησαν ἐν δίφροις παραιβάται ἡνίοχοί τε*, Ψ, 132, in certamine curuli. sed et ipse *παραιβάτης*, vel principalis heros, qui habebat secum suum socium, tamen vocatur quoque *ἡνίοχος*, Θ, 89. et 127, *ἡνίοχος* proprio sensu dicitur *σημάντωρ ἵππων*, qui equis imperat. et 124, ubi ad *ἡνιόχοιο* deest *ὑπέρ*. et 126, *μέθεπε θρασὺν ἡνίοχον*, quærebat strenuum aurigam. de dignitate *ἡνιόχου* testis est *ὁ Κεβριόνης*, quem Hector sibi facit *συστράτηγον*, Μ, 91, 92, 84. *ἡνίοχος* circumscribitur, Ρ, 699, *ὅς οἱ σχεδὸν ἔστρεφεν ἵππους*. *ὑφ' ἡνιόχῳ εἰωθότι*, sub consueto rectore, Ε, 230, 231. *αἰὲν εἶχε ἡνίοχος θεράπων*, regebat semper sic, Ν, 386. et 394, *ἐπλήγη φρένας*: nam erat is *ἀλαζών τις καὶ ἀνόητος* socius Asii, credens, principem suum esse *ἀκαταμάχητον*. hinc occisum cernens, *ἔπαθε τὰς φρένας*. *ἡνίοχος περιγίγνεται ἡνιόχοιο*, Ψ, 318. et 460, *ἄλλος ἰνδάλλεται*, ubi solus princeps sic vocatur. et 465, 280, ubi Patroclus sic vocatur, coll. seqq. et 502, coll. 499. Ρ, 610, 427, 487. Θ, 316, ubi deest *ἕνεκα*. et 124. Λ, 47. Ξ, 431. Σ, 225, ubi quoque principes majores una intelliguntur.

ἦνις, *ιδος* et *ιος*. *ὁ ἡ*. (Ἕω) unius et totius anni. *ὁ ἑνὸς μόνου ἔνου*. nam est ab *ὁ ἔνος*, annus, et ab *εἷς*, unus, conflata vox, cum spiritu Ionico. *δυοκαίδεκα βοῦς ἦνις*, Ζ, 94, 275, 309, contracte pro *ἤνιας*, in accusativo plurali, sicut et *βοῦς* est pro *βόας*, i. e. *βόας ἐνιαυσιαίας*, *stiere eines jahres alt, (yearling heifers.)* et tales debebantur Minervæ, *ἀεὶ νεαζούσῃ*, semper juvenculæ et virgini. *σοὶ δ'* (tibi O Minervæ) *αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν*, i. e. *ἐνιαυσιαίαν*, Κ, 292, et additur *ἀδμήτην*. sic et γ, 382.

ἦνις, contracte pro *ἤνιας*, vide supra.

ἦνον, vide sub ἌΝΩ.

ἠνορέη, *ης*. *ἡ*. (Ἄγω) virilitas, fortitudo. est ionice et substantive positum adjectivum, ab *ἀνὴρ* a quo est *ἦνωρ*, *ορος*, *ὁ ἡ*, in compositis suis obvium, et inde est *ἠνόρειος* et *ἠνόρεος*, *έα*, *εον*. subintelligitur *ἀρετὴ ἢ βία*. notat ergo *ἀνδρείαν*, *tapferkeit, mannheit, (valour, bravery.)* dorice dicitur *ἡ ἀνορέα*, et adjectivum *ἀνόρεος*. *ἠνορέηφι πεποιθὼς*, Δ, 303, robore fretus, *der sich auf seine stärke verlässet, (confident in his strength.)* *ἠνορέην ἐρατεινὴν ὤπασαν*, virilitatem amabilem præbuerunt ei dii, Ζ, 156, cum pulcritudine. ut vir fortis esset, idemque amabilis. nam est et alia molesta omnibus *ἠνορέη*. *ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν*, Θ, 226, virtute freti et robore manuum. sic et Λ, 9. *κάρτεϊ τε σθένεϊ τε πεποιθότας*, *ἠνορέῃ τε*, *πλήθεϊ τε*, Ρ, 329. *ἀλκῇ τ' ἠνορέῃ τε κεκάσμεθα*, ornati fuimus, ω, 508. notat ergo animum et promtitudinem virilem, et robur. apud priscos *ἡ ἀνδρία* summa putabatur virtus politica; sic tamen ut studium sapientiæ et litterarum, ut egregium *ἄρτυμα*, cum ea jungeretur.

ἦνοψ, *οπος*. *ὁ ἡ*. (Ὄφ) politus admodum ut nos nobis ostendat, *λαμπρὸς*, *διαυγής*. *δι' οὗ ἔστιν ἐνοπτρίζεσθαι*, *darin man sich spiegeln kann, (in which a person may see himself,)* ab *ὀπτω*.

est epitheton χαλκοῦ politi apte. λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ, Π, 408, ubi de piscatione per hamum sermo est: ut ergo splendens æs vel ipse hamus, τὸ ἄγκιστρον, sit; vel ὁ πρὸ τοῦ ἀγκίστρου χάλκειος αὐλός. nam linum supra hamum munitum erat fistula ænea, vel et cornea, ne piscis, devorato hamo, posset præmordere linum, et fugere tamen. fortasse hic χαλκὸς est et id, quod nos in re piscatoria vocamus *eine zarge*. ζέσεν ὕδωρ ἤνοπι χαλκῷ, Σ, 349, fervebat aqua in aheno splendido intus. sic et κ, 360.

ἤνπου, (Ὁ) si forte. α, 94. γ, 83.

ἤντεον, ἤντησα, vide sub ἀντέω.

ἤντετο, vide sub ἄντω.

ἤνυτο, per syncopen pro ἠνύετο, vide sub ἀνύω.

ἤνωγα, vide sub Ἀνώγω, prope finem.

ἠοῖος, η, ον. (Ἄω) matutinus. it. ad orientis partes versus. est forma Ionica: nam communis ἠῷος et ἑῷος. πᾶσαν δ' ἠοίην μένομεν, δ, 447, totum antemeridianum tempus; nam dicit sic τὴν ἀπὸ πρωΐας ἕως ἕκτης ὥρας ἡμέραν. est ergo elliptice dictum, pro ἠοίην ἡμέραν, *den ganzen vormittag, (the whole forenoon,)* quem et nos *den ganzen morgen, (the whole morning)* vocamus. ἠὲ πρὸς ἠοίων ἢ ἑσπερίων ἀνθρώπων, Θ, 29, an ab orientalibus an occidentalibus hominibus. nam Homerus solet τὰ κοσμικὰ dividere εἰς δύσιν καὶ ἀνατολήν. ergo ἠοῖος est, ὁ πρωϊνὸς, est et, ὁ ἀνατολικός. Vide sub Ἠὼς, prope initium.

ἧπαρ, ατος. τό. (Ἥδω) hepar. est pro ἧδαρ, verso δ in π, ab ἥδω, jucunditate afficio: nam cupiditatum et voluptatum sedes putatur in hepate esse, quia sanguinem præparat. βάλεν αὐτὸν ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων, percussit eum in hepar sub diaphragmate, Λ, 578. Ν, 412. φασγάνῳ οὖτα καθ' ἧπαρ, ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, Υ, 469, 470. τοῦ ἐγὼ μέσον ἧπαρ ἔχοιμι, Ω, 212. οὐτάμεναι πρὸς στῆθος ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσι, ι, 301, nam diaphragma est supra hepar. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον, λ, 577, et id recte, nam ut καρδία putatur θυμοῦ τις ἑστία, animositatis; καὶ τοῦ λογιστικοῦ ἡ κεφαλὴ, sic τὸ ἧπαρ ἐπιθυμίας, affectuum. ἐν δέ οἱ ἥπατι πῆξε βέλος, sagittam in hepate ei infixit, χ, 83, et id quoque ex merito, διὰ τὸ αὐτοῦ κατ' ἔρωτα ἐπιθυμητικόν: nam huic Penelope a suis jam destinata erat.

ἤπαφον, vide sub ἀπαφάω.

ἠπεδανὸς, ἡ, όν. (Πάω) ad solum dejectus. in solo humili situs. idem ac πεδανὸς, præfixo η. ἠπεδανὸς δὲ νύ σοι θεράπων, βραδέες δέ σοι ἵπποι, Θ, 104, unus minister tibi ad terram jacet, et equi (reliqui) sunt tibi tardi; ubi per θεράπων intelligitur tertius equus Nestoris occisus ante currum ejus, coll. 80—88, 99, 100, *dein diener*, i. e. *dein ein pferd, liegt zu boden, (thy servant*, i. e. *one of thy horses, lies on the ground.)* ergo h. l. proprie. sed improprie est, Θ, 311, ἠπεδανὸς γενόμην, natus sum imbecillis pedibus; ubi loquitur Vulcanus, qui se comparat cum Marte, egregie pedibus valente: humilis, ad terram vergens claudicando utrimque. alias hoc sensu Vulcanus dicitur κυλλοποδίων, quasi κύλλωμα ἢ κατακύλλωμα παθών.

ἤπειγε, vide sub ἐπείγω, prope initium.

ἠπείλει, ἠπείλησα, vide sub ἀπειλέω.

ἤπειρος, ου. ὁ ἡ. (Πέρα) est ionice pro ἄπειρος, et est epitheton τῆς γῆς, quando nullo mari circumdatur et separatur ab alia terra; in opposito ad insulas, quæ terminantur mari. terra continens, non terminata mari. deinde in genere, terra, in opposito ad aquam. est ergo adjectivum, elliptice pro substantivo poni solitum. νῆα ἐπέρυσαν ἠπείρου, navem subduxerunt in siccum, Α, 485. π, 325, 359. νῆα ἐρύσατε ἤπειρόνδε, subducite navem, κ, 403. et 423, ἐρύσομεν. προσερύσαμεν νῆας ἤπειρόνδε, ι, 73. ναῦς ἐπέκελσε ἠπείρῳ, navis appulsa est ad littus, ν, 114. ὀστέα κείμενα ἐπὶ ἠπείρου, ossa ejus, jacentia super terra insepulta, α, 162, in opp. ad mare. εἴθ' ὅγε ἐπ' ἠπείρου ἐδάμη, sive ille in terra occisus est, γ, 90. ἐπὴν ἐφάψεαι ἠπείροιο, si contigeris terram, post diutinam natationem, ε, 348. et 350, πολλὸν ἀπὸ ἠπείρου, longe a terra. et 399, ἐπειγόμενος ποσὶν ἠπείρου ἐπιβῆναι, festinans, ut pedibus terram contingeret, *land zu betreten, (to go on shore.)* et 402, ῥόχθει κῦμα ποτὶ (πρὸς) ξερὸν ἠπείροιο, murmurabat fluctus ad siccum terræ. ἤπειρον ναίοντες, terram habitantes, ι, 49. et 85, ἐπέβημεν ἠπείρου. sic et κ, 56. ἐκβάντες νηὸς ἤπειρόνδε, ν, 116. et 235, ἀκτὴ ἐριβώλακος ἠπείροιο. ὀστέα αὐτοῦ κεῖται ἐπ' ἠπείρου, ossa ejus jacent in littore, ξ, 136. νύκτα ἐπ' ἠπείρου ἄσαμεν, per noctem in littore dormivimus, π, 367. ἤπειρόνδε ἤϊεν, in terram ivit ex mari, Proteus, ε, 56. et 438, κύματα ἐρεύγεται ἤπειρόνδε. τὴν ναῦν ἤπειρόνδε φέρε κῦμα, ι, 485. et 496, ἤγαγε νῆα αὖτις (retro) ἐς ἤπειρον. παῦροι δ' ἐξέφυγον πολιῆς ἁλὸς ἤπειρόνδε, ψ, 236. vides ergo, epitheton terræ positum pro γῇ ipsa, sive illa sit insula, sive continens terra. posterior notio est propria, prior vero per tropum. deinde ἡ Ἤπειρος est et nomen proprium regionis contra Ithacam, cujus quoque bona pars pertinebat ad imperium Ulyssis: οὔτινι ἀνδρῶν ἡρώων οὔτε Ἠπείροιο μελαίνης, οὔτε αὐτῆς Ἰθάκης, ξ, 97. et 100, δώδεκα ἐν Ἠπείρῳ ἀγέλαι. vide de hac regione plura in R. antiquissimi duas terrarum orbis habitati partes noverunt: Asiam, cui regiones circa Nilum adnumerabant; et Europam. hinc Sophocles quoque ἠπείρους διττὰς celebrat. ἄπειρον κείνην εὐρεῖαν, i. e. τὴν Λιβύην, Py. 4, 85.

ἤπειτα, vide ἔπειτα.

ἠπεροπεὺς, έος. ὁ. (Ἔπω) mendax. deceptor. οὔτι σε εἴσκομεν ἠπεροπῆα (pro ἠπεροπέα) εἶναι καὶ ἐπίκλοπον, λ, 363, i. e. παραλογιστικόν.

ἠπεροπευτὴς, οῦ. ὁ. (Ἔπω) idem. ψεύστης, ἀπατεὼν, ὁ διὰ ἡμέρου ὀπὸς ὑπαγόμενός τινα αἱμυλώτερον. γυναιμανὲς, ἠπεροπευτὰ, Γ, 39. Ν, 769, qui maxime mulieres inducit blandis verbis.

ἠπεροπεύω, f. εύσω. (Ἕπω) decipio et in fraudem induco fucatis et blandis verbis. deinde in genere, decipio, *ich verführe, hintergehe, schmeichele hinterlistig, rede nach dem munde, (I seduce, deceive, flatter with deceitful words.)* est ab ἥμερος, lenis, mansuetus, blandus; et ἡ ὄψ, quasi ἡμεροπεύω, blandis vocibus utor in fraudem alterius: mutato spiritu, et μῦ in πῖ. τί με ταῦτα (pro κατὰ ταῦτα) λιλαίεαι ἠπεροπεύειν; Γ, 399, cur tibi proponis, me sic decipere? ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις, *ists nicht schon genug, dass du schwache weiber verführest? (is it not enough, that thou deceivest weak women?)* Ε, 349, inquit Diomedes ad Venerem: et in hoc versu ab initio est elisio τοῦ, ἦ οὐχ. nam qui elisiones omnino Græcæ poësi abjudicant, non versati satis sunt in poëtis antiquis. βέλτερον αὖτε (melius contra vel potius erit) ἀλέασθαι (cavere) ἀμείνονας ἠπεροπεύειν, præstantiores decipere velle, Ψ, 605. ἵνα ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς, ut me deciperes, ν, 327. ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς (mendicus vagus) ἀλεύεται (pro ἀλεύηται, ionice) ἠπεροπεύειν, ξ, 400, ut et alius caveat verbis fallacibus decipere. τὴν δ' ἄρα Φοίνικες πολυπαίπαλοι ἠπερόπευον, ο, 418, et additur, ἐμίγη τὶς αὐτῇ, εὐνῇ καὶ φιλότητι, ἅτε φρένας ἠπεροπεύει γυναιξὶν, καὶ εἴ κε εὐεργὸς ἔῃ γυνή, 420, quæ res, sc. venereæ, in fraudem inducunt et corrumpunt animum mulierum etiam si qua proba sit: *verführen sie, (corrupt them.)*

ἠπιόδωρος, ου. ὁ ἡ. (Δόω) qui mitis et benignus est dando, indulgens dando, *der gerne giebet, (who gives cheerfully.)* ἠπιόδωρος μήτηρ, Ζ, 251, quæ sic dicitur in opposito ad duram novercam quæ maligne dat. ab ὁ. ἡ ἤπιος, mitis, clemens.

ἤπιος, ία, ιον. et ὁ ἡ ἤπιος. (Ἕπω) lenis, indulgens, obsequens, benignus: *gefällig, folgsam, nachgebend, gütig, (mild, compliant, indulgent, kind.)* est ab ἕπω, sequor, adhæreo; mutato æolice et ionice spiritu. nam qui ab ἥδω, delecto, deducunt, et ἤπιος pro ἥδιος dictum putant, minus probantur ab antiquis. notat eum, qui libenter *sequitur* voluntatem alterius, et promtus est ad faciendum quæ alter cupit aut opus habet: facilis. ἐθέλω δέ σοι ἤπιος εἶναι, volo tibi enim indulgere et obsequi, Θ, 40, inquit Jupiter ad Minervam. sic et Χ, 184. ἑκυρὸς δὲ, πατὴρ ὥς, ἤπιος αἰεὶ, Ω, 770, inquit Helena de Priamo. et 775, οὐτίς ἄλλος ἔτι μοι ἤπιος, οὐδὲ φίλος, πάντες δέ με πεφρίκασιν, inquit eadem: nemo alius, post mortem Hectoris, mihi est benignus, neque amicus; nam omnes me horrent. ἡνιόχοιο ἠπίου, indulgentis aurigæ, Ψ, 281, ubi sermo est de equis, lugentibus aurigam vel dominum, qui ipsos indulgenter et supra debitum curaverat. σοὶ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι ἤπια δήνεα οἶδε, τὰ γὰρ φρονέεις ἅτ' ἐγώ περ, Δ, 361, inquit Agamemnon ad Ulyssem, consilia obsequentia meis consiliis, adhærentia et addicta mihi. εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων ἤπια εἰδείη, Π, 73, inquit Achilles: si rex Agamemnon benevolo animo in me fuisset. ἐπέπασσε ἤπια φάρμακα, vulneri sc. Δ, 218, medicamina lenia et lenientia. sic et Λ, 515, 829, coll. 845 — 847. ἐν ὑμῖν ἐβασίλευε, πατὴρ δὲ ὣς ἤπιος ἦεν, β, 47, et velut pater indulgens erat. sic et 234, et sermo est de Ulysse erga cives suos Ithacenses. (vid. Plin. V, Epist. 19.) μήτις ἔτι πρόφρων, ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω σκηπτοῦχος βασιλεὺς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδὼς, ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι, β, 230. ε, 8. et loquitur priore loco Mentor ad Ithacenses de Ulysse indignabundus; altero ipsa Minerva de eodem in concilio deorum. ἐμοί γε πατὴρ ὣς ἤπιος ἦεν εἵως ἐν Τροίῃ πολεμίζομεν, ο, 152, inquit Menelaus de Nestore; indulgebat mihi, adhærebat mihi, ut pater (utpote multo senior Nestor) filio. et 489, ἀνδρὸς ἠπίου δώματα ἀφίκεο, ad domum viri benigni et indulgentis venisti; inquit personatus Ulysses ad Eumæum, pro servo venditum olim sibi, de se ipso, ad ignorantem quis secum loquatur. πῶς γάρ με κέλῃ σοὶ ἤπιον εἶναι, κ, 337, quomodo hortari me possis, ut sim tibi addictus et obsequens, coll. 334. s. et sic dicit Ulysses ad Circen, invitantem se ad concubitum. μή ποτε καὶ σὺ γυναικὶ ἤπιος εἶναι, λ, 440, neque tu esto uxorius, uxori nimis deditus. οὐ γὰρ ἔτι ἄλλον ἤπιον ὧδε ἄνακτα κιχήσομαι, indulgentem herum, *einen so gnädigen herrn, (so indulgent a master,)* ξ, 139. Τηλεμάχῳ δέ κε μῦθον ἐγὼ καὶ μητέρι φαίην ἤπιον, εἰ σφῶιν κραδίῃ ἅδοι ἀμφοτέροισιν, υ, 327, *denen möchte ich wohl ein schicklich wort sagen, wenn es beyden wohlgefallen wollte, (I should like to say a suitable word to them, if they would be pleased to permit me,)* verbum aptum: quia autem hoc consilium, a procorum uno datum, re vera erat νήπιον, hinc poëta ita apte posuit voces, ut ν ante ἤπιον tamen audiretur, et ipse consilii auctor fateri videretur invitus, esse id νήπιον. nam nondum constabat, nunquam rediturum esse Ulyssem. ὅμως δέ σοι ἤπια οἶδε, παῖδά δὲ σὸν φιλέει, ν, 405, inquit Minerva de Eumæo ad Ulyssem: et ἤπια εἰδέναι τινὶ, et φιλεῖν τινὰ, sunt idem: ὁμοίως σοι ἤπιός ἐστι πρὸς τοὺς σοὺς, tibi quoque, sicut tuis, bene cupit et addictus est et adhæret. sic et ο, 39. et 556, ἀνάκτεσιν ἤπια εἰδὼς, Eumæus, φιλῶν τοὺς ἄνακτας, iisque ex animo deditus. τοῦτο δ' ἐγὼ εὖ οἶδα, ὅτι μοὶ πάρος ἠπίη ἦσθα, ν, 314, inquit Ulysses ad Minervam; quod mihi benevola comes et auxiliatrix eras: ut ergo et fœmininum certum sit. cæterum apparet, etymologiam ab ἕπεσθαι esse veram, et vocem poni semper in sensu optimo. comparativus, ἠπιώτερος. μητρυιὰ τέκνοις τοῖς πρόσθε, ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα, Eurip. Alcest. 310.

ἦπου, (Ὁ) an fortasse, λ, 458, 459.

ἠπύτης, ου. ὁ. (Ἕπω) bene vocalis, φωνητικός. κήρυξ ἠπύτης, Η, 384, sicut κήρυξ est a γαρύειν, i. e. φωνεῖν: sic ἠπύτης ab ἀπύειν. τὸ Ἤπυτον est mons Thraciæ. proprie ἀπύειν ἐπὶ

λογικῶν μόνων ponitur, sicut *αὐδᾷν καὶ ἐνέπειν*, poëtice de aliis.

ἠπύω, ionice pro *ἀπύω*, quod vide.

Ἦρ, *ἦρος. τό.* (Ἄω) est *ὁ ὄρθρος*, tempus matutinum. tunc enim *αἰρόμεθα, καὶ εἰς ἔργον ὀρθρύμεθα*, a quo posteriori est *ὁ ὄρθρος*, sub *ὄρω*, incito. est ergo ab *αἴρω, εἰς ἔργον* scilicet et e cubili: estque cum *ἀὴρ, ἠέρος, ἡ*, ejusdem originis; fortasse et per contractionem eadem vox. *ἦρι μάλα*, valde matutino tempore, I, 360. *ἠῶθεν δὲ μάλ' ἦρι*, τ, 320, *ganz früh, (very early.) μάλα ἦρι νέονται*, valde mane redeunt, υ, 156, *ἅμα ὄρθρῳ*. et id tempus bonum ad supplicandum diis, *διὰ τὸ νηφάλιον τοῦ καιροῦ*. hinc est *ἤριος, ίη, ιον*, i. e. *ὀρθρινός*.

ἦρα, (Ῥέω) est per apocopen pro *ἤρανα, τά. θυμῷ ἦρα φέροντες*, animo suo gratificantes, indulgentes sibi gratum quid, Ξ, 132, nam cessatio a pugna est admodum grata sanis. est ergo pro *ἐραστά*.

ἠραία ζωὴ, vide sub Ἥρα et Ἰξίων in R.

ἤραο, ἤρατο, ἤρετο, vide sub *αἴρω*.

ἤραρα, ἠρήρει, vide sub *ἄρω*, ad initium.

ἠρασάμην, vide sub *ἐράω*.

ἠρᾶτο, ἠρήσατο, vide sub *ἀράομαι*.

ἤρει, ἠρεῖτο, ἤρεον, vide sub Αἱρέω.

ἠρήρειστο, vide sub *ἐρείδω*, ad medium.

ἠριγένεια, ας. ἡ. (Γάω) est epitheton Auroræ, a *τὸ ἦρ, τοῦ ἦρος*, tempus matutinum, lux matutina: et masculinum esset *ἠριγενής, έος, ὁ*, tempore matutino natus: vel et active, lucem matutinam gignens. *ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς*, Α, 477. Ω, 788. β, 1. γ, 404. *ἀλλὰ καὶ ἠὼς ἔσσεται ἠριγένεια*, δ, 195. *ὅθι Ἠοῦς ἠριγενείης οἰκία καὶ χοροί εἰσι*, μ, 3. *ἀστὴρ, ἀγγέλλων φάος ἠοῦς ἠριγενείης*, ν, 94. *οὐδέ σέ γ' ἠριγένεια παρ' ὠκεανοῖο ῥοάων λήσει ἐπερχομένη χρυσόθρονος*, χ, 197. *αὐτίκα ἀπ' Ὠκεανοῦ χρυσόθρονον ἠριγένειαν ὦρσεν, ἵνα ἀνθρώποισι φόως φέρῃ*, ψ, 347, ubi etymologia activa videtur innui.

ἤρικε, vide sub *ἐρείκω*.

ἠρίον, ου. τό. (Ἔρα) bustum, sepultura, sepulcrum. proprie est tumulus terreus, aggestus super mortuo. *ἔνθα ἐφράσατο Πατρόκλῳ μέγα ἠρίον, ἠδὲ οἱ αὐτῷ*, ubi destinaverat Patroclo magnum sepulturæ locum, et sibi ipsi in posterum, Ψ, 126. est ab *ἡ ἔρα, διὰ τὴν νεκροῖς ἐπικεχωσμένην ἔραν*, ut sit *τὸ ἐν τῇ γῇ μνῆμα*. hinc est *τὸ κενήριον*, monumentum aggestæ terræ, sed sub quo mortui corpus non est.

ἤριος, ίη, ιον, vide sub Ἦρ.

ἤριπε, vide sub Ἐρείπω.

ἤρκεσα, vide sub Ἀρκέω.

ἠρνεῖτο, vide sub *ἀρνέομαι*.

ἠρόμην, vide sub *ἔρω*, ad medium.

ἠρτύνετο, vide sub *ἀρτύνω*.

ἤρτυεν, vide sub *ἀρτύω*.

ἠρύκακε, vide sub *ἐρυκάκω*.

ἠρῶ, pro *ἠράεσο*, vide sub *ἀράομαι*, paullo sub medio.

ἠρώησαν, vide sub *ἐρωέω*.

ἠρώμην, vide sub *ἀράομαι*, aliquanto a fine.

Ἥρως, *ωος. ὁ.* (Ἀρὰ) Heros. est honoris vocabulum, tributum hominibus, qui virtutibus longe præstabant. nam inter immortales sunt dii et dæmones: inter mortales, heroës et homines. antiquitas plerumque originem heroum ex deo vel dea deducebat, alterutro parente humano. discrimen quidam observant, ex deo et humana matre natos dici eos, qui ob virtutes masculas magis claruerint, e. c. ob fortitudinem, justitiam, prudentiam politicam, etc. ex dea vero et humano patre, qui lenioribus virtutibus ornati fuerint, e. c. amicitia, pietate, mansuetudine, misericordia, æquitate, etc. sed hoc discrimen non ubique apparet; ut vel solus Achilles ostendit. Cæterum adulatio, et studium laudandi principes, ejusmodi genealogias peperit, ut magni homines non ex solis hominibus nati dicerentur. Sæpe et ignoratio primæ orginis illustris alicujus domus ad deos respexit. fingebatur autem talis genealogia ex moribus vel studiis principis: sicut et dii ipsi multi dicti, ex quadam vel potentia vel arte qua antecellebant. sic Thetis sine dubio dicta dea maris, quia ad mare habebat possessiones amplas. alias e. c. disertus ducebatur a Mercurio, musicus ab Apolline. in genere etiam dicti heroës, licet a nullo deo vel dea oriundi, qui virtute bellica admirabiles erant, vel qui pro patriâ egregie pugnando ceciderant. denique omnes præstantes et clari, utriusque sexus, *ante et circa* tempora Trojani belli, Horoës dicti: et hoc est sæculum heroicum. hi et corporis viriumque magnitudine præstiterunt posteris. et tales heroës post mortem dicebantur non descendere ad inferos, licet umbra eorum ibi versaretur; sed manere animas eorum in aëre superiore, et obire eas invisibiles loca certa, et observare res humanas. hinc varie et passim culti heroës isti, maxime ad sepulcra ipsorum; dictique *θεῖον γένος*. etymon vocis *ἥρως* est idem cum *ἡ ἀρετὴ*, ab *ἡ ἀρὰ*, votum, res admiranda. alii paullo incommodius ab *ἡ ἔρα*, terra; alii ab *ὁ ἔρως*, amor; alii ab *ὁ ἀὴρ*, aër; alii ab *ἱερὸς*, sacer; deductam esse dicunt appellationem. *ἡ* Ἥρα ab eodem cum *ὁ ἥρως* est themate; et inde est Romanorum, hera, et, herus; et Germanorum *herr, (master.)* nam frustra sunt, qui *τὴν* Ἥραν, Junonem, ab *ὁ ἀὴρ* dictam arbitrantur.

Cæterum heroum in vitâ *αὐτοδιάκονον καὶ αὐτάρκεια*, est in vetustis monumentis celeberrima: utpote qui et vilia ministeria sibi suisque præstiterunt; *καὶ ἐκαλλωπίζοντο τῇ ἐν τοιούτοις εὐστροφίᾳ*. sic rex Priamus ipse sibi erat auriga, Agamemnon secabat hostiam, Achilles dividebat secando carnes, etc. neque per alios faciebant, quæ ipsi obire poterant. In Homero autem omnes fortes bellatores et viri, si sunt illustres natalibus, dicuntur heroës. sic Α, 4,

πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς ἡρώων ἄϊδι προΐαψε. et 102, ῞Ηρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων. sic et H, 322. ῞Ηρως Πρωτεσίλαος ἀρήϊος, B, 708. et 844, Πείροος. ἥρως (Μενέλαος) τὴν ῥίψε, Γ, 377. ἔτρεψεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως (Ἀγαμέμνων) Z, 61. H, 120. Εὐρύπυλε ἥρως, Λ, 818. ῎Ασιος, M, 95. Ἀλέξανδρος, N, 788. Αἰνείας, Υ, 104. Ἀστεροπαῖος, Φ, 163. Ἀχιλλεὺς, Ψ, 824. Αὐτομέδων, Ω, 474, 574. Ἀτρείδη ἥρωϊ φέρων χάριν, I, 609. Κεβριόνη, Π, 751. et 781, Κεβριόνην ἥρωα, qui erat minister Hectoris. Πατρόκλῳ, P, 706. Ψ, 151. et 893, Μηριόνη, et 896. ἥρωα Μαχάονα, Δ, 200. Ἀδρηστον, Z, 63. Πηνέλεων, N, 92. et 428, Ἀλκάθοον. Μενοίτιον, Σ, 325. Δηΐφοβον, X, 298. ἥρωες Δαναοὶ, B, 110, et hic titulus est magnatum: sequitur, θεράποντες ῎Αρηος, quatenus magnates, et fortes milites. sic et 256. Z, 67. Ἀχαιοὶ, O, 219, quod dicit, non tantum σεμνύνων αὐτοὺς, (honestans honorifica appellatione) sed et simul οἰκτιζόμενος (miserans), εἰ τοιοῦτοι ὄντες δεινὰ πείσονται παρ' ἀξίαν, præter dignitatem. et 733, Δαναοί. T, 78. ἡρώων ἀνδρῶν στίχας, E, 747. Θ, 391. ubi de Minerva victrice heroum. ἔξοχον ἡρώων υἱὸν, Achillem, Σ, 56, 437. πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλάς τε καὶ ἵππων Αἰνείας ὑπεράλτο, Υ, 326, ubi de nobilium turmis in genere: et de Trojanis ibi sermo est. ἔξο ν ἐν πολλοῖς ἡρώεσσιν, B, 483, de magnatibus. et 579, πᾶσιν μετέπρεπεν. ἀνδράσιν, N, 346. φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν, ut esset hæc hasta instrumentum cædis contra heroas, Π, 144, nam viles animas non sectabatur Achilles. sic et T, 391. μετέπρεπον ἡρώεσσιν, excellebam inter heroas, Ψ, 645. ἥρωας Ἀχαιοὺς, M, 165. N, 629, ubi id additum notat difficultatem rei quam Trojani conentur. non sic facile efficient id contra ἥρωας. τρέψω δ' ἥρωας Ἀχαιοὺς, O, 261. et 230, φοβέειν. et 702, κτενέειν, occisuros se esse. εἰς ἀγορὴν καλέσας, T, 34. et 41, ὦρσεν. quibus locis omnes ductores ordinum et præfecti hoc titulo insigniuntur. ἥρως Αἰγύπτιος, β, 15. et 157, Ἁλιθέρσης, ut et ω, 450. ambo nobiles Ithacenses, et senatores populi. Πεισίστρατος, γ, 415, regis Nestoris filius. Τηλέμαχος, δ, 303, 312. et 423, Μενέλαος. et 617, πόρεν δέ οἱ φαίδιμος ἥρως Σιδονίων βασιλεὺς, quæ verba et ο, 117. Ἐχένηος, η, 155, princeps senatorum populi Phæacis. et 303, ubi in vocativo, ἥρως, sic simpliciter appellatur supremus rex. idem ergo quod Gallorum *Sire*. Sic compellatur et Ulysses a Circe, κ, 515. est ergo compellatio magni principis. Ἐχένηος iterum, λ, 341, s. Φείδων βασιλεὺς, ξ, 317. Μενέλαος, ο, 52, 121. Τηλέμαχος, ο, 62. et 131, Πεισίστρατος. Μούλιος κήρυξ, σ, 422, ergo non semper de summis viris solum: modo splendidis sint natalibus et animis. ἥρωος Ἀλκινόου, regis, ζ, 303. Λαέρτην ἥρωα, α, 189. ἥρωες Ἀχαιοί, ω, 68. ἀνδρῶν ἡρώων, α, 101, de Minerva victrice: et id notat τὸ ἀνδρεῖον τῆς Ἀθηνᾶς. οὐ γὰρ τοὺς τυχόντας δαμάζει, ἀλλὰ ἥρωας, οἷα τοὺς μὴ τοιούτους περιφρονοῦσα. et *Minerva* fere est, personificata prudentia rectrix populorum, quæ armata est, et maxime duces copiarum, non gregarios milites, utpote quos curæ ducum relinquit, regens et adstringens. καθὰ κύων Ἰνδὸς, λέοντι ἐπεξιὼν καὶ παρδάλει, λύκους ὑπερορᾷ καὶ ἀλώπεκας, ut narr Arrianus de Alexandro, M. conf. κοτέω ad h. l. πολέων ἐδάην βουλήν τε νόον τε ἀνδρῶν ἡρώων, virorum principum, δ, 268, collatis sequentibus: ubi Ulysses a Menelao omnibus a se visis antefertur. ἡρώων ἀγορὰς, η, 44, ubi de populo Phæace in genere. ὄφρα καὶ ἄλλῳ εἴπῃς ἡρώων, θ, 242, alii r ilium et magnatum. ἡρώων ἀλόχους ἠδὲ θύγατρας, λ, 328, quas apud inferos vidit Ulysses. et 628, τὶς ἀνδρῶν ἡρώων, οἳ δὴ τοπρόσθεν ὄλοντο. οὔτινι τόσση ἀνδρῶν ἡρώων, ξ, 97. πέρι ἀνδρῶν ἡρώων φίλον σὲ Διΐ, ω, 25. et 88, τάφῳ ἀνδρῶν, virorum principum. εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιοὺς, α, 272, ubi sic vocat Ithacensium nobiles, et in his et μνηστῆρας, ὁ χρηστολόγος ποιητής. ἥρωας δ' ἄχος εἷλε, sc. τοὺς Λαπίθας, φ, 299. ἥρῳ, pro ἥρωϊ, Λαομέδοντι, H, 453. sic ἥρῳ Δημοδόκῳ artificiosissimo musico, θ, 483. ἥρω' Εὐρύπυλον, pro ἥρωα, λ, 519, ubi plerique codices apostrophum adscribunt. alii autem ἥρω, per apocopen, sine apostropho, scribendum putant. possit tamen et declinatio Attica fingi, ab ὁ ἥρως, τοῦ ἥρω, τῷ ἥρῳ, etc.: sicut et ὁ γέλως sæpe reperitur flexus. ἥρωες dicuntur ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν, M, 23, quibus ob virtutem in rebus gerendis hic honos est habitus, ut diis insererentur. Sedebant ad edendum et bibendum, non accubabant, I, 200. Heroum τὸ αὐτοδιάκονον apparet inter alia ex Γ, 261, seqq. H, 332, seqq. T, 193, s. ubi κούρητες (juvenes) illustres ministrant.

-ης, terminatio adjectivorum, vide sub αὐτοέτης: substantivorum, sub πρωθήβης.

ἥσατο, vide sub ῞ΗΔΩ.

ἧστε, vide sub ἔσθω.

ἦσθιε, vide sub ἐσθίω.

-ησι, term. pro -ει, vide sub παμφαίνω.

ἤσπαιρε, vide sub ἀσπαίρω.

ἥσσων, ονος. ὁ ἡ. (῞Εω) minor, inferior. est quasi comparativus ad μικρὸς, parvus; sed est ab ἧμαι, subsido. αἴθε ὅσον ἥσσων εἰμὶ, τόσον σέο φέρτερος εἴην, utinam, quantum sum inferior te, tantum præstantior te essem, Π, 722, inferior dignitate, fortior factis. ἥσσων γὰρ δὴ κεῖνος, Ψ, 858, nam aberraverat a scopo. et 322, ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους, deteriores et minus eminentes equos. ὀλίγον δέ τί με ἧσσον ἐτίμα, ο, 364, pauxillum me minus æstimabat, *sie hielte mich nur gar wenig geringer, (she regarded me as very little inferior.)*

ἡσυχίη, ης. ἡ. (῞Ηδω) otium, quies, lætus et placidus status vitæ. ἡσυχίη δ' ἂν ἐμοὶ καὶ μᾶλλον ἔτι εἴη αὔριον, lætus et contentus status mihi sane major esset cras, σ, 22.

ἡσύχιος, ου. ὁ ἡ. (῞Ηδω) placidus, contentus, quietus. *vergnügt, ruhig, (content, tranquil.)* est quoque ab ἥδω, delecto. et dicitur idem ὁ ἡ ἥσυχος, per paragogen. ἡσύχιον δ' ἄρα μιν πολέμου ἔκπεμπε (ἐξέπεμπε) νέεσθαι, Φ, 598, dimisit eum e pugna, ut lætus et contentus rediret domum

ἠσχόμην, vide sub ἀνασχέω, ad finem.

ἤτοι, (Ἤ) conj. sane, certe, quidem, igitur. differt a μέν: nam ἤτοι semper ponitur ἐν καταρχῇ λόγου, μὲν nunquam: ἤτοι fere poëticum est, μὲν commune. sic ἀτὰρ et αὐτὰρ poëtica sunt, δὲ commune. in Homero semper est affirmans particula: post Homerum ἤτοι cœpit esse σύνδεσμος ἑρμηνευτικὸς, sicut ἤγουν et εἶτουν, e. c. ἤτοι τέθνηκεν ἢ ζῇ: ἤτοι ἄνθρωπος ἦν ἢ ἕτερον ζῶον. et quia ἤτοι, τῷ μὲν, ἰσοδύναμον est, hinc apponuntur sæpe ἤτοι μέν. ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν, ille igitur sic locutus, A, 68. et 101. et 140, ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα, sed tamen hæc considerabimus ulterius. et 211, ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, sed certe verbis quidem accusa eum. τὴν ἤτοι ἄνδρες, quam quidem homines, B, 813. ἤτοι μὲν κεφαλῇ καὶ μείζονες ἄλλοι, Γ, 168. et 213, ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην (summatim et breviter) ἀγόρευε. ἤτοι ἄριστα πεποίηται κατὰ οἶκον, sane optime factum est domi tuæ a Trojanis, Z, 56, ubi est ironia. nam quod alii legunt ibi, ἤ σοι, id minus placet: nam σοὶ subauditur elegantius. ἤτοι est pro ὄντως. et 201, 404, 414. H, 188, 191, 354, 365. Θ, 35, sane. 323, 564, 459, 466, 502, 529. I, 65, 551, 697. K, 11. Λ, 24, 94, 257, sed, *aber*, *(but.)* 317, 338, 373, 442, 487, 612. M, 141. N, 614, 694, 709. Ξ, 252, 391, 405. O, 190, 211, 333, 634, pro ὁ μὲν δή. 699. Π, 61, 253, 399, 451, 463. P, 193, 288, 509, 514. Σ, 237, 378, 446, 585. T, 23, 67, 100. Υ, 22, 67, 313. Φ, 67, 90, 372, 446, 485. X, 280. ubi conf. ἔφης. 512. Ψ, 48, 52, 279, 306, 404, 462, 828. Ω, 48, 71, 460, 462, 490, 629. α, 155, 267, 307, 394, 401, 413. β, 224, 235. γ, 124, 126, 141, 195, 236, 255, 265, 309, 331, 420. δ, 151, 238, 456, 521. ε, 24, 154, 383. ζ, 86, 249. η, 299. ϑ, 87. ι, 3, 43. κ, 271. λ, 117, 234, 429, 504, 509, 567, 594. μ, 86, 89, 165, 237, 291, 385, 426. ν, 242, 276. ξ, 171, 183, 207, 259. ο, 6, 111, 222, 250, 463, 487. π, 78, 129, 241, 278, 309, 316. ρ, 6, 101, 153, 157, 372, 428. σ, 250. τ, 124, 337, 560, 594. φ, 16, 98. χ, 9, 170, 180, 340. ψ, 113, 222, 359. ω, 153, 241, 280, 479. Vide sub τοί.

Ἦτορ, τό. (Ἄω) est proprie, anima, animus, ψυχὴ, ζωὴ, *der athem, das leben, (the breath, life.)* nam est ab ἄω, i. e. πνέω. deinde et, cor, *das herz, (the heart.)* utpote fons vitæ corporis. ab eodem ἄειν est et τὸ ἦτρον, quia confert ad respirandum et vivendum. ἦτορ ἐν στήθεσσιν διάνδιχα μερμήριξε, A, 188, cor in pectore bifariam cogitavit. χάλκεον ἦτορ, ferreum cor, B, 490, *eine nicht zu ermüdende brust, (unshaken firmness.)* et cum decem linguarum et στομάτων mentionem fecisset, unius tantum cordis meminit: nam unus homo, si vel centum linguas haberet, uno tamen tantum corde regi debet. sic παρεκβάλλει Eustathius h. l. vere tamen non cor aut animus a poëta intelligitur, sed respirandi instrumentum, pectus. κατεπλήγη (κατὰ) φίλον ἦτορ, perculsus est animo suo, Γ, 31. μήπως φίλον ὀλέσῃς, ne perdas vitam tuam, E, 250, i. e. μὴ ἀποθάνῃς. et 364, ἀκηχεμένη φίλον, mœrens suo corde. et 529, ἀνέρες ἔστε καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε, fortem animum. et 670, μαίμησε δέ οἱ φίλον, commotum ei est suum cor. τί σφῶϊν ἐνὶ φρεσὶ μαίνεται ἦτορ, Θ, 413. et 437, φίλον τετιημέναι, mœstæ. Ἀτρείδης δ' ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος ἦτορ, magno dolore sauciatus corde, I, 9. et 493, οὔτε σὲ χρὴ νηλεὲς ἦτορ ἔχειν, non te decet immisericors cor habere. et 568, ἀμείλιχον ἦτορ ἔχουσα, ἡ Ἐριννύς. οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, K, 93, non mihi firmum. et 107, εἴκεν ἐκ χόλου μεταστρέψῃ φίλον ἦτορ, si forte ab ira converterit animum. ἁπαλόν τε αὐτοῖς ἦτορ ἀπηύρα, teneram vitam illis eripere solet, Λ, 115. et 555, τετιημένος, tristis. ἀνέψυχον φίλον ἦτορ, reficiebant animum suum, *sie erholeten sich mit frischem athem, (they recovered their breath,)* N, 84. κεχολωμένος ἦτορ, Ξ, 367. τοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ, cor ejus non veretur, O, 166, 182. et 225, ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ, quia vitam exspirabam: ubi verbum ἀΐω, exhalo, etymologice est additum. et 554, οὐδέ σοι ἐντρέπεται φίλον, cor tibi non movetur. ἔνθα τις ἄλκιμον ἦτορ ἔχων Τρώεσσι μαχέσθω, Π, 209, i. e. ἀνδριζόμενος. et 242, θάρσυνον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶ, confirma ei cor in præcordiis. et 264, οἱ δ' ἄλκιμον ἔχοντες, ubi id de σφηξὶ, vespis, dictum ob earum θράσος. et 450, τεὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ, miseratur tuus animus. et 509, ὠρίνθη δέ οἱ, commovebatur ei. et 660, βασιλῆα ἴδον βεβλαμμένον ἦτορ, vulneratur letaliter. τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ παχνοῦται, constringitur, P, 111, de leone. θαρσαλέον αὐτῷ ἐνὶ φρεσὶν, T, 169. et 307, ποτῆτος ἄσασθαι φίλον ἦτορ, potu satiare. et 366, ἦτορ δῦνε ἄχος ἄτλητον, animum subiit dolor intolerabilis, ubi conf. δῦνε. ἐν κραδίῃ στένει αὐτῷ ἄλκιμον ἦτορ, Υ, 169, *das herz ihm leibe, (his heart in his body.)* conf. καρδία. τοῦ δὲ λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ, resoluta sunt genua ejus et animus, Φ, 114, i. e. vehementer conterritus est. et 201, ἐπεὶ φίλον ἀπηύρα, postquam ei animam abstulerat. et 389, ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ γηθοσύνῃ. et 425, τῆς λύτο γούνατα καὶ φίλον, *ward ohnmächtig, (fainted.)* et 571, ἐν δέ οἱ ἦτορ ὡρμᾶτο πτολεμίζειν. ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται, X, 166, dolet. et 452, ἐν στήθεσσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα, i. e. οὕτως ἡ καρδία πατάσσει, ὡς, εἰ μὴ τὰ ἐπέχοντα ἦν, γενέσθαι ἂν αὐτὴν ἀνὰ τὸ στόμα, καὶ δεεκπεσεῖν τῆς κατὰ φύσιν θέσεως τῷ ἄνω παλμῷ. *als wenn das herz zum munde heraus wolte, (as if his heart would leap out of his mouth.)* conf. καρδία. χαίρει δέ μοι, Ψ, 647. ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα, postquam eum vitâ privavit, Ω, 50. et 205, σιδήρειον νύ τοι, ferreum sane tibi cor. sic et 521. et 585, ἐρινθείη αὐτῷ, commoveretur, coll. 584, κραδίῃ. ἀλλ' ἐμοὶ ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαίεται ἦτορ, α, 48, cruciatur cor. et 60, οὐδέ σοι ἐντρέπεται. et 114, φίλον τετιημένος. sic et β, 298, 804. η, 287. σ, 152. δῶρον ὅ, τι κέ μοι δοῦναι φίλον ἦτορ ἀνώγει, α, 316, dare mihi te jubet animus tuus. μινύθει δέ τοι ἦτορ ἑταίρων, minuitur animus, δ,

374. et 467, *μοι ἔνδον.* et 481, *ἐμοὶ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ.* sic et *ι*, 256. *κ*, 198, 496, 566. *μ*, 277. et conf. *κατεκλάσθη*, et *δ*, 538. *λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ*, *δ*, 703. *ε*, 297, 406. *χ*, 68, 147. et his locis hæc phrasis de terrore magno. sed *ψ*, 205, eadem est de lætitiâ et admiratione magnâ: sicut et *ω*, 344. *φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰάνθη*, *δ*, 840. *γήθησέ μοι*, *η*, 269. *ἀκαχήμενοι ἦτορ*, *ι*, 62, 105. *κ*, 77, 313. *ο*, 480. *υ*, 84. *ἀλλ' αἰεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ*, *ν*, 320, confectum curis. *ἦ μάλα μοῦ καταδάπτεται ἦτορ*, *π*, 92. et 428, *ἀποῤῥαῖσαι*, destruere vitam ejus. *μηδέ μοι ἦτορ ἐν στήθεσσιν ὄρινε*, *ρ*, 46. et 514, *θέλγοιτο κέ τοι φίλον*, admiratione caperetur tibi animus. *ἀλλ' Ὀδυσῆα ποθοῦσα φίλον κατατήκομαι ἦτορ*, *τ*, 136, contabesco. et 224, *ἐρέω ὥς μοι ἰνδάλλεται ἦτορ. ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον*, *υ*, 22, coll. 17, *κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ*, allocutus est animum suum. nam utraque phrasis est eadem. conf. et 23. *ὄφρα εὐφροσύνης ἐπιβῆτον ἀμφοτέρω φίλον ἦτορ*, ut ambo animum vestrum lætitiæ compotem faciatis vobis, *ψ*, 53. et 93, *τάφος δέ οἱ ἦτορ ἵκανεν*, stupor cepit animum ejus. est indeclinabile.

ἠϋγένειος, ionice pro *εὐγένειος*, quod vide.

ηὖδα, vide sub *Αὐδάω*.

ἠΰκομος, per *διάλυσιν* pro *εὔκομος*, quod vide.

ἠΰς, ionice pro *'Εΰς*, quod vide.

ἤϋσε, vide sub *Αὔω*.

ἠΰτε, et per *διάλυσιν*, *ἠΰτε*. (Εἰ) adverbium *παραβολικὸν*, factum ex *εὖτε*. in prosa ponitur pro eo, *καθά*. sic et *ᾧτε* et *ὥσπερ* sunt poëtice facta ex *ὡσεί τε* et *ὡσείπερ*, abjecto Sigma et per contractionem, notantque sicut, *so wie, (so as;)* et idem quod *ηὖτε*. *ἠΰτε ὀμίχλη*, Α, 359. *ἠΰτε ἔθνεα μελισσῶν*, velut gens apum, Β, 87. et 455, *πῦρ*. et 469, *μυιῶν ἔθνεα*. 754, *ἔλαιον*. et 872, *κούρη*. *κλαγγὴ γεράνων*, Γ, 3. *νεβροί*, Δ, 243. et 277, *πίσσα*. *πύργον*, Η, 219. et 235, *παιδὸς ἀφαυροῦ*. *ἄρνες*, Θ, 131. *πύργον*, Λ, 485. Ρ, 128. *πέτρη*, Ο, 618. *κούρη*, Π, 7. et 487, *ταῦρον*. *πορφυρέην Ἶριν*, Ρ, 547. et 737, *πῦρ*. *καπνὸς*, Σ, 110. *μήνης*, Τ, 374. et 386, *πτερά*. *νεβρούς*, Φ, 29. et 237, *ταῦρος*. et 573, *πάρδαλις*. *νεβροί*, hinnuli, Χ, 1. et 139, *κίρκος*. *καπνὸς*, Ψ, 100. et 455, *μήνη*, luna. *ἀράχνια λεπτὰ*, θ, 280. et 518, *Ἄρηα*, velut Martem. *ὄνειρος*, λ, 221. *πάχνη*, ξ, 476. *πέτρη*, ρ, 463. *ταῦρος*, φ, 48. *κίων*, velut columna, ψ, 191. semel ergo tantum in poëta post comparativum positum fuit *ἠΰτε*, Δ, 277, *νέφος μελάντερον* (nubes magis atra) *ἠΰτε πίσσα*, veluti pix.

ἠχή, ῆς. ἡ. (Ἴα) sonus, clamor, et quidem non nimis lætus aut gratus. cæterum est quasi contractum ex *ἰαχή*. *ἠχῇ, ὡς ὅτε κῦμα βρέμεται*, Β, 209, cum clamore et strepitu, veluti si unda fremit. *ἠχῇ θεσπεσίῃ*, Θ, 159. Μ, 252. Ο, 355, 590. Π, 769, ubi pertinet ad *πελεμίζειν*, 766, et ad *ἀγνυμενάων*, 769. Ψ, 213. γ, 150. λ, 632. *ἠχὴ δ' ἀμφοτέρων ἵκετο αἰθέρα*, Ν, 837. idem notat *ὁ ἦχος*, sonus, *der schall, (the sound;)* et hinc est *ἠχέω*, sono, et *ὁ ἠχέτης*, clamator.

ἠχήεις, *ήεσσα, ῆεν*. (Ἴα) sonorus. *ἠχήεσσα θάλασσα*, *dat brausende meer, (the roaring sea,)* Α, 157. *ἠχήεντα δώματα*, δ, 72, i. e. *μεγάλα*, in quibus quævis vox facile resonat; deinde et, in quibus turba clamosa versatur.

ἤχθετο, vide sub *ἔχθομαι*.

ἦχι, pro *ᾗ*, per paragogen *τοῦ χι*, vide sub *ὅς, ἥ, ὅ*, aliquanto sub medio.

ἠῶθεν, (Ἄω) adverb. a primo mane, *von früh morgens, ganz früh, (from early dawn.)* *ἠῶθεν ἴτω*, Η, 372, cum oriente aurora eat. et 381, *ἔβη*. *ἠῶθεν δ' ἀπέβη*, de leone, Λ, 554, coll. 547, seqq. Ρ, 664, coll. 657, seqq. nam sic solent hæ feræ: per noctem vagantur, cum aurora abeunt. *ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι*, Σ, 136, mane redibo. recentiores id dicunt, *ἅμα ἡμέρα*, cum primâ luce, *gleich mit anbrechendem tage, (at break of day.)* *ἠῶθεν δ' ὄτρυνεν ἄναξ*, Ψ, 49. *ἠῶθεν γὰρ θήσονται μάχην*, cum crastina aurora edent pugnam, Ω, 401, s. et jam erat nox. *ἠῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεζόμεσθα*, α. 372, mane vero in concionem consideamus. *νέας εἵλκομεν εἰς ἅλα*, γ, 153. et 366, *μετὰ Καύκονας εἶμι*, ad eos proficiscar. *μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθεν περ ἔσονται αὐτῷ καὶ ἐμοί*, δ, 214. *γέροντας καλέσαντες*, η, 189. *ἀναβάντες*, μ, 293, i. e. *ἀποπλεύσαντες*, cras conscendentes et vela in altum facientes. *τὰ σὰ ῥάκεα δνοπαλίξεις*, ξ, 512. *προτὶ ἄστυ ἀπονέεσθαι*, ad urbem ire, ο, 307. et 505, *ὁδοιπόριον παραθείμην*, *will euch was auf die reise vorsetzen, (I will set before you provision for the journey.)* *ἰέναι καὶ ἄγειν*, ρ, 600, i et duc. *δαινύατο*, σ, 247, cras convivarentur. *μάλα ἦρι*, cras valde mane, τ, 320. scilicet *ἠῶθεν* locum habet, si quis loquitur circa vesperam: is dicere potest, cum aurorâ, sc. proxime venturâ. *κέλεσθε*, φ, 265. et 280, *θεὸς δώσει*. *λέγομεν ὀστέα*, ω, 72, nam per noctem ardebat rogus.

ἠῶθι, (Ἄω) adverb. mane, *früh, in der frühe, (early in the morning.)* *βοὴ γένετο ἠῶθι πρὸ*, Λ, 50, i. e. *ἐκ πρωΐας*. conf. *πρό*. Sic *αὔρη πνέει ἠῶθι πρὸ*, ε, 469. *ἐπότρυνον πατέρα*, ζ, 36. nam *πρὸ ἠοῦς* vel *πρὸ πρωΐας*, nimis indeterminatum esset. terminatio θι notat præsentem jam auroram, et *πρὸ* innuit propinquitatem: ut ergo *ἠῶθι πρὸ* aliquis agat, statim cum aurora apparente.

ἠῷος, vide sub *ἠοῖος*.

Ἠὼς, *όος*, contr. *οῦς*. ἡ. (Ἄω) aurora, *die morgenröthe, (the dawn.)* deinde et, tempus matutinum usque ad meridiem, *die vormittagszeit, (the forenoon.)* denique, orientis regio, *die morgengegend, (the east.)* est ab *ἄω* vel *αὔω*, i. e. *λάμπω*, splendeo: quatenus id verbum simul exprimit lætum sonum ob adventantem lucem. attice dicitur *ἡ ἕως, τῆς ἕω*: dorice *ἡ ἀώς*: æolice *ἡ αὔως*. ab Attico *ἕως* est *ἑῷος*, ut ab *ἠὼς* est *ἠῷος*, et ionice *ἠοῖος*. *δυωδεκάτη ἐγένετο ἠὼς*, Α, 493, duodecima aurora, pars pro

toto, i. e. duodecimum νυχθήμερον. et 477, ἠριγένεια ῥοδοδάκτυλος ἠώς, manegenita roseis digitis, collato Θ, 1, ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν, quæ duo epitheta non unum notant. nam κροκόπεπλος, croceo pallio amicta, dicitur quando habet adhuc aliquid νυκτέρου σκότους, εἰ καὶ τὸ χρυσοφαὲς κροκωτὸν αὐτῇ ἐξ ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐμφαίνεται, prima illa nondum plena aurora: sed ῥοδοδάκτυλος est ἡ ἐπὶ πλέον πεφωτισμένη, καὶ ῥόδεον οἷον πορφύρουσα, roseo colore rubens, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐρυθροδάκτυλος. προηγεῖται δὲ αὐτῶν ἡ ἀμφιλύκη νύξ, *das früh zweylichten, die morgendemmerung, (the morning twilight, dawn.)* (conf. H, 433, οὔπω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.) cæterum l. c. est pro: ἐνήρξατο ἡμέρα, *der tag brach an, (the day dawned.)* et hic dies erat decimus tertius post iram Achillis, secundus autem belli rursus instaurati: et si quis addat τὰς ἐννέα τοῦ λοιμοῦ ἡμέρας, (A, 53,) εἴη ἂν ἡ ἐξ ἀρχῆς τῆς 'Ιλιάδος ἱστορία ἕως τῶν ὧδε, ἡμερῶν κβ', i. e. viginti duorum. nam nona dies pestis erat prima iræ: et undecimo die iræ redibat Jupiter ab Æthiopibus; duodecimo vero iræ incipiebat pugna, quæ per tres dies integros est continuata, *die dreytägige schlacht, (the battle which lasted three days.)* prior dies pugnæ incipiebat a μονομαχίᾳ Γ, et desinebat cum μονομαχίᾳ H. ergo in Θ est dies decimus tertius iræ. ὅσον δ' ἐπικίδναται ἠώς, H, 451, 458, κλέος αὐτοῦ ἔσται, gloria et fama ejus erit quantum diffunditur lux auroræ: quod intelligendum, non de spatio locorum, quod nimis esset hyperbolicum; sed de spatio temporis: quam diu dies et aurora mortalibus lucebit, tamdiu perdurabit bona ejus fama. sic in sacris, *so weit der himmel ist, so weit die wolken gehen, (so long as the heavens endure, so long as the clouds travel.)* ut versio Germanica habet, i. e. donec erit cœlum, i. e. in æternum. εἰς ὅσον καιρὸν ἡμέρα λάμπει. significat ergo l. c. μακρὰν μνήμην, quod apparet ex 452, ubi est oppositum oblivionis. ἅμα ἠοῖ, statim cum die illucescente, H, 331. I, 614. Λ, 684. Ω, 600. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, Θ, 66. Λ, 84, quamdiu antemeridianum tempus erat, ἕως οὗ ηὔξετο ἡμέρα. ἠοῦς δή, Θ, 470, qui genitivus attice regitur ab omissa præpositione ἐξ, ἐκ πρωΐας αὔριον, cras cum primo mane, *früh mit dem morgen, (early in the morning.)* sic et 525, κατὰ πρωΐαν, ἕωθεν. et 561, ἐΰθρονον ἠῶ μίμνον, expectabant auroram pulcro solio sedentem: et hæc tarditas exeuntis versus ipsam illam præstolationem imitatur. ἀρᾶται δὲ τάχιστα φανήμεναι (φανῆναι) ἠῶ δῖαν, I, 240. et 658, ἠῶ δῖαν ἔμιμνεν, cubans nimirum et dormiens: ubi tarditas non sentitur. ἐγγύθι δ' ἠώ, aurora appropinquat, K, 251. ὅθι μείναμεν ἠῶ δῖαν, Λ, 722, et quidem iterum, stando in armis. πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, M, 239, i. e. versus orientem, *in die morgen-gegend, (toward the east:)* et utrumque est idem. ἠοῖ τῇ προτέρῃ, N, 794, i. e. χθές, ut ἠὼς tanquam pars prima, signet totum. recentiores idem elliptice dicunt τῇ προτεραίᾳ. μὴ μίμνειν ἠῶ δῖαν ἐν πεδίῳ, ne exspectate (nam est infin. pro imperat.) auroram in campo, Σ, 255. ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων ὤρνυτο, ἵνα ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν, T, 1, s. ἠὼς δέ μοι ἐστὶ ἥδε δυωδεκάτη, Φ, 80. et 111, ἢ ἠώς, δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ, quæ locutio elliptica, conf. δείλη. sive aurora (i. e. antemeridianum tempus) fuerit, sive ἐπὶ δείλης, ad vesperam et pomeridiano tempore, sive κατὰ μέσον ἦμαρ, circa meridiem. et 156, ἠὼς ἐνδεκάτη. μυρομένοισι δὲ τοῖσι φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς, Ψ, 109. et 227, ἑωσφόρος, (Lucifer stella) μετὰ ὃν κροκόπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται ἠώς. οὐδέ μιν ἠὼς φαινομένη λήθεσκεν, Ω, 12, s. non illum aurora apparens latuit. et 31, ὅτε ἐκ τοῦ δυωδεκάτη γένετο ἠώς. et 413, δυωδεκάτη δέ οἱ ἠὼς κειμένῳ. et 417, ἠὼς ὅτε δῖα φανείη. et 695, κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. et 785, δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος (mortalibus lucem afferens) ἠώς. et 781, πρὶν μόλῃ ἠώς, venisset aurora. et 788, ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος. ἅμα ἠοῖ φαινομένῃ, δ, 407. ζ, 51. η, 222. μ, 24. ξ, 266. ρ, 435. ο, 395. π, 2, 270. ῥοδοδάκτυλος φάνη, β, 1, i. e. ὁ ὄρθρος, ἡ πρωΐα. et 434, ναῦς παννυχίη καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον, ubi ex ratione prioris adjectivi deberet esse ἑῴα, sed est ellipsis τοῦ, κατὰ τὴν ἠῶ, quod auroram attinet. est autem ἠώς, ὁ ὄρθρος ὃς εὐθὺς μετὰ τὴν νύκτα ἐπιτέλλει. potest h. l. et deesse πρός, usque ad auroram. collato γ, 1—4. ἀλλὰ καὶ ἠὼς ἔσσεται, δ, 194, ἠριγένεια, ubi minor est suspicio, ex nimio vino ortum esse lacrimandi studium. αὐτίκα δ' ἠὼς ἦλθεν ἐΰθρονος, ἥ ἔγειρε Ναυσικάαν, ζ, 48. εὗδον παννύχιος καὶ ἐπ' ἠῶ καὶ μέσον ἦμαρ, inquit Ulysses post vigilias multorum dierum, η, 288, ubi præpositio ἐπὶ est expressa, supra ad β, 434, subintelligenda, *bis auf den vormittag, (till the forenoon.)* πρὸς ἠῶ τε ἠέλιόν τε, ι, 26. et 56, ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ. et 151, ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν. sic et 306, 436, μ, 7. σ, 368. τ, 342. οὐ γάρ ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς, κ, 190, quæ utraque explicantur, ζόφος per, ὅπῃ ἠέλιος εἶσι ὑπὸ γαῖαν, 191, et ἠὼς per, ὅπῃ ἠέλιος ἀννεῖται pro ἀνανέεται surgit, 192. ut ergo occidentis regio per ζόφον, orientis per ἠῶ signetur. *wir wissen nicht, wohin abend oder wohin morgen lieget, (we know not which is east and which is west.)* χρυσόθρονος ἤλυθεν ἠώς, κ, 541, μ, 142. ο, 56. υ, 91. καί κεν ἐς ἠῶ δῖαν ἀνασχοίμην, ego sustinerem vel in auroram, λ, 374. ἀστήρ, ἀγγέλλων φάος ἠοῦς ἠριγενείης, ν, 94. et 240, πρὸς ἠῶ ἠέλιόν τε, quod per synonymiam notat plagam mundi orientalem. φῆ δ' ἡ χρυσόθρονος ἠώς, ξ, 502. τάχα δ' ἔσσεται ἠώς, ο, 50. et 494, αἶψα γὰρ ἠὼς ἦλθεν ἐΰθρονος. ... ἄν τις τούτων γε ἐΰθρονον ἠῶ ἵκοιτο, ρ, 497. ἥν περ γάρ κ' ἐθέλωσιν ἐΰθρονον ἠῶ μίμνειν, σ, 317. ἔλεκτο (cubabat) καὶ ἠῶ δῖαν ἔμιμνεν, τ, 50. et 192, δεκάτη ἢ ἑνδεκάτη πέλεν ἠὼς αὐτῷ. et 319, ὥς κ' εὖ θαλπιόων χρυσόθρονον ἠῶ ἵκηται. et 571, ἥδε δὴ ἠὼς εἶσι δυσώνυμος, hæc jam aurora veniet infausta. ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς, δ, 306, 431, 576. ε, 228. ι, 152, 170, 307, 437, 560. κ, 187. μ, 316, 8. ν, 18. ο, 189. ρ, 1. τ, 428. 'Ηὼς etiam ut dea inducitur, vecta duobus equis currui junctis, facem

Θητεύω, f. εύσω. (Θέω) operam mercenariam loco et facio: *dienste thun um lohn, (to serve for hire.)* θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν, Φ, 444, inquit Neptunus de se et Apolline, quod mercenarii servierint Laomedonti in annum. βουλοίμην ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν (θητεύειν) ἄλλῳ ἀκλήρῳ, λ, 488, inquit Achillis anima apud inferos ad Ulyssem: et ibi est triplex humiliatio, θητεύειν, ἐπάρουρος, in agro rustico, ἀκλήρῳ, homini rustico non diviti. tam præfert nobilissimus ille Achilles vitam inter superos statui mortuorum, ut malit ita servire, quam rex esse omnium mortuorum. ἦ ἄρα ἐθέλεις θητευέμεν; σ, 356, num igitur vis operam mercenariam præstare in agro? liberi ergo homines, paupertate cogente, solebant θητεύειν, apud alios, ἄλλοις. non ergo erant servi.

Θὶς, ινός. ὁ et ἡ. (Θέω) est proprie, acervus arenæ ad littus maris positæ; deinde est, littus ipsum. maxime autem ἡ θὶς est, littus maris: ὁ θὶς vero, acervus. dicitur et θὶν, et hæc est terminatio communior; θὶς vero Doribus magis usitata. scribitur præterea et ὁ ἡ θὴν, ηνός. videtur commode ad θέω, τίθημι, referri posse. alii tamen ad θείνω et θένω, ferio, pulso, referunt, quia littus pulsetur mari. Sed cum hoc ipsum θείνω a θέω descendat, ut sub θένω vidimus; maneat θὶν vel θὶς in hac familia vocum. Germani littus maris vocare solent, *den wall, (the strand,)* qui sic dicitur ab undis, *den wellen, (the waves,)* quæ ibi alliduntur et ponuntur. cæterum non de cumulis arenæ solum ponitur θὶν, sed et de cumulatis lapidibus, pecuniis, etc. παρὰ θῖνα θαλάσσης, Α, 34. et 316, ἁλός. et 350, θῖνα ἐφ' ἁλός. πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης, Δ, 248. βάτην παρὰ θῖνα ἁλὸς, Ι, 182. στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖνα ἁλὸς, Λ, 621, nam ibi semper est aura aliqua lenis et humida. et additur ἁλὸς vel θαλάσσης, ad differentiam aliarum θινῶν, e. c. arenæ in mediterraneis. θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι, sc. νῆες, subductæ in littus maris cani, Ν, 682. Ξ, 31. sic Euripides dixit πολιῆτιν vel et πολίτιν ἀκτὴν, alio significatu. βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης, Τ, 40. ἰχθὺς θινὶ ἐπὶ φυκιόεντι, ad littus algosum, apud littus, Ψ, 693. δινεύεσκε ἀλύων παρὰ θῖνα ἁλὸς, oberrabat impotens animi ad littus, Ω, 12, et sermo est de Achille. ἰὼν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης, β, 260. ἐπὶ θινὶ θαλ. ἱερὰ ῥέζον, γ, 5, sacra faciebant. παρὰ θῖνα θαλ. ἤϊα, δ, 432. πέτασαν παρὰ θῖνα ἁλὸς, ζ, 94, expandebant lotas vestes. et 236, ἕζετο ἐπὶ θῖνα θαλ. residebat in littus. ἐπὶ θινὶ παιζούσας, ad littus ludentes, η, 290. βήτην ἐπὶ θῖνα ἁλὸς, θ, 49. μῆλα ἔσφαζον παρὰ θῖνα, oves mactabant, ι, 46. ἐλθόντα ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσης, κ, 154. et 402, ἔρχεο νῦν ἐπὶ θῖνα. σῆμα χεῦαι ἐπὶ θινὶ θαλάσσης, λ, 75. ἐρπύζων παρὰ θῖνα θαλ. ν, 220. ἀνστάντες ἔβαν ἐπὶ θῖνα θαλ. π, 358. πολὺς ὀστέων θὶς, magnus acervus ossium, sc. est ad littus insulæ Sire-

num, *μ*, 45. generalior notio τοῦ θινὸς, ut recte ad θέω, pono, relata vox videri possit, est in τὰ ἀκροθίνια, i. e. τὸ ἄκρον σωροῦ, et, τὰ λάφυρα in acervum congesta, et, ἀπαρχαὶ ἀνατιθέμεναι ἐξ ἐμπορίας, ubi tamen posterior notio ab ingenioso aliquo dicta dici possit, διὰ τὸ ἀπὸ θινὸς θαλαττίου σεσῶσθαι. cæterum est proverbium ἐπί τινων μάτην κοπιώντων: ἀκροθίνια Πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζειν, i. e. μεγάλῳ ἀνδρὶ μικρόν τι κέρδος. ὁ ἡ θινώδης, εος, sabulosus.

θλάω, f. άσω. (Τρέω) tundo, ferio, contundo. est idem quod θράω, sed per τραυλισμὸν mutato ρ in λ. θλάσσε (ἔθλασε) δέ οἱ κοτύλην, E, 307, et confregit, comminuit ei acetabulum, coll. 305, 306, *baschädigte ihm das hüftgelenke, (broke his hip-bone.)* sic, κυνέην, comminuit ei galeam, M, 384. ὀστέα δ' εἴσω ἔθλασε, σ, 96, coll. 95, ossa intus fregit. et non plenariam comminutionem in particulas, sed læsionem tamen gravem continui denotat. idem verbum dicitur et θλαύω. loco Υ, 269, pro ἔλασσε accuratiores legi jubent θλάσσε, perfregit. a θλάω est θλάζω, unde est ὁ θλαδίας ταῦρος, taurus cui testiculi tundendo sunt enervati.

Θνήσκω, f. ήξω. et attice θνήσω. (Τῶ) unde f. 1. m. τεθνήσομαι, Aristoph. Ach. 590. morior, *ich sterbe, (I die.)* est ab antiquo θάνω, a quo retentum est f. 2. θανῶ: et id est ex τέω, τείνω, *ich dehne, recke, (I extend, stretch;)* nam mors extendit membra et jacentem mortuum. a θάνω fit θνάω, f. θνήσω, a quo futuro, interserto κ, ortum est novum verbum θνήσκω. et restant quædam formæ temporum ex θνάω ortæ, ut videbimus. possis et dicere, ex θάνω fieri θανάω, inde per syncopen θνάω. λαοὶ θνῆσκον, milites moriebantur pestilentia, A, 383. et 243, πολλοὶ θνήσκοντες, eodem morbo. et 56, ὅτι θνήσκοντας ὁρᾶτο, quia videbat morientes pestilentia. θνήσκων ἔλιπε τῷ, cum moreretur, reliquit id ei, B, 106. ὤρεξάς μοι χεῖρας, moriens in lecto, porrexisti mihi manus ad valedicendum, Ω, 743. θάνε (aor. 2. sine augm.) Μελέαγρος, B, 642. ὃς ἐν πολέμῳ, qui in pugna mortuus, i. e. occisus est, Φ, 610. ἐπεὶ θάνες, X, 486, siquidem mortuus es, cæsus ab hoste. ἀλλὰ φίλος, θάνε (imperat. aor. 2.) καὶ σὺ, morere et tu, cæsus, Φ, 106. ἐπεί κε θάνω, (aor. 2. conj. a.) si mortuus fuero, cæsus ab hoste, A, 455. Σ, 121. αἴ κε θάνῃς, καὶ μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, si moriaris, Δ, 170, ex hoc vulnere. μὴ καὶ σὺ, X, 55, non et tu pereas, cæsus. ὅς κε θάνῃσι, pro θάνῃ, qui mortuus fuerit, eum oportet sepeliri, T, 228. ἐπείκε θάνωσι, H, 410, postquam occubuerint. et 52, οὔπω σοὶ μοῖρα θανεῖν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, nondum tibi fatale est mori. χερσὶν ὑπ' Αἴαντος θανέειν, pro θανεῖν, O, 289, a manibus Ajacis mori. ὡς ὄφελεν θανέειν ἐν χερσὶν ἐμαῖς, X, 426, utinam obiisset inter manus meas. ἅπαξ θνήσκουσι ἄνθρωποι, μ, 22. τὸν θνήσκοντα καὶ ἀσπαίροντα ἐσιδοῦσα, θ, 526. ὃς θάνες, qui mortuus es, in pugna, ω, 37. ἐπεὶ ἔθανε αὐτὸς, α, 396. τ, 141. πῶς, γ, 248. αἶψα, θ, 226. ἐπεὶ θάνεν, ο, 253. πολλοὶ μὲν γὰρ τῶνδε θάνον (pro ἔθανον, pro quo alii ibi legunt δάμεν, pro ἐδάμησαν, subacti sunt a morte) πολλοὶ δὲ λίποντο, δ, 495. οἳ θάνον, ι, 66. λ, 388. et 411, οἰκτίστῳ θανάτῳ. ω, 22, θάνον, καὶ πότμον ἐπίσπον. ὅς κε θάνῃσι καὶ πότμον ἐπίσπῃ, δ, 196, et in sequentibus docetur, fas esse, breviter lugere eum, sed non in convivio. θάνωμεν, moriamur, μ, 156. ὅτε κεν θάνωσι, λ, 217. θανέειν ἱμείρεται, α, 59. θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, δ, 562. ι, 308. μ, 342, fame mori miserrimum est. ξ, 274. ὡς μὴ θάνοι, sic ne moriatur, ο, 358. ὅπως οἴκτιστα θάνοιεν, χ, 472. θανὼν, P, 564. Ψ, 223. ἀμύνειν περὶ θανόντος, propugnare pro mortuo, P, 182. et 379, Πατρόκλου. et 538. περὶ, Σ, 195. ἀκήδεις θανόντος, negligebas mortuum, Ψ, 70. ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι, oculos comprimient, Λ, 453. καλὰ, X, 73, juvenem mortuum omnia decent. ὄφρα πυρός με λελάχωσι θανόντα, H, 80. O, 350. X, 343. μετὰ Πάτροκλον θανόντα, post eum mortuum, Ω, 575. ω, 79, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, Π, 457, 675, ubi sic vocat monumenta, in memoriam mortui et sepulti facta. et Ψ, 9. ω, 189, 295, ubi fletum de mortuo, γέρας αὐτοῦ vocat. θανόντων καταλήθονται, X, 389, oblivio mortuorum subit omnes. ζωὸς ἠὲ θανὼν, δ, 553. μήτι θανὼν ἀκαχίζευ, λ, 485. et 553, οὐκ ἔμελλες οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι χόλου. σὺ μὲν οὐδὲ θανὼν ὄνομα ὤλεσας, ω, 93. et 435, τάχιστα θανὼν φθιμένοισι μετείην, citissime mortuus cum illis esse velim qui corruptioni sunt traditi. θανόντος, ρ, 115. ω, 77. θανόντι, α, 236. γ, 258. ε, 310. τέθνηκε, mortuus est, est perf. a. a θνάω, f. ήσω, Σ, 12. α, 196. β, 132. δ, 110, 199, 834. λ, 460, 465. υ, 208. ω, 263. τεθνηκυῖαν, δ, 734. et hoc κ sæpe extruditur, ἐπὶ τύμβῳ ἀνέρος τεθνηότος, P, 435. T, 300. οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, ο, 23. τεθνηότα σε, T, 300. τεθνηότας, ψ, 84. ob metrum id ο sæpe producitur, τεθνηῶτι, κ, 493. τεθνηῶτα νεκρὸν, μ, 10, ubi adjectivum est elliptice, νεκρὸν σῶμα, *den leichnam, (the corpse;)* et participium est per appositionem et explicationem, pertinetque ad nomen proprium, mortuum nimirum Elpenorem. idem perfectum dicitur et τέθνεικα, unde est participium τεθνεικὼς et extruso κ, τεθνειὼς, P, 161. τεθνειότος, ω, 56. et producto eo ο in ω, τεθνειῶτος, α, 289. ποινὴν παιδὸς τεθνειῶτος, sc. διὰ φόνου, N, 659. I, 629. νέκυος, Σ, 173. ἑταίρου, T, 210. κείνου, Ω, 210. extruso ι fit τεθνεῶτι, σ, 331. τεθνειῶτα, Π, 858. Z, 464. P, 229. Σ, 537. T, 289, 403. X, 346. et cum regulari ο, τεθνειότα, Ω, 20. nam ω in ejusmodi participio perf. a. vel m. est Ionicum. τεθνειώτων, Π, 16. τεθνειῶτας νεκροὺς, cadavera cæsa, Z, 71, nam hoc verbum et de occisis, non tantum de morientibus fato suo, ponitur. *perfectum medii* a θάνω, f. ανῶ, aor. 2. ἔθανον, perf. m. τέθανα, et transposito ν, τέθναα, cujus tertia pluralis, τεθνάασι, contrahitur in τεθνᾶσι, mortui sunt, H, 328, cæsi sunt. X, 52. ο, 349, εἴ που ἔτι ζώουσι, ἢ ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι, an forte adhuc vivunt, an jam mortui sunt et versantur in domibus Orci. *fut. 2. medii*, in infin. θα-

νέεσθαι, pro θανεῖσθαι, moriturum, υ, 21. Δ, 12. Ο, 728. cæterum erat opinio antiqua, (δόγμα παλαιὸν) ὡς ὅτι ἀπαλλασσομένη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, καὶ θείᾳ φύσει ἐγγίζουσα, μαντικωτάτη γίνεται. Etymologia verbi hujus autem lucem accipit ex Φ, 106, coll. 119.

Θνητὸς, ὴ, όν. (Τῶ) mortalis, *sterblich, (mortal.)* ὃς θνητός τ' εἴη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν, Ν, 322, et comedat Cereris fruges. θνητὸς ἐὼν, in oppositione ad immortales, Π, 154. et 622, καὶ σύ, ὅσπερ ἐστὶ, Σ, 363. ο, 46. αὐτὸς ἐὼν, Χ, 9. Ἕκτωρ μὲν θνητός τε, Ω, 58. οὔπως ἂν ἀνὴρ, π, 196. θνητοῦ ἀνδρὸς παῖς, Ω, 259. Πηλῆϊ, ἄνακτι θνητῷ, Ρ, 444. ἐόντι, Ω, 537. ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, Π, 441. Χ, 179. δέ ἑ εἶναι, Φ, 569, qui occidi possit. θνητὸν βροτὸν, π, 212. θνητῶν ἀνθρώπων, quibus opponuntur θεοὶ μάκαρες, Α, 339. et 574. ἕνεκα θνητῶν, ἀνδρῶν, Υ, 41. et 220, ἀφνειότατος ἀνθρώπων. et 233, κάλλιστος. ἀνδράσι θνητοῖς, Κ, 403. Ρ, 77. Υ, 266. κ, 306. ὃς πᾶσι ἀνάσσει θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι, Μ, 242. sic, φανείη, Υ, 64. θνητοῖσι βροτοῖσι, γ, 3. η, 210. ἀθάνατοι θνητοῖσιν, τ, 593. θνητοὺς ἀνθρώπους, Ξ, 199. ἡ δέ τοι οὐ θνητὴ ἀλλ' ἀθάνατον κακόν ἐστιν, de Scylla, μ, 118, et θνητὸς sæpe est, qui interfici potest, qui letaliter lædi. θνητὴν ἄκοιτιν, Σ, 87. γυναικῶν τε θνητάων, Υ, 305. θνητὰς, ε, 213.

Θοινάω, f. ήσω. (Ὄνω) epulum sacrum præbeo. est verbum ex θεὸς et οἶνος compositum. ponitur deinde de quovis solemniori convivio et quasi sacro. θοινηθῆναι, ad hoc epulum sacrum adhiberi, δ, 36, ubi sermo est de duobus hospitibus, intervenientibus Menelao nuptias filiis suis facienti.

Θόλος, ου. ὁ. (Ἕω) est οἴκημα κυκλοτερὲς, εἰς ὃ τὰ καθ' ἑκάστην (ἡμέραν) χρήσιμα τῶν σκευῶν ἐτίθεντο, ædificium rotundum, in quo vasa quotidiani usus reponebantur, οἷον (e. c.) πίνακες, κρατῆρες, ἐκπώματα, etc. sub quo vasa ad culinam et mensam necessaria deponi solebant: et habebat tectum, in acutum fastigium desinens. veteres compositam vocem dicunt ex θέειν ὅλον, quasi περιθεόμενον, circumcurrens; a rotunda nimirum figura. ejusmodi θόλος in aula Ulyssis narratur, χ, 442, 459, 466, inter quem, et septa aulæ, erat angustia. hinc est ἡ θολία, pileus superne cacuminatus, contra solem, *ein runder huth wider die sonne, (a round hat against the sun,)* apud Theocr. 15. 39. Vide sub Θέω curro.

Θοὸς, ά, όν. (Θέω) celer, *schnell, (swift.)* it. in acutum desinens et longus, *spitz, (sharp-pointed.)* unde et metaphorice est, acutus, acer, *scharf, (sharp.)* ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει, Ε, 430, ubi celeritas in agendo, et maturitas in consultando, mythice junguntur: eodem sensu, quo nota illa Sallustiana sententia. θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ, Μηριόνης, Ν, 295, 528. Ἕκτωρ, Θ, 215, s. Ρ, 72. et 536, Αὐτομέδων. Ἀκάμας, Ε, 462. Πάτροκλος, Π, 784. θοός περ ἐὼν πολεμιστὴς, Æneas, Ε, 571. et 536, ἐπεὶ θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι, si quidem celer et *promtus* erat pugnandi inter primos. sic de Antilocho, θοός περ ἐὼν πολεμιστὴς, Ο, 585. Αἰνείαν ἐπιόντα, βοῇ θοὸν, in pugna acrem, Ν, 477, nam βοὴ in tali contextu est ὁ πόλεμος, prœlium. Πρόθοος θοὸς, Β, 758, coll. 756. et 542, Ἄβαντες θοοί. νῦν θοοὶ ἐστέ; sc. φεύγειν, nunc celeres estis? Π, 422. et 494, εἰ θοὸς ἐσσὶ, sc. πολεμιστὴς, καὶ οὐ θοὸς φεύγειν, coll. 492, s. 496: et h. l. acuit Sarpedon notam sibi alacritatem Glauci. μάστιγι θοῇ, Ρ, 430. θοὸν ἅρμα, Ρ, 458. θοῆς ἀπὸ χειρὸς, i. e. ταχείης, Μ, 306. θοὴ ναῦς, i. e. ταχεῖα, Α, 12, 300. Β, 168, 263. Ι, 332, ubi id epitheton probri quid continet, quasi fugæ consulens si opus sit. θοάων νηῶν, Ξ, 410. Ο, 391, 685. θοῇσιν νηυσὶν, pro θοαῖς, Φ, 135. Ψ, 317. θοὴν δαῖτα, θ, 38, celere convivium, *eine baldige mahlzeit, (a speedy repast.)* et epitheton est loco adverbii ad ἀλεγύνετε, curate alacriter. θοὸν βέλος, celeris sagitta, χ, 83. θοὴ νὺξ, est vel ἡ τῶν ζώων καταθετικὴ ἀνάπαυλα, a θέω, τίθημι: vel est ἡ ταχεῖα, a θέω i. e. τρέχω, ἀνεπαισθήτως γὰρ τοῖς ὑπνοῦσιν ἀπερχομένη, δοκεῖ ταχυτέρα τῆς ἡμέρας εἶναι: simul νὺξ, οὖσα ἡ σκιὰ τῆς γῆς, ἰσοταχῶς κινεῖται τῷ ἡλίῳ, διώκουσα οἷον καὶ διωκομένη, Κ, 394. coll. 396, ubi idem epitheton de navibus statim subjungit poëta, ut ostendat, se utrobique eodem sensu id ponere. sic et 468. Μ, 463. Ξ, 261. Ω, 366. 653. μ, 284. θοὸς ergo notat ταχύς, deinde et ὀξὺς καὶ τμητικὸς ἐν ἄκρῳ. et ναῦς θοὴ potest et dici, quia prora sua perfindit aquas, sicut ferrum obstantia.

Θοόω, f. θοώσω. (Θέω) acuo superne. ἐγὼ δὲ ἐθόωσα ἄκρον, ι, 327, acutam feci supremam partem, ἀπώξυνα. hinc vides, quod θοὸς quoque notet, acutus.

Θόρω et Θορέω, f. θορήσω. f. 2. θορῶ. (Ὄρω) salio cum impetu. ponitur et in specie de insiliendo in fœminam: unde semen vocatur ἡ θορὴ et ὁ θορός. θορὼν χαμᾶζε, desiliens ad terram de curru, Κ, 528. hinc est θόρνυμι, ineo fœminam, et θόρνυμαι, ineor, θορὸν δέχομαι, etiam active, σπερμαίνω. ὁ νωθρὸς est ὁ ἐστερημένος τοῦ θορεῖν, i. e. τοῦ πηδᾶν, et in genere idem qui νωθὴς, tardus, sine alacritate. cæterum est ab ὄρω, præfixo θ.

Θοῦρις, ιδος. ἡ. (Ὄρω) est fœmininum a θοῦρος infra, notatque idem. θούριδος ἀλκῆς, Δ, 234, 418. Ε, 718. Ζ, 112. Θ, 174. Λ, 287. Μ, 409. Ν, 197. Ο, 250, 322, 487. Π, 270. Ρ, 81. δ, 527. Αἴαντες, θοῦριν ἐπειμένοι ἀλκὴν, Η, 164. Θ, 262. Σ, 157. est ergo epitheton virtutis bellicæ in pugnis. est deinde et aliarum rerum, ἀσπίδα θοῦριν, clypeum cum impetu contra tendentem, Λ, 32. Υ, 162, et est ἡ θοῦρόν τινα ποιοῦσα καὶ ὁρμητικήν. αἰγίδα θοῦριν, Ο, 308, nam nubes fulminantes solent cum impetu moveri et impetus faciunt.

Θοῦρος, ου. ὁ. (Ὄρω) cum impetu adsultans et impressionem faciens. est epitheton Martis, i. e. belli et pugnæ: a θόρω, impetum do. θοῦρον Ἄρηα, Ε, 30, 35, 355, 454, 830. Ο, 127. Φ, 406.

Θόωκος, ὁ, vide sub Θῶκος.

Θοῶς, (Θέω) adverb. alacriter, celeriter, acriter. κλῆρος θοῶς ἐξόρουσεν, Γ, 325. et 422, ἀμφίπολοι δὲ ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο. ἀκόντισε δουρὶ θοῶς, jaculatus est celeriter et alacriter, E, 533. et 722, ἀμφὶ ὄχεσι θοῶς βάλε κύκλα, rotas ad currum. et 748, μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους Ἥρη. sic et Θ, 392. et 219, ὀτρῦναι Ἀχαιοὺς, celeriter incitare eos. ἵππους θοῶς ζευγνύειν, Π, 145. θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον, perficiebatur opus ei celeriter, ε, 243. στεῖβον δ' ἐν βόθροισι, ζ, 92. ἐπίηλον δεσμὸν, θ, 443, 447. θοῶς μῆλα ἐμβαλόντας νηΐ, ι, 469. ζωστῆρι θοῶς συνέεργε χιτῶνα, ξ, 72. et 248, ἐσαγείρατο λαός. δώματα ἵκανε, kam bald nach hause, (soon reached home,) ο, 216. et 446, ἀγγελίη μοὶ ἱκέσθω. οἰκόνδε νέεσθαι, π, 350. ἱμάντα ἀπέλυσε, φ, 46. et 241, ἐπῆλαι δεσμόν. θοῶς δ' ἀπὸ οἶο τράπεζαν ὦσε, χ, 19. ἐξῆγε πύλησι, ψ, 372. δόμονδε θοῶς κίον, ω, 219. ex quo constanti usu adverbii apparet, quod et ipsum adjectivum maxime notionem celeritatis in faciendo habeat.

Θράσος, εος. τὸ. fiducia, animus præsens et fortis. idem ac τὸ θάρσος, sed a recentioribus determinatum hoc est in sensu vitioso: quod poëta ignorat. hinc in compositis in bono sensu dicitur, e. c. ὁ Θρασυμέμνων, a θράσος et μένος, etc. τόνδε οὐκ ἔχει θράσος, Ξ, 416, in sensu bono: non est animosus. cæterum nec recentiores semper eam differentiam inter θάρσος et θράσος observarunt. conf. Euripidis Alcestin, 604, ibique Barnesium.

Θρασυκάρδιος, ου. ὁ ἡ. (Κῶ) animosus, fidenti corde. beherzt, (courageous.) μάλα τις θρασυκάρδιος ἔσται, K, 41. μάλα κὲν εἴη, N, 343.

Θρασυμέμνων, ονος. ὁ. (Νέω) audacter fidens viribus suis, audacter sustinens fortiterque pugnans. est compositum ex θρασὺς, dreist, (bold,) quod in compositione fere nunquam in malo sensu ponitur; et τὸ μένος, robur intrepidum et manens hostem. simplex Μέμνων pro Μένων, notat fortem virum, qui non fugit aut cedit. ἐμὸν πατέρα θρασυμέμνονα, E, 639, Herculem. sic, Ἡρακλῆα, λ, 266, et utroque loco additum, θυμολέοντα, löwenherzig, (lion-hearted.) Vide sub θράσος.

Θρασὺς, εῖα, ὁ. (Θέρω) animosus, fidens. et in poëta ubique est in laudabili significatu. θρασὺς Ἕκτωρ, in sensu eminenti, Θ, 89. M, 60, 210. N, 725. X, 455. Ω, 72, 786, sc. qualis vivus fuerat. Λαόγονον θρασὺν, Π, 604. θρασὺς Ὀδυσσεὺς, κ, 436. θρασὺν ἡνίοχον, Θ, 126, 128, 312. θρασὺς πόλεμος, pugna animosa, Z, 254. K, 28. δ, 146. θρασειάων ἀπὸ χειρῶν, Λ, 552, 570. N, 134, ubi phrasis est plena. sic et O, 314. P, 662. Ψ, 714. ε, 434, von den dreist angreifenden und arbeitenden handen, (from hands vigorous and willing to labour;) quas sic vocat διὰ τὸ οὕτω τλήμον καὶ θαῤῥαλέον αὐτοῦ. τὸ θράσος, audacia, animositas; barbarum aliquem imitans Aristoph. Equit. 17, dixit τὸ θρέττε. οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε, ich getraue michs nicht, (I dare not do it.)

Θρέξω, fut. vide τρέχω.

Θρέπτον, ου. τό. (Τρέφω) pretium educationis. idem ac sequens, q. v. extruso ρ. θρέπτα, Δ, 478.

Θρέπτρον, ου. τό. (Τρέφω) pretium educationis. est per syncopen pro θρεπτήριον. sic a λυτήριον fit λύτρον, a σωστήριον σῶστρον: sic et σκῆπτρον, βάκτρον, ἐπίσωτρον, κάτοπτρον, πλῆκτρον, ἀμφίβληστρον, etc. quæ omnia ex terminatione syncopata ηριον orta. οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, P, 302, i. e. τροφεῖα, das kostgeld, (support.) quasi. nam debent pii liberi ἀντιτρέφειν τοὺς γεννησαμένους, si opus sit; aut saltem lætitia remunerari parentes. conf. Ω, 540, seqq.

Θρέσω, fut. vide ΘΡΕ'Ω.

Θρέψας, vide sub Τρέφω, prope initium.

ΘΡΕ'Ω, f. έσω. est, σὺν θορύβῳ βοάω ἢ λαλέω, cum tumultu aliquo clamo aut loquor. Saxones nostri id dicunt dreeschen, i. e. laut durch einander reden oder schreien, (to bawl aloud or shout all together.) idem verbum dicitur et θροέω, quod simpliciter etiam notat, loquor, eloquor; et possit ad ῥέω, dico, referri hoc thema, præfixo θ. ab ὁ θρόος fit ὁ θρύλλος, ου, clamor, fama, sermo multorum. unde est θρυλλέω et θρυλέω, multis verbis utor, Theocr. Id. 2, 142.

Θρηνέω, f. ήσω. (Θρέω) lamentor, plango. οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, qui lamentabilem cantionem hi quidem lamentabiliter præcinebant, et mulieres adgemebant succinentes, Ω, 722, ubi οἵτε et οἱ μὲν sunt iidem, repetito pronomine. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, θρήνεον, ω, 61, in funere Achillis. et vide, τὸ θρηνωδεῖν per poëtas jam eo tempore in usu fuit, tam apud barbaros, ut ἀοιδοὶ erant in funere Hectoris, quam apud Græcos. imo Pindarus scripsit θρήνους, nobis deperditos.

Θρῆνος, ου. ὁ. (Θρέω) luctus, lamentatio, proprie quæ fit cum multo clamore. klagegeschrey, (lamentation.) nam est a θρέω, clamo, tumultuor. exemplum ejusmodi threni est T, 282—301. ἀοιδοὺς, θρήνων ἐξάρχους, Ω, 721, ubi mortuus jacebat in lecto, ad visendum expositus; et adsidebant cantores, qui lamentationes lugubres præcinerent, quas reliqui succinerent. et hic erat is θόρυβος, de quo et in sacris litteris mentio est, Matth. ix, 23. Marci v, 38. Luc. viii, 52. cæterum θρῆνος ᾄδεται παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ, πρὸ ταφῆς, καὶ μετὰ ταφὴν, καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας: ᾀδόμενος ὑπὸ θεραπαινίδων, καὶ τῶν σὺν αὐταῖς.

Θρῆνυς, υος. ὁ. (Ἕω) scabellum, excelsiori sellæ addi solitum, ut et ad adscendendum in sellam inserviret, et pedes deinde in eo requiescerent. non tamen adhærebat throno, sed separatim apponebatur. τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶ τῶν καθημένων ἐν θρόνοις, est itidem, ut ὁ θρόνος, a θράω, f.

ήσω, seddo, quiesco residendo. deinde θρῆνυς erat et in navi magna locus, ubi gubernator insidebat vel stabat quem Attici τὸν θράνιον vel τὸ θράνος dicunt. ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει, Ξ, 240, coll. 241. ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, Σ, 390. α, 131. δ, 136. κ, 315, 367. θρῆνυν ἑλὼν ὑπέφηνε τραπέζῃ, κείμενον, ᾧ ῥ' ἔπεχεν λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων, ρ, 409. et 462, θρῆνυν ἑλὼν βάλε. et 504, θρήνυϊ βάλε. ὑπὸ θρῆνυν ποσὶν ἧκε, τ, 57. θρῆνυν ἐφ' ἑπταπόδην ἀνεχάζετο, Ο, 729, ubi est locus ille gubernatoris in puppi, septem pedes longus, ad quem recedebat ille. hinc est ὁ θρανίτης, ου, i. e. ὁ κωπηλάτης.

Θριγκός, οῦ. ὁ. (Θέρω) est ἡ τοίχων κόμη ἢ στεφάνη ἢ στεφάνωσις, lorica muri aut parietis superna, ornatus causa et contra pluvias. est a θρίξ, τριχὸς, a quo genitivo, inserto ν, est τριγχὸς, et deinde, ionice, mutatis consonis θριγκὸς, sicut Iones pro βάτραχος dicunt βάθρακος. reperitur et τὸ τριγχίον et θριγκίον. est ergo φραγμὸς ὑπερκείμενος, καὶ οἱονεὶ τριχῶν δίκην κοσμῶν, *eine obere einfassung einer mauer oder wand, zur zierde und zur verdeckung wider das wetter, (the coping of a wall, either for ornament, or as a protection from the weather.)* περὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο, η, 87, ubi regia Alcinoi describitur, ejusque parietes. ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι, ρ, 267, ubi de regia Ulyssis; et pluralis est διὰ τὸ τοῦ τοίχου μέγεθος, ob altitudinem parietis aulam cingentis: ubi ergo est ornatus superior muri circa aulam. cf. Eurip. Iphig. Taur. 74, ὑπὸ θριγκοῖς, i. e. ad parietem superne.

Θριγκόω, f. ώσω. (Θέρω) orno vel munio murum aut parietem ejusmodi tectione et ornamento superiori. et in genere, circummunio. ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ, sepe spinosa, ξ, 10, ubi de stabulo Eumæi sermo est. θριγκῶσαι est χαρακῶσαι, ἢ στεφάνην καὶ οἷον τρίχα τινὰ ἐπιθεῖναι οἰκοδομήμασιν ἢ καὶ ἄλλως φραγμοῖς, κόσμου ἢ ἀσφαλείας χάριν. et θριγκὸς sæpe est περίβολος οἰκίας κοσμητός.

Θρίξ, τριχός. ἡ. (Θέρω) crinis. *das haar, (the hair.)* nam non præcise comam capitis, sed in genere crinem quemvis, notat. est a θέρω, calefacio, foveo; it. curo. crines enim vel pili ad calefaciendum et tegendum corpus dati sunt animantibus a natura: ipsi etiam sunt calidæ naturæ, vel ex calore interno orientes. ἀρνῶν ἐκ κεφαλῶν τάμνε τρίχας, Γ, 273, seqq. ex agnorum capitibus desecuit crines. nam in ὁρκίοις, i. e. fœderibus per jusjurandum et victimam sanciendis, pili abscindebantur capiti victimæ, et dividebantur inter omnes pactum sancientes, ut scirent se cohærere quasi cum victima; et ex capite, ut scirent, in caput ipsorum recisuras pœnas, si pejerarent: et ut secarentur ex vivis pejerantes, sicut pili desecti sint ex victima. ἀπαρξάμενος κάπρου τρίχας, Διῒ χεῖρας ἀνασχὼν, εὔχετο, Τ, 254, crines (setas) primum abscindens a capite apri, eosque manu tenens: nam ibi rex pro se ipso solo jurat. ut ergo in suum caput velit recidere pœnam, si pejeret. præterea in omni sacrificio, crines victimæ igni injiciebantur. ut ejusmodi ἀπαρχὴ ἐκ τριχῶν esset ἀνάμνησις τῆς παλαιᾶς περιβολῆς: nam ante inventam texendi artem solis pellibus villosis utebantur homines ad amictum, μήπω ἐσθήτων εὑρημένων, περιβλήμασιν ἐχρῶντο τοῖς ἐκ τριχῶν ἢ τετριχωμέναις δοραῖς, sic et οἱ οὐλοχύται μνήμην τῆς παλαιᾶς ἀνεκίνουν τροφῆς. κεφαλῆς τρίχας πυρὶ ἐμβάλλων, γ, 446. ξ, 422, seqq. ubi sacrificia describuntur non ob fœdus aut jusjurandum confirmandum facta: crines igitur ex capite victimæ velut καταρχήν τινα ἢ ἀπαρχὴν καὶ πρόθυμα, igni injiciebant, initiandi sacri causa, et in memoriam vetusti vestitus ex pellibus crinitis. πρῶται τρίχες ἵππων, anteriores pili equorum, Θ, 83, qui dicuntur πρῶται, respectu χαίτης, jubæ: sunt enim in fronte equi, et vocantur alias τὸ προκόμιον ἵππου. πολιὰς τρίχας ἕλκετο χερσὶν, evellebat sibi canos, Χ, 77, in luctu. θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, Ψ, 135, totum corpus mortui Patrocli crinibus operiebant; et vides morem antiquum, in luctu desecandi sibi crines, eosque corpori sepeliendo imponendi. et id faciebant ὡς οἷά τινα τοῦ σώματος αὐτῶν ἀπαρχήν: οὐ γὰρ εἶχον τεμεῖν τι καὶ τῶν μελῶν. vel et, ut re ista non viva, (crines enim sensu carent) mortuo, quasi sacrificium offerrent. hinc et alibi, in sacrificiis mortui causa factis, mactabant ζῶα τὰ μὴ γεννῶντα, ὅσα ἐστείρευον, καὶ ὅσα μὴ ἦσαν ἔνορχα, fœmellas steriles, aut mares exsectos. in funeribus sæpe non homines modo tondebantur, sed et equi et jumenta: ut Herodotus narrat de exercitu Persarum sub Mardonio. τρίχες ἄκραι οὐραῖαι, Ψ, 519, extremi pili in cauda equi. ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐν μέλεσι, Ω, 359, in terrore crines per totum corpus erigebantur quasi; quæ est circumscriptio τοῦ φρίσσειν. et sermo est de Priamo. συῶν εἶχον κεφαλὰς φωνήν τε δέμας τε καὶ τρίχας, κ, 240, de sociis a Circe mutatis in sues. et 393, ἐκ μελῶν τρίχες ἔῤῥεον, pili defluebant ex membris, cum iidem restituerentur in homines. ξανθὰς κεφαλῆς τρίχας, de Ulysse, ν, 399, 431. οὔ οἱ ἔνι (ἔνεισι, sc. ἐν τῇ κεφαλῇ) τρίχες, σ, 354, nullos crines habet in capite, sc. personatus Ulysses. vides ergo ex allatis locis, quam late pateat usus nominis hujus. alias τὸ πρόβατον ἐρίῳ σκέπεται, καθά καί τινες τῶν αἰγῶν: σῦς tamen, καὶ τὰ τοιαῦτα, τριχοφορεῖ. hinc piscium species dicitur ἡ τριχὶς ἢ τριχία, et ἡ θρίσσα.

Θρόνον, ου. τό. (Ὄρω) exsiliens medicamen e terra, aut, eminens coloratum in tela aut veste. nam nomen est a θόρω, exsilio, prosilio. notatur ergo medicamen e terra proveniens vel ad medendum vel ad colorandum et inficiendum. proprie sunt τὰ ἐκ γῆς ἀναθορόντα ὀνήσιμα φάρμακα, herbæ e. c. aut ejusmodi: deinde sunt, ornamenta colorata in vestibus, quæ quasi elevata sunt super cæteram planitiem, *zierrathen die durch ihre farbe sich von dem übrigen grunde des gewebes erheben und ausnehmen, (ornaments distinguished by their*

colour, and rising above the ground of the stuff.) ἱστὸν ὕφαινε, ἐν δὲ θρόνα ποικίλα ἔπασσε, Χ, 441, de Andromache, telam texente, et inspergente quasi flores et figuras varias. sunt ergo h. l. θρόνα, τὰ βεβαμμένα λίνα ἢ ἔρια, lina aut lanæ coloratæ. θρόνα enim sunt φάρμακα, quæ non tantum notant medicamina, sed et colores: quemadmodum et τὰ βαφεῖα, *färbereyen, (dye-stuffs,)* dicuntur οἱ φαρμακῶνες, et φαρμάσσειν τὸ βάπτειν. ὥστε ὁμωνυμεῖ τοῖς ἐνεργητικῶς ποιοῦσι θρόνοις, i. e. τοῖς βοτανώδεσι φαρμάκοις, τὰ πάσχοντα τὴν βαφὴν ἔρια καὶ ὡς εἰπεῖν θρονευόμενα, i. e. φαρμακευόμενα. ejusmodi coloratæ figuræ dicuntur et τὰ κάλλη: et καλλύνειν est κοσμεῖν, καὶ σαροῦν: inde sunt et τὰ κάλλαια, i. e. οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων, καὶ τὰ ἐν τῇ αὐτῶν οὐρᾷ πτερά.

Θρόνος, ου. ὁ. (Ἕω) sedes, sella. et quidem honoratior. est idem qui ὁ κλισμὸς, *ein lehnstul, armsessel, (a chair, an arm-chair.)* nomen est ab ἡ ἕδρα, a qua est verbum θράω, f. θρήσω, sedeo, quiesco, mutato δ in θ ob spiritum asperum omissum ab initio. hinc est ὁ θρᾶνος, ου. sella, sedes. et ὁ θρόνος. præterea hoc nomen et sedem amplam, sicut ἡ ἕδρα, notat, consessum, locum ubi plures consident. πατρὸς ἐμεῖο θρόνος, patris mei conclave, ubi is insidet in sella sua augusta; ut pars pro toto posita sit, ζ, 308. καθέζετο ἐπὶ θρόνου, Jupiter, Α, 536, resedit in sede sua majestatica. αὐτὸς δὲ χρύσειον ἐπὶ θρόνον ἕζετο Ζεὺς, Θ, 442, coll. 436. τὴν μὲν ἔπειτα καθεῖσεν ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου, καλοῦ, δαιδαλέου, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, Σ, 390. et 422, ἐπὶ θρόνου ἷζε φαεινοῦ. μή με ἐς θρόνον ἷζε, Ω, 553, coll. 522, καθέζου ἐπὶ θρόνου. et si conferas 597, et 578, apparebit, θρόνον καὶ κλισμὸν καὶ δίφρον sæpe esse idem. αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πετάσας, καλὸν δαιδάλεον, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, α, 130. et 145, ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε, et utrumque fere idem. thronus Nestoris, ante domum ejus, quo sedebat in conventu publico, erat lapideus, et εὐτελὴς, more heroico, γ, 406—412. ἐς θρόνους ἕζοντο, δ, 51. ponitur ergo hoc nomen de καθέδρᾳ ἐλευθερίῳ, σὺν ὑποποδίῳ, de sella magnifica, in domo principali: et quia erat altior, hinc scabellum suberat; ex quo more unius quasi gradus, facti deinde sunt throni principum, plurium graduum. ἀπὸ θρόνου ὦρτο φαεινοῦ, Λ, 644. Ω, 515. κάθιζεν ἐπὶ θρόνου, ε, 195. ξεῖνον ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου εἷσον, η, 162. et 169, φαεινοῦ. sic ἀργυροήλου, καλοῦ δαιδαλέου, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, κ, 314, 366. μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου ἀργυροήλου, χ, 341, nam proci in ejusmodi sellis magnificis sedebant. conf. σ, 156. φ, 139, 166. ψ, 164. σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ (Juno) ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον, commovit se in sella sua augusta indignans, et tremere fecit Olympum, Θ, 199. ἵδρυσεν θρόνῳ ἐνὶ θοῦρον Ἄρηα, Ο, 142. et 150, ἕζετο δ' εἰνὶ θρόνῳ. ἐν θρόνῳ ἱδρύσασα (τὸν Ἑρμείαν) φαεινῷ σιγαλόεντι, ε, 86. δῶρα δέ σοι δώσω, καλὸν θρόνον, ἄφθιτον αἰεὶ χρύσειον, ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν, Ξ, 238—241, et hunc facete pollicetur somno Juno, qui est καταθετικὸς καὶ ἀνακλιντικὸς, καὶ ὃς εἰς ἀνάπαυσιν δίδοται. hic somnus tamen, ut non semper dormiens, id munus aspernatur, et rogat potius pulcram puellam, quam in somnis amplectatur. ante hanc promissam sibi, nectit varias difficultates; post eam, est promtissimus. maluit ergo ἔρωτα quam χρῆμα, amorem quam divitias. λίπε δὲ θρόνον ἔνθα θάασσε, Ο, 124. αὐτῷ θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον, Θ, 65. πὰρ θρόνῳ εἱστήκει, apud sellam stabat, sc. suam, φ, 434. ποσὶ δὲ θρόνον ἀμφοτέροισι λακτίζων ἐτίναξε, χ, 88. et 362, ἔκειτο ὑπὸ θρόνον. et 364, ὑπὸ θρόνου ὦρτο, sub sella propere prorepsit. θρόνοι περὶ τοῖχον, η, 95. ἐκ δὲ θρόνων ἀνόρουσαν, χ, 23. κάθιζον ἐν ὑψηλοῖσι θρόνοισι, Θ, 422, vides ergo, esse sellas excelsiores, ut opus sit scabello. ἐνέβαλλε θρόνοις ῥήγεα καλὰ, κ, 352, et quidem πορφύρεα καθύπερθε, ὑπένερθε δὲ λῖτα. ἐκάθιζον ἐπὶ ξεστοῖσι θρόνοισι, π, 408. κώεα καστορνῦσα θρόνοις ἐνὶ δαιδαλέοισι, ρ, 32. ἐν δὲ θρόνοις εὐποιητοῖσι τάπητας βάλλετε πορφυρέους, υ, 150. ἑξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε, γ, 389, quæ est synonymia. sic et ω, 384. κ, 233, εἷσε. ο, 134, ἑζέσθην. χλαίνας μὲν κατέθεντο κατὰ κλισμούς τε, ρ, 86, abituri lavatum deposuere in sellis suis. sic et 179, commoditatis causa. et υ, 249. θρόνους περικαλλέας, χ, 438, 452, κάθαιρον.

Θρόος, ου. ὁ. (Θρέω) clamor confusus multorum. οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς, Δ, 437, non enim omnium erat similis clamor nec una vox. ὁ θόρυβος oritur ex ὁ θρόος et ἡ βοή.

Θρυλίζω, Θρυλίσσω, Θρυλλίσσω, f. ίξω (Τρέω) attero graviter, lacero. et notat paullo vehementius quam θρύπτειν. scriptio per unum λ est communis, per duplex, poëtica. est a Θραύω, per paragogen. Θρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι, Ψ, 396, collisa est ei frons apud supercilia. nimirum a Θραύω fit Θραυλίζω, et abjecto α. hinc est τὸ Θρύλλιγμα, confractum quid. imo et τὸ Θρύον, juncus, utpote infirma res: a quo est ἡ Θρυαλλὶς, ίδος, ellychnium ex junco factum, Aristoph. Nub. 59.

Θρύον, ου. τό. (Ὄρω) juncus. herba palustris, dicta a Θορεῖν, quia recta in altum prosilit quasi. Φ, 351. notat et algam. idem fere est τὸ Θρίον, ου. Theocr. Id. 13, 40, ubi vide scholia. Vide supra.

Θρώσκω, f. Θρώσω. (Ὄρω) salio, impetum facio. est a Θόρω, et dupliciter inde derivatur, ut quidam dicant esse inde Θορίσκω, transposite Θροΐσκω, contr. Θρῴσκω, et hi subscribunt semper τὸ Iota, etiam in ὁ Θρῳσμός: simplicius alii a Θόρω, transposite Θρόω, f. Θρώσω, a quo sit novum verbum, interserto κ, Θρώσκω, ut nullum Iota subscribendum habeant. id certe constat ex materia et forma verbi, deductum esse a Θόρω. notat in specie, insilio, super salio. ἀπὸ πτύου κατὰ ἀλωὴν Θρώσκουσιν κύαμοι, fabæ a ventilabro *(wurfschaufel) (a fan.)* per aream *(auf der tenne,) (on the barn floor)* subsultant, Ν, 589. ἀπὸ νευρῆς

ὀϊστοὶ ἔθρωσκον, et sine augmento, θρῶσκον, exsiliebant sagittæ a nervo, Ο, 314, quasi de personis dictum. et 684, ὁ δὲ ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ θρώσκων, ille vero firmiter sine lapsu transsultans; et sermo est de equite, qui quatuor equos junctos habet, ex quibus in medio cursu ex alio in alium transilit. et 470, θαμὰ (frequenter) θρώσκοντας ὀϊστούς. θρώσκων τις κατὰ κῦμα ἰχθὺς, Φ, 126, subsultans piscis, et celeriter se movens.

θρωσμὸς, οῦ. ὁ. (Ὄρω) collis, locus eminens et quasi exsiliens præ circumjacentibus: ὁ ὑψηλὸς τόπος καὶ γήλοφος, ὁ οἷον ἀναθρώσκων, καὶ μὴ κατὰ πεδιάδα (sicut planities) κείμενος. erectus locus. ἐπὶ θρωσμῷ πεδίου, Κ, 160. Λ, 56. est a θρώσκω, ejusque perf. pass. τέθρωσμαι.

θυγάτηρ, τέρος et τρός. ἡ. (Γάω) filia, *die tochter, (the daughter.)* est a θύειν, ferri aliquo impetu, et γάειν, gignere, parere: ut notetur appetentia genituræ; magis enim prona ad generandum est muliebris natura, et citius maturescit ad eam rem. Θέτις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος, Α, 538. Κρόνου πρέσβα θυγάτηρ, Ἥρη, Ε, 721. αὐτοῦ θυγάτηρ εἴχετο Ἕκτορι, nupta erat ei, Ζ, 398. πρέσβα Διὸς, Ἄτη, Τ, 91. sic, Ἀγελαίη, Minerva, Δ, 128. Ἀφροδίτη, Φ, 416. Ἀθήνη, ω, 501. Ἄτλαντος, α, 52. Πρωτέος, δ, 365. Ἀλκινόου, ζ, 139, ubi sic positum pro nomine ejus proprio. ὁπλοτάτη, minima natu, γ, 465. η, 58. καλὴ, ἀλλ' οὐκ ἐχέθυμος, Θ, 320. Αὐτολύκου, λ, 85. θυγατέρος, Φ, 504. τ, 400. θυγατρὸς, δ, 4. η, 290. θυγατέρι, ο, 363, ἰφθίμη. θυγατρὶ, Ι, 148. κ, 106. θυγατέρα, ἑὴν ἐλάζετο ἀγκὰς, Ε, 371. ἐδίδου αὐτῷ ἑὴν, Ζ, 192. Λ, 226. ὑπέσχετο αὐτῷ ἑὴν, Ν, 376. αὐτοῦ εἶχε, Φ, 88. θύγατρα λυσόμενος, Α, 13, 95. πρεσβυτάτην, Λ, 739. ἐεδνώσαιτο, β, 53, datis dotalibus donis elocet. Ἀσωποῖο, λ, 259. ἀφνειοῖο θύγατρα μνηστεύειν, σ, 275, locupletis viri filiam ambire. θύγατερ, α, 10. η, 146. υ, 61. Sed attice vocativus similis est nominativo, τ, 406. θυγατέρες Διὸς, Β, 492. τρεῖς εἰσί μοι. Ι, 144. Sic, Ω, 166, 604. γ, 451. κ, 6. θύγατρες, Ι, 286. Ζ, 238. καλαὶ, Χ, 155. λ, 226. θυγατρῶν, Γ, 124. Ζ, 252. Ν, 429, 365, 378. Ξ, 121, sc. μίαν, τὴν Δηϊπύλην. Φ, 142. γ, 452. qui genitivus in prosa semper est θυγατέρων. θυγατέρεσσιν, filiabus, Ο, 197, θυγατέρας, κ, 7, dedit Æolus filiis suis uxores. θύγατρας, Χ, 62. λ, 328. χ, 222.

θύελλα, ης. ἡ. (Ἔλω) vehemens procella. compositum nomen ex θύω, furo, feror cum impetu, et ἡ ἄελλα: *ein reissender sturmwind, (a violent tempest,)* ἡ θύουσα ἄελλα. ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα θαλάσσης, inquit Helena de se, Ζ, 346, quæ phrasis, utpote in intensissimo affectu, est perturbata: nam sensus est: ὡς ὄφελε θύελλα προφέρειν με εἰς ὄρος, καὶ ὡς ὄφελέ με οἴχεσθαι pro ὡς ὄφελον ἐγὼ οἴχεσθαι, utinam procella me abripuisset aliquo, atque utinam ego periissem. κακὴ additur, quia de pernicie sermo est. talis θύελλα est ἡ κατὰ τὰς ἁρπυίας μυθευομένη: et vehementes venti possunt omnino et ponderosa corpora abripere et longe auferre. Libanius hanc hyperbolem a poëta mutuatus, inquit, φόβοις ἐταραττόμην, μὴ τὴν πόλιν ἡμῖν ἁρπάσαντες ἄνεμοι, φέροντες εἰς ὠκεανὸν ἐμβάλωσι. vide paullo post ex υ. κονίη ἵστατο ἀειρομένη ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα, Ψ, 366, pulvis stabat in altum excitatus, quasi esset nubes, aut quasi turbo vehemens ibi flaret. τότε δή μιν ἀναρπάξασα θύελλα ἐπὶ πόντον ἔφερεν, δ, 515, illum abripiens procella tulit per mare; et sermo est de navigante, qui invitus aliquo defertur vi venti. sic et ψ, 316. αἴθε με ἀναρπάξασα θύελλα οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα, υ, 63, s. utinam abripiens me turbo pergeret ferens me per caliginosas vias, et in ostia oceani me dejiceret: ex quo loco commode ille prior ex Ζ adductus explicari potest, ut ibi constructio sit: ὡς ὄφελεν (ὤφελεν) θύελλα οἴχεσθαι, (ire, procedere,) προφέρουσά με εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα. et hæc explicatio est multo facilior, quam si οἴχεσθαι, intelligas per, abire ad plures, perire, et referas ad, ἐμέ. ἱστὸν ἔαξε δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα, ε, 317. et 419, δείδω μή με αὖτις ἀναρπάξασα θύελλα ἐπὶ πόντον φέρῃ. τοὺς δ' αἶψα (continue) ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα κλαίοντας, γαίης ἄπο πατρίδος, κ, 48. ἤν πως ἐξαπίνης ἔλθῃ ἀνέμοιο θύελλα, μ, 288, si forte repente veniret venti procella. et 409, ἱστοῦ δὲ προτόνους ἔῤῥηξ' ἀνέμοιο θύελλα ἀμφοτέρους. Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀολλέες, ἠὲ θυέλλῃ, Ἕκτορι ἕποντο, Ν, 39, ἥτις βρέμει καὶ ἰάχει: nam de turba conferta et valde clamante aut sonante dicitur; simulque vis et impetus vehemens indicatur. αἱ δ' (νῆες) ἐφέροντο κακῇ ἀνέμοιο θυέλλῃ αὖτις (retro) ἐπ' Αἰολίην νῆσον, κ, 54, et κακῇ, quia vehemens erat et admodum ingrata desiderantibus patriam. ὦρσεν ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἀνέμοιο θύελλαν, ἣ ἰθὺς νηῶν κονίην φέρεν, Μ, 253. ἐξ ἁλόθεν (ἁλὸς) χαλεπὴν ὄρσουσα (excitatura Juno) θύελλαν ζεφύρου καὶ νότου, Φ, 335. νῦν δ' αὖ παῖδα ἀγαπητὸν ἀνηρείψαντο θύελλαι ἀκλέα ἐκ μεγάρων, δ, 727, nunc etiam filium abripuerunt venti inglorium et sine fama nobili ex ædibus: i. e. navigat, cum magno periculo. κῦμά με ἐφόρει κραιπναί τε θύελλαι, ζ, 171. πυρός τε ὀλοοῖο θύελλαι, μ, 68, et ignis perniciosi procellæ: et sermo ibi est de petris natantibus, quæ assidue alliduntur sibi invicem, et cum vehementia ignem hoc ex conflictu eliciunt; πυρὸς, τοῦ ἐκ τῶν πλαγκτῶν πετρῶν, αἳ, ἐν τῷ συναράττεσθαι πρὸς ἀλλήλας, πῦρ ἐκβάλλουσι, καθὰ καὶ τὰ πυρεῖα, sicut ignivomi montes. hinc postea Ulysses, etsi non ignem, fumum tamen videt, et audit δοῦπον τὸν ἐκ τῆς συῤῥήξεως καὶ παρατρίψεως τῶν πλαγκτῶν. ergo θύελλαι πυρὸς h. l. metaphorice sunt ignes celeriter et vehementer emicantes et exsilientes, sicut ex Vulcanis, aut ex silicibus attritis ad chalybem. Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι, filias ejus sustulerunt procellæ, υ, 66, coll. 77, τὰς κούρας ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο, et 63. ergo hæ pro-

cellæ vehementer abripientes quid; mythice dicuntur Ἅρπυιαι. et fortasse hæ filiæ a prædonibus sunt abreptæ. πεπιθοῦσα θυέλλας, Ο, 26, cum persuaseras procellis; ubi procellæ sunt personificatæ.

Θυήεις, εσσα, εν. (Θέω) ubi multæ fiunt res divinæ; in specie, ubi multum suffimenti sacri offertur. deinde in genere, sacer, sacratum deo. βωμὸς θυήεις Διὸς, Θ, 48, quæ ara erat in vertice montis Idæ. nam alta loca eligi solebant ad aras faciendas, et ad suffiendum deo. sic et Ψ, 148, ubi βωμὸς erat ad fluvium, fluvio sacer. et de Veneris ara est θ, 363. nam, si ad rem divinam nullum accedebat convivium, solus suffitus religiosus offerebatur. nomen est a τὸ θύος: a quo et est ὁ θυοσκόος, i. e. ἱεροσκόπος, ὁ διὰ ἐμπύρων καὶ τοῦ θυμιᾷν τὸ μέλλον σημαίνων καὶ μαντευόμενος. nam θύος est τὸ θυμίαμα, τὸ ἱερεῖον: et κοεῖν est νοεῖν, unde μακκοᾷν est, μὴ νοεῖν, ἀλλὰ ἀνοηταίνειν. ergo θυοσκόος est, ὁ διὰ θυίων κοῶν, i. e. νοῶν, τὰ μέλλοντα. potest tamen simul et esse, ὁ θύτης, ὁ τὰ θύη κέων, i. e. καίων, qui adolet sacra.

Θυηλὴ, ῆς. ἡ. (Θέω) in poëta est, pars carnis assatæ, quæ diis cum voto aliquo in ignem sacrum injiciebatur, initio cœnæ. πυρὶ ἐνέβαλλε θυηλὰς, I, 220, i. e. ἀπόμοιράν τινα τῶν ὀπτηθέντων κρεῶν. vide θύω. deinde in genere est, res divina, vel suffimenti materia aut continens. etiam θυηλαὶ sunt αἱ διὰ θυσιῶν μαντεῖαι, ἃς πελάνους καὶ πελανοὺς quidam vocare solent. hinc est ἡ θυμέλη, quatenus notat *aram*: in genere est tabulatum, pulpitum, imo et quodvis solum vel sedes: ut simul ad θέω pono, referatur. hinc urbs Μυκήνη dicitur Κυκλώπων θυμέλαι, Eurip. Iphig. A. 152, Cyclopum fundatum solum.

Θυμαλγὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἀλγω) qui animum tristitia afficit, animum crucians et doloris sensu implens. et τῷ θυμαλγεῖ opponitur ἡ θυμηδία, ας, voluptas animi. ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμαλγέα πέσσει, Δ, 513, apud naves, in castris, iram tristem coquit. παῦε, ἔα δὲ, χόλον θυμαλγέα, cessare fac, mitteque, iram ingratam animo, I, 260. et 561, χόλον θυμαλγέα πέσσων. et 387, πρίν μοι ἀποδοῦναι πᾶσαν θυμαλγέα λώβην, antequam mihi persolvat et luat omnem acerbam contumeliam, quæ me male habuit. ὡς οὖν θυμαλγέα μῦθον ἤκουσε, θ, 272, nuntium tristem, Vulcanus de adultera sua Venere. et est θυμαλγὴς idem quod θυμοδακής. ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες, rem mihi multas curas in animo meo cientem, π, 69, *dein reden machet mir kummer und unruhe im gemüthe, (thy words give me great uneasiness.)* nam ita accidit viris bonis, qui juvare volunt sed non possunt, quando iis occasio ostenditur benefaciendi. λώβης ἴσχεσθαι θυμαλγέος, abstinere a contumelia animum patientis cruciante, σ, 346. sic et υ, 285. καμάτῳ θυμαλγέϊ, defatigatione animum cruciante, υ, 118. συνέδεον χεῖράς τε πόδας τε θυμαλγέϊ δεσμῷ, χ, 189, tristi et duro vinculo. ὕβριν ἀγασσάμενος θυμαλγέα, καὶ κακὰ ἔργα, indignatus injuriam tristem, ψ, 64. et 183, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες, hoc verbum ingratum mihi; alio sensu ac supra. λώβην τινύμενος θυμαλγέα, καὶ κακὰ ἔργα, ulciscens, ω, 325. alibi dixit, ἄλγος ἱκάνει θυμὸν, Γ, 97, ex quo hoc nomen est compositum.

Θυμαρὴς, έος. ὁ ἡ. (Ῥέω) animo conveniens, appetitui congruens et gratus. idem ac θυμήρης, q. v. ἔχει ἄλοχον θυμαρέα, habet uxorem aptam animo suo, I, 336, coll. 342, 343, quam igitur ex animo ipse quoque fovet, *die ihm ans herz gewachsen, (whom he dearly loves.)* sic, ἔχων ἄλοχον θυμαρέα, κεδνὰ ἰδυῖαν, ψ, 232. αὐτῷ σκῆπτρον θυμαρὲς ἔδωκεν, dedit ei proficiscenti scipionem placentem ei et aptum, ρ, 199. sic utroque modo ὁ ἡ εὐμαρὴς et εὐμήρης dicitur, diverso accentu, et diversa penultima.

Θυμέλη, ἡ, vide sub θυηλή.

Θυμηγερέω, (Ῥέω) animum recolligo et recipio. est ergo a θυμὸς et ἀγείρω, sicut divisim poëta sæpe dicit, ἠγέρθη θυμὸς εἰς φρένα. θυμηγερέων, η, 283, i, e. συνάγων καὶ ἀνακτώμενος ψυχὴν, animam evanescentem recolligere, *wieder zu athem kommen, (to come to himself again.)* Vide sub θυμὸς, sub medio bis, et ἀγείρω ad medium.

Θυμηδὴς, έος. ὁ ἡ. (Ἥδω) animo gratus et satisfaciens. ejus oppositum est θυμαλγὴς, animum crucians. χρήματα θυμηδέα, opes sufficientes et gratas, π, 389.

Θυμήρης, εος. ὁ ἡ. (Ῥέω) animo conveniens, appetitui congruens et gratus. opponitur τῷ θυμοφθόρῳ. ἀρέσκων τῷ θυμῷ. θυμῆρες κεράσασα, sic miscens aquam calidam et frigidam, ut voluptate afficeret me lavatio, κ, 362, καταχέουσα (in aquam frigidam) οὐ πανύ τι ζέον, ἀλλὰ δηλαδὴ εὔκρατον, *das zu erleiden war, (that could be borne.)*

Θυμοβόρος, ου. ὁ ἡ. (Βοῦς) animum arrodens, *herzfressend, lebenkürzend, (consuming the vitals, abridging life.)* est epitheton ἔριδος κακῆς. θυμοβόρου ἔριδος μένει, vi contentionis vitam absumentis, H. 210, et sic vocatur pugna. sic et 301, ἐμαρνάσθην (pugnabant) ἔριδος περὶ θυμοβόροιο, per contentionem vitæ exitiosam. nam θυμὸς notat et, vitam, animam. τὼ δ' αὖτις συνίτην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο, Π, 476. θυμοβόρῳ ἔριδι μενεήναμεν, Τ, 58, ubi Achilles sic vocat iram suam contra Agamemnonem, quæ causa fuit, ut multis vita eriperetur in adversis prœliis. γυναῖκες χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο νεικοῦσιν ἀλλήλαις, Υ, 253, mulieres, quæ iratæ per contentionem animos ipsarum vorantem convitiantur sibi invicem; ubi ergo non per se letalem contentionem significat, sic tamen ut vel occidere se invicem paratæ sint si fieri possit.

Θυμοδακὴς, έος. ὁ ἡ. (Δάω) quod animum mordet et acriter compungit. θυμοδακὴς γὰρ μῦθος, θ, 185. qui et δακέθυμος dicitur. et l. c. non est in hostili sensu, sed, accendens et stimulans animum.

Θυμολέων, οντος ὁ. (Λάω) animo onino præditus, ὁ ψυχικὴν προθυμίαν ἔχων λέοντος, ὁ θυμὸν ἀγήνορα ἔχων κατὰ λέοντα. ὁ θυμῷ λέων, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτος, *der ein löwenherz von natur hat, (naturally lion-hearted.)* sic ὁ θυμόσοφος est, ὁ μὴ ἄλλοθεν, ἀλλὰ φυῇ (i. e. εὐφυΐᾳ τῇ κατ' αὐτὸν) σοφός. πατέρα θρασυμέμνονα, θυμολέοντα, E, 639. Ἡρακλῆα, λ, 266. Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα θυμολέοντα, H, 228. πόσιν ἐσθλὸν ἀπώλεσα θυμολέοντα, δ, 724, 814.

Θυμοραϊστὴς, οῦ. ὁ. (Ῥάω) qui vitam destruit et dispergit, a ῥαΐζω, quod vide sub ῥαίω, et ὁ θυμὸς, vita. est epitheton mortis, θάνατος θυμοραϊστὴς, N, 544. Π, 414, 580. δηΐων ὑπὸ θυμοραϊστέων, ab hostibus vitam adimentibus, Π, 591. Σ, 220. terminatio est Ionica, pro στῶν, et in metro valet pro una syllaba.

Θυμὸς, οῦ. ὁ. (Θέω) anima, *die seele, (the soul.)* animus, *das gemüth, (the mind.)* mens, cupiditas, adfectus, studium, desiderium, impetus animi, propositum, fiducia. vita. est a θύω, i. e. ὁρμάω, quæ etymologia apparet ex A, 342. θύει ὀλοαῖς φρεσὶ, fertur pectore ad perniciem ruente. πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι, Δ, 263, bibere quando liberet, Θ, 189. sic, αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει, ipsorum animus ita fert, Z, 439. et 444, οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν. ὅντινα θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνώγει, H, 74. βαλέειν δέ ἑ θυμὸς ἄνωγεν, Θ, 322, cupiebat eum ferire, προεθυμεῖτο. ὅταν τινὰ θυμὸς ἀνώγῃ, I, 101. τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν, cupio id perficere, Ξ, 195. οὐδ' ἐμὲ θυμὸς ἄνωγε ζώειν, Σ, 90. coll. 176, 426. Υ, 77, 179. ergo, θυμὸς ἀνώγει με, i. e. cupio, promtus sum, in animo habeo, volo. sic et X, 142, i. e. προθυμεῖται. eadem phrasis est, θυμός με κελεύει, H, 68. Θ, 6. κέλεται, K, 534. Π, 382. ἔπιόν τε ὅσον ἤθελε θυμὸς, I, 177. οὐ σοὶ ἤθελε θυμὸς ἑταίροις ἀμύνειν, P, 702. et 488, εἰ σύ γε θυμῷ σῷ ἐθέλεις. ἤθελε θυμῷ ἆξαι, cupiebat frangere hastam, Φ, 177, coll. 179. ἵετο θυμῷ, cupiebat, B, 589. βαλεῖν δέ ἑ ἵετο θυμὸς, Θ, 301, 310. ὁ δὲ ἵετο θυμῷ τὸν βαλέειν, N, 386. οὐκ Αἴαντι ἥνδανε θυμῷ ἑστάναι, O, 674. sic et A, 24. αὐτῷ θυμὸς ἐβούλετο, statuerat cum animo suo, O, 596. et 43, αὐτὸν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει. ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει, N, 784. οὔ μιν θυμὸς ἐάσει εἴσω ἐφορμηθῆναι, Σ, 282, nolet ipse intro irrumpere in castra. οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, A, 468, 602. B, 431. H, 320. Ψ, 56. π, 479, ubi θυμὸς est, appetitus cibi. θυμὸν ἕνα ἔχοντες φρεσὶ, N, 487. O, 710. Π, 219. P, 267, et notat id τὴν ὁμόνοιαν, μίαν προθυμίαν, vel audacius paullo, μίαν ψυχὴν ἐν δυσὶν ἀνδράσιν: unde est τὸ, ὁμοψυχεῖν, et oppositum ejus est τὸ, ἀμφὶς φρονεῖν: hinc est et τὸ, ὁμοθυμαδόν. sic, θυμὸν ἴσον ἔχοντες, P, 720, quæ est circumlocutio τοῦ, ὁμοψυχεῖν. εἴ σοι θυμὸς ἐπέσσυται, si tibi sic impellitur animus, i. e. si vis, A, 173. sic, μοὶ, Z, 361. σοὶ αὐτῷ, I, 42. αὐτὸν ἔλιπε θυμὸς, eum relinquebat anima, i. e. moriebatur, Δ, 470. Π, 410. et 743, ἔλιπεν ὀστέα θυμὸς, i. e. ἀπέθανεν, sic et M, 386. θυμὸν ἀποπνείων, animam agens, exspirans, Δ, 524. N, 654. et 691, θυμὸς ᾤχετο ἀπὸ μελέων, i. e. moriebatur, spiritus abiit a membris et a corpore: et id notat celeritatem mortis; nam vulnus illud maxime letale. sic et Π, 606. ἐξαίνυτο θυμὸν αὐτῷ, animam abstulit ei, Δ, 531. E, 155, 848. ἄμφω θυμὸν ἀπηύρα, ambos privavit anima, Z, 17. sic K, 495, μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα αὐτόν. Π, 828. et cum dativo personæ, πολλοῖς, P, 236. et sine casu personæ, Φ, 179, coll. 177. μή τις ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο, pro ἀφέλοιτο, eriperet animam, E, 317, i. e. θανατώσῃ. et cum genitivo personæ hæc phrasis, K, 506. μή σε βάλω ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι, P, 17. αἴκε σε ἀφέλωμαι θυμὸν, Υ, 436. ὡς ὄφελόν σοι ἐκ θυμὸν ἑλέσθαι, Λ, 381, utinam tibi vitam eripuissem. ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται, X, 68, ex artubus animam eripuerit. θυμὸν ἀπὸ μελέων δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω, H, 131, id precabitur, ut anima ipsius ex corpore abeat ad inferos, i. e. θανεῖν. τάχα ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ, perdet sane animam suam, A, 205, i. e. peribit. conf. ποτέ. sic, εἴως φίλον ὤλεσε θυμὸν, donec periit, Λ, 342. αὐτὸς δ' ὤλεσε θυμὸν ὑφ' Ἕκτορος, P, 616, interfectus est ab Hectore. καί νύ κεν ἔνθα ὁ γέρων ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσεν, pro ἀπώλεσε, ibi sane senex periisset, Θ, 90. et 270, αὖθι πεσὼν, cadens ibi ἔθανεν. sic et K, 452. Λ, 433. M, 250. Π, 861. Σ, 92. sed active est E, 852, μεμαὼς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, cupiens eum interficere, κτείνειν. θυμοῦ δευόμενον, carentem anima, i. e. morientem, Υ, 471, coll. 459, ἐξαίνυτο θυμόν. et 406, λίπε ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ. et θαυμασίως τὸ θανεῖν dixit ψυχῆς δεύεσθαι. sic Γ, 294, θυμοῦ δευομένους, de agnis mactatis. μόγις δ' ἐσαγείρατο θυμὸν, ægre collegit animum, Φ, 417, i. e. τὸ ζωτικὸν πνεῦμα post λειποθυμίαν. sic, ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, X, 475, in præcordia animus recollectus est, coll. 466, s. ubi gravissimum animi deliquium est descriptum: ut θυμὸς sit ἡ ζωτικὴ ψυχικὴ δύναμις. μάλα θυμὸν ἐχολώθη, valde iratus est animo, Δ, 494, ubi θυμὸς est sedes affectuum. sic N, 660. οὐδὲ ἐχολώσατο θυμῷ, O, 155, i. e. placatus est, ἡδύνθη. *er zürnete nicht mehr, (he was appeased.)* Αἰνείας δ' ἄρα θυμὸν ἐχώσατο, Π, 616. αὐτῷ θυμὸς ἔελπετο, M, 407, sperabat. sic, σοὶ θυμὸς ἔελπεται, i. e. ψυχὴ σοῦ ἔλπεται, speras, N, 813. ἔλπετο θυμὸς ἑκάστου αὐτὸν θανεῖν, existimabat quisque, eum mortuum esse, O, 288. et 701, Τρωσὶν δ' ἔλπετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἑκάστου. sic P, 395, 404, 495. οὐκ ἔελπετο ὃν κατὰ θυμὸν, N, 8. K, 355. ἔλποντο δὲ θυμῷ, Ξ, 67. μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμὸς, P, 234. τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε, Γ, 395, huic movit indignationem in animo. sic τῷ, Λ, 803, sed adfectu alio. coll. 791, τίς οἶδε, εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι (cum bona fortuna) θυμὸν ὀρίναις; N, 418, Ἀντιλόχῳ. et 468, commovit, concitavit ei animum. τοῖσι δὲ, B, 142. τῷ, Δ, 208. Ξ, 459, 487. O, 403, *das herz rühre, (touch the heart.)* P, 123, ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνῃς, Ω, 467, sc. εἰς ἔλεον. πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, E, 29, turbatus est animus. τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἀκούοντος κακὰ ἔργα, I, 591, motus est animus ad opitulandum. πᾶσιν ὀρίνθη, Π, 280, sc. εἰς δειλίαν, μετὰ δειλίας.

ἱππεὺς, έως. ὁ. (Πάω) eques, qui ex equo pugnat. sed apud poëtam est, vir nobilis, qui ex curru equis juncto pugnat: iis enim temporibus nondum erat in usu is equitatus, qui postea fuit. equo uni insidere, pertinebat ad certamina ludicra, non ad seria et militaria, illo ævo. πεζοί τε ἱππῆές τε, B, 810. Θ, 59. Λ, 529. πολλοὶ ἱππῆες ἠρήσαντο φορέειν αὐτὸ, Δ, 144. et 297, ἱππῆας σὺν ἵπποις καὶ ὄχεσφιν, ex quo apparet, qui fuerint illi ἱππῆες, ex curribus nimirum pugnantes. et hos ordinabant in prima acie, iique certamen incipiebant. et 301, ἱππεῦσιν ἐπετέλλετο, ubi vides, non solum duces, sed et aliam juventutem nobilem loco militum, pugnasse curribus; loco equitatus recentioris et commodioris. φθὰν δὲ μεθ' ἱππήων ἐπὶ τάφρῳ κοσμηθέντες, ἱππῆες δ' ὀλίγον μετεκίαθον, Λ, 51, 52, ubi οἱ πρυλέες, 49, sunt iidem, qui 47 dicuntur ἕκαστος, et sensus est: cito pervenerunt cum iis qui currus regebant, ad fossam ordinati et instructi in acie; ii enim qui regebant currus exiguo spatio subsequebantur hos heroas. ἱππέες ergo sunt, qui 47 dicti ἡνίοχοι. et 151, πεζοὶ πεζοὺς ὄλεκον, ἱππεῖς δ' ἱππῆας. et 719, ἱππεῦσι μετέπρεπον ἡμετέροισι, eximius eram inter equestres nobiles nostros. et 725, ἱππῆες Πυλίων, quibus Nestor se adnumerat, qui tamen eo tempore re vera erat pedes: ut appareat, partim dignitatis esse nomen, partim status præsentis, ut, qui in curru vehitur nobilis, jam sit ἱππεὺς, alter vero nobilis qui jam pedibus utitur suis, sit πεζὸς, 720. et 745, ἡγεμόνα ἱππήων, ductorem et magistrum equitum. ἔνθα οὔπως ἐστὶ μάχεσθαι ἱππεῦσιν, ibi omnino nequeunt pugnare equites, M, 66, angustiæ enim ibi sunt, et clades accipienda. νῦν ἱππεῦσιν ἐπότρυνον πολέεσσιν, cohortare eos, O, 258. et 270, ὀτρύνων ἱππῆας. Πατρόκλεις ἱππεῦ, ubi est dignitatis nomen, Π, 20, 744, 812, 843, et poëta miserans utitur hac apostrophe. ἀνέβησαν ἐν δίφροις παραιβάται ἡνίοχοί τε, nam duo semper, non plures, erant in uno curru, alter regebat equos, alter pugnabat, Ψ, 132, ut ergo hi duo, sunt species generis ἱππέων. et 133, πρόσθε μὲν ἱππῆες, μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν, ubi vides ordinem proficiscendi. et 262, ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα (πρῶτον) ποδώκεσιν ἄεθλα ἔθηκε, curruum cursu certaturis, quorum erant quinque: coll. 273, ἱππῆας τάδε ἄεθλα δεδεγμένα, præmia ista exceptura aurigas, coll. 286. et 287, ταχέες δ' ἱππῆες ἄγερθεν, congregabant se; et ταχέες est loco adverbii ad verbum pertinens, pro ταχέως. πεζοί τε ἱππῆές τε, ω, 70.

ἱππηλάσιος, η, ιον. (Ἐλάω) per quod equi possunt agi. ἄρα δι' αὐτάων (πυλῶν) ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη, ut per eas portas esset via equis ad exeundum, H, 340, 439. apud recentiores ἡ ἱππηλατία, ας, est substantivum, notans abactionem equorum: etiam simplicem actum τοῦ, ἐλάσαι ἵππους.

ἱππηλάτης, ου. ὁ. (Ἐλάω) qui bene equum vel equos regit et agit. est epitheton nobilissimorum hominum antiqui orbis, ut notentur equestres viri, i. e. non ex plebe oriundi. metri causa scribitur et nominativus ὁ ἱππηλάτα. sic vocatur Τυδεὺς, Δ, 387. Πηλεὺς, H, 125. Φοῖνιξ, I, 432. et 438, Πηλεύς. idem Σ, 331. Λ,

771. sic iterum Φοῖνιξ, Π, 196. Τ, 311. Νέστωρ, γ, 436. est ergo titulus principalium virorum. sic Οἰνεύς, Ι, 577.

ἱππήλατος, ου. ὁ ἡ. (Ἐλάω) ubi equi agitari possunt. οὔ τις νήσων ἱππήλατος, nulla harum insularum equis est apta, δ, 607. ν, 242.

ἱππημολγός, οῦ. ὁ. (Ἕλω) qui equas mulget. pro ἱππαμολγός. ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν, γλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων, Ν, 5. qui sunt gens Scythica, ex qua fuit philosophus Anacharsis, etiam nomine proprio οἱ Ἄβιοι dicti; nam h. l. est id epitheton.

ἱππιοχαίτης, ου. ὁ. (Χάω) ex juba equina factus. est ab ἡ ἱππεία χαίτη: ergo ε extrusum. λόφον ἱππιοχαίτην, Ζ, 469, ergo τῷ λόφῳ in galea addebantur densi pili ex juba equina; imitabatur cervicem equi jubis adfixis.

ἱππιοχάρμης, ου. ὁ. (Χάω) equestris pugnæ peritus, equestri re gaudens. Τρώϊλον ἱππιοχάρμην, Ω, 257. Ἀμυθάονα, λ, 258. Vide sub ἱπποκορυστής.

ἱππόβοτος, ου. ὁ ἡ. (Βοῦς) equis alendis aptus et commodus. *wo gute stutereien seyn können, (suitable for breeding horses.)* regio campestris, apta equis pascendis. ἀπὸ Ἄργεος ἱπποβότοιο, Β, 287. Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα, Γ, 75. πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβ. Ζ, 152. οἷον ἐμὲ φθίσεσθαι ἀπ' Ἄργεος, Τ, 329. ἀνήγαγον αὖτις Ἄργος ἐς ἱπ. Ο, 30. ὁ δ' εὔκηλος μυχῷ Ἄργεος, γ, 263. ἄλλων ἵκετο δῆμον Ἄργος ἐς, ο, 239. et 274, πολλοὶ κασίγνητοι Ἄργος ἀνά. hinc et hæc regio Neptuno erat sacra: nam equus est Neptuni animal. Τρίκης ἐξ ἱπποβότοιο, Δ, 202. νήσοις πρὸς Ἤλιδος ἱπποβότοιο, φ, 347. μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο, δ, 606, magis grata, quam alia terra equis apta, et sermo est de Ithaca. quæ cur non sit ἱππόβοτος, ratio est 601, seqq. τὸ Θερείβοτον est τόπος, ἔχων καὶ ἐν Θέρει (in æstate) νομὰς, *wo bey der grössesten hitze doch gute weide ist, (where there is good pasturage even in the heat of summer.)*

ἱππόδαμος, ου. ὁ. (Δάω) qui equos bene domat et regit. est epitheton hominum nobilium, qui equis vehebantur in bello: nunquam vero de plebe adhibetur. *ein edler rittersmann, (a noble knight.)* si ergo dicitur, Τρῶες ἱππόδαμοι, non de vulgo, sed de nobilitate Trojana, est accipiendum, ut de primaria parte exercitus. Ἀτρέος ἱπποδάμοιο υἱὲ, Β, 23. et 230, Τρώων ἱπποδάμων. sic et Γ, 127, 131. et 237, Κάστορα δ' ἱππόδαμον. Τυδέος ἱπποδάμοιο υἱὲ, Δ, 370. et 509, ὄρνυσθε, ἱππόδαμοι Τρῶες, et sic alloquitur duces. sic et Μ, 440. Διομήδεος ἱπποδάμοιο, Ε, 849. Ἀντήνορος, Ζ, 299. Ἕκτορος, Η, 38. Φρύγες ἱππόδαμοι, Κ, 431. et 424, Τρώεσσι ἱπποδάμοις. Ἀντήνορος, Ξ, 473. Τρῶας ἐς ἱπποδάμους, Ρ, 230. Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν, Τ, 237. Ἕκτορος, Χ, 161, 211. Ω, 804. Τυδέος, Ψ, 472. Νέστορος, γ, 17. et 181, Διομήδεος. Κάστορα, λ, 299. ἱπποδάμους ἥρωας, Ne. 4, 48.

ἱππόδασυς, σεια, συ. (Σέω) pilis equinis densus. et est epitheton galeæ, cui superponi solebat densus ex equinis pilis conus. κόρυς ἱππόδασεια, Γ, 369, ubi simul incommodum ejusmodi galeæ crinitæ indicatur. hinc οἱ Κούρητες abscindebat etiam sibi comam, ne prehenderentur forte ab hostibus. sic idem epitheton de eadem, Δ, 459. Ζ, 9. Ν, 614, 714. Ο, 535. Ρ, 295. χ, 111, coll. 124.

ἱππόδρομος, ου. ὁ. (Τρέω) curriculum equorum, *laufbahn für pferde, (a course for horses.)* λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφὶς, Ψ, 330, ubi maxime sic vocatur τὸ περὶ τὸν καμπτῆρα χωρίον τὸ ἐν ξυνοχαῖς ὁδοῦ, regio illa non lata sed arcta, viæ circa et versus metam: nam reliqua regio fortasse non λεία, hæc vero accurate erat complanata manibus hominum.

ἱπποκέλευθος, ου. ὁ. (Ἕω) qui in equis vadit, equis. Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε, Π, 126, 584, 839, et id epitheton innuit, Patroclum melius pugnare solitum esse ex curru, quam pedestri pugna. cæterum ex hoc epitheto maxime vis activa τοῦ ἡ κέλευθος apparet.

ἱππόκομος, ου. ὁ ἡ. (Κόμω) equinis pilis exornatus. est epitheton galeæ, cujus vertex equinis pilis erat densus. τρυφάλεια, Μ, 339. κόρυς, Ν, 132. Π, 216, 338, 797. nam κόμη dicitur et de ἵππῳ, sicut ἡ θρὶξ, unde sunt καλλίτριχες ἵπποι. sed ὁ ἱπποκόμος est, ὁ ἐπὶ μελητὴς ἵππων, qui equos curat et alit, a κομέω. et sic accentu differunt omnia a κομέω, et ἡ κόμη, derivata adjectiva. ex quo simul apparet, accentus non esse abjiciendos, ut quidam ignaviæ patroni contendunt.

ἱπποκορυστής, οῦ. ὁ. (Κάρα) qui in equo armatus est, eques nobilis. est ergo nomen viri nobilis in re militari et equestri; sicut et κορυστής in genere. est idem quod ὁ ἱππιοχάρμης, ου, et ἱππότης πολεμιστὴς, qui ex equo vel curru militari pugnat. Β, 1. Κ, 431. Π, 287. Φ, 205. Ω, 677.

ἱπποπόλος, ου. ὁ. (Πέλω) qui cum equis et in equis versatur, eques bonus. ἱπποπόλων Θρηκῶν αἶαν, Ν, 4. sic, ὄρεα, Ξ, 227.

ἵππος, ου. ὁ ἡ. (Πάω) equus, equa. *ein ross, ein pferd, (a horse.)* habet nomen ab ἵπτασθαι ποσὶ, volare pedibus, nam celerrimum pedibus est hoc animal. ea etymologia apparet quoque ex epitheto ὠκυπέτης, celeriter volans; et quod sæpissime verbum πέτεσθαι, volare, de equo ponitur. vide Θ, 41, 42, 45. ubi simul vides, tribui equis ἐθείρας et κόμας, χρυσέαις ἐθείραις κομόωντε ἵππω, sicut et ἡ θρὶξ, unde vocantur καλλίτριχες, Ε, 323. præstantissimos equorum in exercitu Græco et Trojano studiose memorat poëta: nam in bellis sunt magno usui. imo orbis antiquus, et nobiles illorum temporum viri, maxime admirati sunt equos bonos et veloces. ἵπποι μὲν μέγα ἄρισται ἔσαν, ἃς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας, ὄρνιθας ὣς, ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας, Β, 763—767, nam pluribus ibi depinguntur hæ equæ, additurque, φόβον Ἄρηος φορεούσας, quæ fugam Martis, activam et passivam, ferrent,

i. e. in prœliis ad insequendum et fugiendum aptissimæ. et 770, ubi ἵπποι Achillis præferuntur his Eumeli equabus; eorumque genealogiæ adfertur, Π, 148—154, iique equi duo, Ξάνθος καὶ Βαλίος, ἅμα πνοιαῖς πετέσθην, nati ex matre Ποδάργῃ, equa, et Ζεφύρῳ ἀνέμῳ, erant immortales, i. e. non castrati mares: sed tertius his adjunctus Πήδασος erat mortalis, i. e. castratus. iidem dicuntur ὠκεῖς ἵπποι ἄμβροτοι, οὓς Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν, ἀγλαὰ δῶρα: nam in nuptiis Pelei et Thetidis Neptunus dedit equos hos, Vulcanus arma et gladium, Nereus salem, etc. iidem describuntur, Ρ, 75—78. isti equi deflent Patrocli mortem, 426—458, ubi poëta γλυκέως fingit eos ut ratione præditos. præterea equi solent amare rectores suos notos. Achilles loquitur cum illis, Τ, 399—403. 420—424. et unus respondet voce humana, 404—418. iidem hi equi Achillis laudantur, Ψ, 276—284, qui locus est conferendus totus. ἵπποι Διὸς describuntur, Θ, 41, 42, 45—50. et deorum equis δέδοται καὶ διὰ θαλάσσης θέειν, Ξ, 308. equorum militarium laudes sunt, Θ, 106—107. et 290, δύω ἵππους αὐτοῖσιν (σὺν) ὄχεσφιν, ubi sunt donum heroicum inter duo alia præstantissima, tripodem et mulierem pulcram. eorum cura describitur, Κ, 567—569. Hector adloquitur suos quatuor equos, quasi essent λογικοί, Θ, 185—191, quo loco quidam volunt, duo tantum esse equos, Ξάνθον καὶ Λάμπον, et reliqua duo esse epitheta horum, ταχύτατε, πυῤῥέ: pro argumento habent, quia sequatur dualis verbi; et quia mos non fuerit heroibus, quatuor equis junctis vehi, sed duobus tantum, ξυνωρίδι, ad summum tribus, παρηόρῳ ἐνὶ addito, sicut de Nestore præcessit. sed h. l. frustra sunt hi interpretes, nam numerus quaternarius est manifestus; et hi equi faciebant vel δύο ῥυμοὺς, *zwey paar hintereinander gespannet, (two pair harnessed, one behind the other,)* ut Æschylus dicit, ἐν διῤῥυμίᾳ πῶλοι, vel omnes uno ordine juncti erant, *alle viere neben einander, (all four abreast,)* quod τέθριππον vocant. Græci; ut et δευτέρῳ παρηόρῳ usus sit Hector, ostentationis virium causa, unde et θρασὺς ἡνίοχος paullo ante dictus: dualis vero verbi respicit τὴν τῶν ζυγίων σύστασιν (duos illos equos qui temonem interjectum sibi habebant et jugum portabant) et τοὺς δύο παρηόρους, adjunctos illos duos jugalibus, a dextra et sinistra: ergo, vos utrique, et jugales et adjuncti, equi, *beiderseits, ihr joch, und neben pferde, (ye horses, both in yoke, and you beside them.)* hoc τέτρωρον in Iliade quidem alio loco, præter hunc, non invenitur; at in Odyssea est obvium, ν, 81—83. cæterum est in verbis Hectoris etiam alia difficultas, Θ, 188, 189, negant enim quidam, πυρὸν dari solere equis, sicut et οἶνον: itaque intelligi volunt, Hectorem sic dicere: vobis prius datum est pabulum, antequam mihi apponeretur panis et vinum. sed verba poëtæ sunt clara, ut ejusmodi argutiis opus non sit, et conf. οἶνος, πυρὸς, Ἀνδρομάχη. iidem Hectorei equi laudantur, Π, 835. Antilochus quoque adloquitur equos suos velut λογικοὺς, Ψ, 402—418. ob admirabilem quorundam celeritatem dicuntur a vento creati poëtice. sic Π, 150, ubi equa Ποδάργη, mater equorum Achillis, a vento Ζεφύρῳ prægnans facta fuisse dicitur. idem narratur de vento Borea, quod equas imprægnaverit, Υ, 221—229, ubi simul summa velocitas hyperbolice depingitur, et ubi maximi equorum greges memorantur. cæterum subest aliquid physici. nam ἵππος ἐξανεμουμένη ἐν τῷ συνδυάζεσθαι, καὶ μάλιστα πρὸς βοῤῥᾶν, τίκτει καλά. quod et homines quandoque imitati dicuntur, pulcræ prolis causa. cæterum l. c. apparet, reliquas ἀγέλας, præter has, tantum laudis meritas non esse. equi autem amant loca aquosa ad pastum. ἵππος sacrificabatur fluvio, ὡς ταχύτατον ζῶον τοῖς ὠκυῤῥόοις ποταμοῖς, sic ut vivus demergeretur, Φ, 132, ζωοὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους, coll. 131. apud Persas sacrificabatur equus soli, τῷ ταχυτάτῳ τὸ ἐν ζώοις τάχιστον, etiam sacri erant soli apud eosdem. φοῖνιξ τῷ χρώματι ἵππος, et in fronte notatus alba macula, habetur optimus, Ψ, 454, 455. præterea erat γύμνασμά τι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τέθριππον ἄνευ ἅρματος. jungebantur equi quatuor solis capitibus, non modo veloces et firmi, sed et εὐπειθεῖς, *schnelle, aber zugleich wohl abgerichtete, (swift, but at the same time well trained,)* insidebat unus homo, qui inter currendum assidue ab uno in alterum transiliebat. tales conjuncti equi currentes vocabantur etiam ἅμιπποι. Homeri ævo erat hoc exercitium in usu; hinc parabolam inde sumit, Ο, 679—684, ubi accurate id est depictum: quanquam fortasse heroicis temporibus usurpatum nondum fuerit. instituebatur idem exercitium cum duobus aut tribus equis, quorum capita erant juncta loro: et id vocabatur ὁ κελητισμὸς, et κελητίζειν. de ejusmodi desultoribus in duobus equis vide Livium lib. 23, c. 29. nam ὁ κέλης, ητος, est, *ein reit-oder renn-pferd, (a riding or running horse,)* quales isti erant. cæterum parabola illa l. c. eo magis apta ibi, quia naves vocantur ἁλὸς ἵπποι, *see-pferde, (sea-horses.)* ἵππος στατὸς, equus qui in stabulo alitur, *ein pferd aus dem stalle, (a horse out of the stable,)* ὁ τῆς ἀγέλης ἀποσπασθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἐφ' ἱκανὸν στὰς, καὶ ἀναπαυθεὶς, Ζ, 506—511. Ο, 263—268. hinc est τὸ ἱπποστάσιον. velocitas equorum divinorum, Ε, 770—772, qui unico saltu tantum spatium superant, quantum metiuntur oculi sedentis in alto promontorio et spectantis mare tranquillum. et 263—273. et 319—324. ἵππους καὶ βοῦς ἐμὰς οὐκ ἤλασαν, non abegerunt, i. e. nihil mali mihi fecerunt, Trojani, Α, 154. ἵπποις δεῖπνον εὖ τις δότω ὠκυπόδεσσιν, Β, 383. et 390, ἱδρώσει ἵππος ἅρμα τιταίνων. et 554, κοσμῆσαι ἵππους καὶ ἀνέρας, equites et pedites ordinare in acie. et 838, ὃν φέρον ἵπποι αἴθωνες μεγάλοι. ἵππους μὲν ἔρυξαν ἐπὶ στίχας, ἐκ δ' ἔβαν αὐτοὶ, Γ, 113, equos retrahebant in ordines rectos, ipsique descenderunt; *sie rucketen die*

pferde in ihre ordnungen, koppelten sie, und stiegen ab, (they drew up the horses in their proper places, coupled them, and alighted:) nimirum, quia heroicis temporibus is equitatus nondum erat, ut singuli singulis equis insiderent, sed plerumque bini homines currui uni duobus ad minimum equis juncto insisterent; etiam h. l. de curribus est intelligendum, licet soli equi nominentur. sic et in sacris litteris, e. c. Judicum iv, 3, ubi ex nongentis curribus conjiciendum, quantus fuerit peditatus: nam nobiles tantum pugnabant ex curribus. *πεδίονδε εἶχον ὠκέας ἵππους*, versus campum dirigebant et agebant veloces equos, nam sic *τὸ ἔχειν* etiam Germani exprimunt, *daraufhalten*, i. e. *dahin zielen, (made for*, i.e. *drove towards,)* Γ, 263. et 265, *ἐξ ἵππων* (de curru) *ἀποβάντες ἐπὶ χθόνα*. et 327, *ἵπποι ἀερσίποδες*. *καμέτην μοι ἵπποι*, delassati sunt mihi, Δ, 27. et 142, *παρήϊον ἵππων*, ornatus ad maxillas equorum. et 145, *ἵππῳ κόσμος*. et 226, *ἵππους ἔασε*, prudenti consilio. et 227, *ἀπάνευθε ἔχε φυσιόωντας*, *hielt sie auf der seite, (kept them on one side,)* seorsum tenebat eos, non nimis ex longinquo sequentes regem obeuntem copias. et 302, *σφοὺς ἐχέμεν*, suos equos continere in ordine, et probe regere. et 366, *ἑσταότα ἐν ἵπποισι καὶ ἅρμασιν*, i. e. in curru juncto equis. et 391, *κέντορες ἵππων*, equestres viri, *ritter, (horsemen.)* et 500, *παρὰ ἵππων ὠκειάων*, nam *τὰ ἱπποφόρβια καὶ ἱπποστάσια Πριάμου* (*die stutereien*) (*horse pastures*) erant in Abydo et circa eam urbem. *τὼ μὲν ἀφ' ἵππων*, illi duo de curru pugnabant, currui insistentes, Ε, 13. et 19, *ὦσε ἀφ' ἵππων*, dejecit eum de curru ejus. et 20, 21, relinquit Idæus currum suum, et fugit relictis equis, ut, occupato hoste in capiendis equis, ipse vivus effugere posset. hinc 25, *ἐξελάσας ἵππους*. et 46, *ἵππων ἐπιβησόμενος*, in currum. et 111, *καθ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε*, de curru desiliit, coll. 107. et 183, *ἵππους εἰσορόων*, intuens eos; habebat enim præstantissimos. et 192—204, ubi narrat de se, ridicule *φίλιππος*, qui equos amat ita ut iis non utatur: contra Diomedes ideo amabat equos, quia usum eorum sciebat. et 195, *δίζυγες*. et 163, *ἐξ ἵππων βῆσεν αὐτοὺς*, de curru dejecit eos, coll. 160, 165. et 227, *ἐγὼ ἵππων ἀποβήσομαι*, descendam de curru. sic, *ἐπιβαίνειν*, 255, est, *εἰς ἅρμα ἀναβαίνειν*. coll. 219, 228. et 236, *μώνυχες*. et 240, *ὠκέας εἶχον ἐπὶ αὐτῷ* dirigebant equos contra illum. et 267, *ἄριστοι ἵππων*. et 269, *θηλέας ἵππους ὑποσχὼν*, *liess seine stuten belegen, (caused his mares to be covered.)* et circa eum locum descripti sunt præstantissimi equi Æneæ; et Laomedontis regis quos Jupiter dedit pro Ganymede. et 275, *ἐλαύνοντε ἵππους*. et 295, *ὠκύποδες παρέτρεσσαν*, territi sunt. et 321, *ἐρύκακε*. et 323, *ἐξέλασε καλλίτριχας*. et 329, *κρατερώνυχας*, sc. quod attinet, i. e. cum equis. et 358, *χρυσάμπυκας*, aureis phaleris redimiti. et 366, *μάστιξεν δ' ἐλάαν, τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην*. et 368, *ἔστησεν ἵππους*, ubi et reliqua eorum curatio describitur. et 581, *ὑπέστρεφε μώνυχας*. et 589, *ἱμάσε*. et 640, *ἵππων ἕνεκα* bellum concitatum. *ἵππος τειρόμενος*, sc. *ὁ παρήορος*, Θ, 81. et 83, *ἵππου τρίχες*. et 85, *ἀλγήσας ἀνέπαλτο*. et 104, *βραδέες*. et 122, *ὑπερώησαν*. et 139, *φόβονδε ἔχε μώνυχας*, in fugam dirige equos, *ἔλαυνε αὐτοὺς εἰς φυγήν*. et 179, *ὑπερθορέονται τάφρον*. et 257, *ἔτραπε φύγαδε*. et 348, *ἀμφιπεριστρώφα καλλίτριχας*, undique circumagebat eos. et 382, *ἔντυε*, ornabat. et 392, *ἐπεμαίετο θοῶς μάστιγι*, i. e. *ἐμάστιζε*. et 396, *κεντρηνεκέας εἶχον ἵππους*, i. e. *ὡς διὰ κέντρων ταχύνοντες τὸν δρόμον*. et 402, *γυιώσω*, claudos reddam equos, *will sie verlähmen, (I will lame them.)* et 432, *πάλιν τρέπε*, retro flectebat; ubi simul de divinis equis, eorumque curatione. et 543, *ἱδρώοντας*. et 560, *κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας*. *ἵππους πηγοὺς*, *ἀθλοφόρους*, Ι, 123, 127, 265. et 407, *ἵππων ξανθὰ κάρηνα*, i. e. *ἵπποι ξανθοί*. *ἐριαύχενες*, Κ, 305, coll. 322, 402, ubi equi generosioris laus, non a quovis conscendi posse; qualis et *ὁ Βουκεφάλης Ἀλεξάνδρου*. et 436, *τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους: λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι*. et 473, *δίζυγες*, *ein gespann von zwey, (a pair,)* quod alias dicitur *ἡ ξυνωρίς*. et 477, *οὗτοι δέ τοι ἵπποι*. et 527, *ἔρυξε ὠκέας*, cohibuit, stare fecit. et 535, *ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*. et 558, *νεήλυδες*, qui recens advenerunt. *ἐρύκειν*, stare facere, Λ, 48. et 94, *ἐξ ἵππων κατεπάλμενος*, de curru desiliens contra. et 152, *ἐρίγδουποι πόδες ἵππων*. et 596, *Νηλήϊαι ἵπποι*, i. e. ex equabus Nelei productæ per successionem. equus mas vivit ut plurimum annos triginta quinque, et equa fere quadraginta. et 679, *ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, πάσας θηλείας, πολλῇσι δὲ πῶλοι ὑπῆσαν*, ubi *ἱπποτροφία εὐδαίμων* describitur, *eine ansehnliche stuterey, (a large stud.)* et 698, *τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν* (*σὺν*) *ὄχεσφιν*, quos invidit Augeas Neleo et Nestori, et sunt duæ *ξυνωρίδες*, *zwey gespann von zweyen, (two pair,)* et utraque habebat suum *ἐλατῆρα*, i. e. *ἡνίοχον*. conf. *ἀθλοφόρος*. et 701, *ἀκαχήμενον* (*ἕνεκα*) *ἵππων*, dolentem ob equos sibi ademtos. et 737, *κόμισα*, cepi. et 755, *βήσαμεν*, ire fecimus equos, *ἠλάσαμεν*, coll. 759. *οὐδέ οἱ ἵπποι τόλμων ὠκύποδες, μάλα δὲ χρεμέτιζον, ἐπ' ἄκρῳ χείλει ἐφεσταότες*, Μ, 50. 59. et 96, *αἴθωνες μεγάλοι. ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδε ἵππω, ὠκυπέτα, χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν κομόωντε*, Ν, 23, de equis Neptuni: et *χαλκόποδες* dicuntur, non quasi ferreis soleis fuerint armati pedes, quod quidem illis temporibus nondum fuit in usu: sed pro, *στερεόποδες, καὶ ἠχόποδες*, unde alibi vocat pedes eorum *ἐριγδούπους*, et equos ipsos *ὑψηχέας*, *ὧν ὑψοῦ ὁ ἦχος ἥκει τῶν ποδῶν*. et 31. *ἐΰσκαρθμοι*. et 819, *θάσσονας ἰρήκων* velociores accipitribus equi. *μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους*, Ο, 352. et 354, *εἶχον ἐρυσάρματας ἵππους*, dirigebant currum trahentes equos. conf. Π, 370. *ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας*, sub jugum duxit eos, Π, 148, coll. 145. et 167, *ὀτρύνων ἵππους τε καὶ ἀνέρας*, incitans adhortationibus equos, i. e. equestres viros, et viros pedites. et 383, *τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες*, coll.

380. et 475, τὼ δ' (ἵππω) ἰθυνθήτην, ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν. et 684, ἵπποισι καὶ Αὐτομέδοντι κελεύσας, et illis quidem per κελεύσματα nota illis; huic vero verbis. et 810, φῶτας ἐείκοσι βῆσεν ἀφ' ἵππων, viginti viros dejecit cæsos a curribus; quod Germani nostri ex suo more dicunt, *aus dem sattel heben, (to throw out of the saddle.)* ἵππων ἀθανάτων ἐχέμεν δμῆσίν τε μένος τε, immortalium equorum habere domitum robur, P, 476. et 496, ἐριαύχενας. et 614, εἰ μὴ Κοίρανος ὦκα ποδώκεας ἤλασεν ἵππους huc egisset. λαός τε καὶ ἵπποι, exercitus pedester, et equites, Σ, 153. et 244, ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους. et 280, ἐπεί κε ἐριαύχενας ἵππους παντοίου δρόμου ἄσῃ, si satiaverit eos cursu. ἵππους δ' εἰς ἀγέλην ἔλασαν θεράποντες, duodecim illos, quos Agamemnon dedit Achilli placato, T, 281, coll. 244. et 392, ἀμφιέποντες ζεύγνυσαν. et 396, ἐφ' ἵπποιϊν ἀνόρουσεν Αὐτομέδων, ὄπιθεν δὲ ἔβη Ἀχιλλεὺς, in currum is insiliit, et post eum etiam adscendit ille. prior enim erat ὁ ἡνίοχος. et 404, πόδας αἰόλος ἵππος, pedibus velox. πεδίον ἐλάμπετο χαλκῷ ἀνδρῶν ἠδ' ἵππων, Y, 157, collucebat campus ære et ferro virorum equorumque: si ibi ἵππων pro curru positum non satis placet, imaginare tibi equos quoque σιδήρῳ καταφράκτους sed cum talis ἵππος κατάφρακτος armis nusquam alibi apud poëtam appareat, placet nobis prior illa explicatio: currus enim erant multo ære ornati; et lora etiam inducta sæpe laminis æreis. et 224, ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο (equabus) κυανοχαίτῃ, ubi sermo est de Borea, qui duodecim equos imprægnavit. et 326, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων στίχας, curruum ordines. et 394, ἵπποι αὐτὸν ἐπισσώτροις (canthis rotarum) δατέοντο, comminuerunt eum jacentem et occisum in prœlio. et 401, καταΐσσοντα ἵππων, de curru desilientem eum. sic 461, ἐξ ἵππων ὦσε χαμᾶζε, de curru dejecit. et 488, ἂψ ἵππους στρέψαντα. et 489, κυκήθησαν δέ οἱ ἵπποι, equi consternati sunt. et 498, στεῖβον ὁμοῦ νέκυας καὶ ἀσπίδας, ὑπὸ Ἀχιλλέως, ab Achille acti. πλῆτο ῥόος ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν, Φ, 16. et 521, αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Τρῶας ὁμῶς αὐτούς τ' ὄλεκεν καὶ μώνυχας ἵππους. σευάμενος ὥστε ἵππος ἀεθλοφόρος, σὺν ὄχεσφιν, ὅς ῥά τε ῥεῖα θέῃ, qui sane facile currit, X, 22, ubi sermo est de equo κέλητι, qui in certaminibus jam vicit cursu: si is jungatur currui cum socio equo, facile decurrat per campum. respicit ergo parabola solam velocitatem. nam εἷς ἵππος ὄχημα οὐχ ἕλκει apud antiquos nobiles. coll. 162, ἀεθλοφόροι. ut ergo priore loco singularis positus sit pro plurali, quia ibi ad unum tantum heroëm tendebat parabola: sed nunc respiciuntur duo heroës currentes. αὐτοῖς (σὺν) ἵπποισι καὶ ἅρμασι, cum equis, ubi attice præpositio est omissa, et loco ejus positum pronomen, Ψ, 8, coll. 7. et 13, εὔτριχας ἤλασαν ἵππους. et 27, ὑψηχέας. et 130, ζεῦξαι ὑπὸ ὄχεσφιν. et 171, πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἐνέβαλλε πυρῇ, in funere Patrocli, coll. 242, et 260, ubi inter alia certaminum præmia proponuntur et equi, 265, 291, 294, 295, 301, 303, πυληγενέες, in Pylo nati equi. 309, βάρδιστοι θέειν, tardissimi cursu. et 311, ἀφάρτεροι, promtiores. 319, 322, ἥσσονας, deteriores, 321, quibus locis de certamine curuli sermo est. sic et 334, 336, 338; 346, εἴ κεν Ἀρείονα (nomen equi) δῖον ἐλαύνοι, Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν, ἢ τοὺς Λαομέδοντος, οἳ ἐνθάδε τέτραφεν ἐσθλοί. 351, 357, 362—538, ubi cursus certatorius ipse. et 517, ὅσον τροχοῦ ἵππος ἀφίσταται, sc. τοῖς ὀπισθίοις ποσί, conf. χάρη. et 582—585, ubi juraturus Neptunum in re equestri, tangebat equum manu. de equis, itineris causa, est Ω, 14, 279—282, 326, 350, 440, 469—471, 576. et ἵππων, i. e. currui, 51. ἵππος δούρειος ἢ δουράτειος, equus ille ligneus ad Trojam, narratur, δ, 272—289. et dicitur ξεστός, nam ξύλον ἴδιον est τὸ ξέεσθαι, καθὰ καὶ λίθον. et θ, 492—518, ubi κόσμος ἵππου est instructio et ordinatio illius equi, *die einrichtung, und womit es besetzet inwendig gewesen, (the construction and internal arrangement:)* κόσμος enim est et nomen militare et τακτικόν. et λ, 522—532. δουράτειος vero est a δόρυ, i. e. ξύλον, ξύλινος. ejus fabricator erat Epeus, κέλητα ὡς ἵππον ἐλαύνων, quasi veheretur equo, *als ob er ein reitpferd ritte, (as though he were riding on horseback,)* ε, 371. nam κέλης ἵππος est equus, cui insidet vector eumque concitat. οἱ ἄμιπποι sunt ἵπποι ἐξευγμένοι χωρὶς δίφρου, equi juncti invicem, sed non ad currum, sed liberi cursus causa, acti ab uno sessore. ὁ μόνιππος est ὁ ἐπὶ ἑνὸς ἵππου ἀγωνιζόμενος, et is dicitur ὁ κελητίζων. δός οἱ ἵππους, οἵ ἐλαφρότατοι θέειν, καὶ κάρτος ἄριστοι, γ, 370. et 475, καλλίτριχας. et 478, ὠκέας. ἔβη ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν, ubi deest præpositio σύν, Ægisthus ivit in curru, δ, 533, invitaturus regem. δῶρα, τρεῖς ἵππους καὶ δίφρον, δ, 590, ubi pollicetur Menelaus Telemacho ξυνωρίδα, *ein gespann von zweyen, (a pair of horses,)* et præterea unum παρήορον, *ein neben pferd, (a third horse fastened by the side of the pair.)* nam nonnunquam tres equos una jungebant ad currum. sed ea dona, utpote sibi inutilia, deprecatur Telemachus, 601—608. et 635, ἵπποι δώδεκα θήλειαι. et 708, νῆες, ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται. ἵμασεν ἵππους, ε, 380. ὥστε ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι πάντες ἅμα ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῆσιν ἱμάσθλης ὑψόσε ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρήσσουσι κελεύθον, ν, 81—83. πλῆτο δὲ πᾶν πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων, i. e. curruum, ξ, 267. et 278, αὐτὰρ ἐγὼ βασιλῆος ἐναντίον ἤλυθον ἵππων, i. e. accessi ad currum regis. ἵππους ζεύγνυντε, hi ambo jungebant equos, ο, 145, 190. et 182, ἐφ' ἵπποιϊν μάστιγα βάλεν, pro ἐπέβαλεν αὐτοῖς μάστιγα, percussit eos scutica. ἵπποισι προὔπεμψε καὶ ἅρμασι, ρ, 117. ἵππων τ' ὠκυπόδων ἐπιβήτορας, σ, 262, equites nobiles in curribus, qui sine cunctatione subeunt discrimen pugnæ, cernunt Marte, decernunt ferro. ἵππους διζήμενος, φ, 22—30, ubi est historia de Iphito, qui sæpe equos suos; qui deinde ab Hercule, horum equorum causa, est interfectus: qui autem, cum adhuc quæreret equos, Ulyssi obviam factus dederat. ᾗοῦς ἵππους ὠκύποδας, φάος

ἀνθρώποισι φέροντας, Λάμπον καὶ Φαέθοντα, οἵτε πῶλοι ἄγουσι τὴν Ἠῶ, ψ, 244—246. ἱππόθεν ἐκχύμενοι, e ligneo illo equo effundentes se, ϑ, 515. et λ, 530, ἱππόθεν ἐξίμεναι, pro ἐξιέναι, exire e ligneo illo equo. Proverbium: ἵππος εἰς πεδίον, i. e. εἰς πεδιάδα οἱ ἱππόται χρήσιμοι, non vero in montanis. ob præstantiam hujus ζώου multa sunt nomina propria ab ἵππος, e. c. Φίλιππος, Ἱπποδάμεια, Ἱπποκόων, Ἵππαρχος, Ἱππίας, etc. conf. λούεσθαι.

ἱπποσύνη, ης. ἡ. (Πάω) ars et dexteritas regendi equos, et pugnandi et curru. ἡ ἱππικὴ καὶ ἡνιοχικὴ ἀρετή, ἡ τοῦ ἱππεύειν τέχνη. ἱπποσύνῃ τε καὶ ἠνορέηφι πεποιθὼς, Δ, 303. μέρμερα ῥέζων ἔγχεΐ τ' ἱπποσύνῃ τε, Λ, 503, nam quatuor habebat equos Hector ad currum suum. λελασμένος ἱπποσυνάων, oblitus rei equestris, Π, 776. et 809, ὃς ἡλικίην (κατὰ, inter æquales) ἐκέκαστο ἔγχεΐ τ' ἱπποσύνῃ τε. sic et, ὃς ἱπποσύνῃ ἐκέκαστο, Ψ, 289. et 307, Ζεύς τε Ποσειδάων τε ἐδίδαξάν σε ἱπποσύνας παντοίας, quæ ars deinde a Nestore pluribus exponitur, 319, seqq. λελασμένος ἱπποσυνάων, utpote cæsus, ω, 40.

ἱππότης, ου. ὁ. (Πάω) eques, vir nobilis. *ein ritter, (a horseman.)* ponitur semper apud poëtam in sensu optimo, et de viro summæ nobilitatis. ἱππότης Νέστωρ, Β, 336, 433, 601. γ, 68, 253. Φυλεὺς, Β, 628. Τυδεὺς, Ε, 126. Οἰνεὺς, Ξ, 117. Πηλεὺς, Π, 33. Ψ, 89. ob metrum his locis est ἱππότα pro ἱππότης, ἐκ γλώσσης Μακεδόνων, qui terminationem nominativi ης in prima declinatione mutant in α. communiter accentus tunc non retrahitur; maxime ut nominativus in α distinguatur a vocativo: sed Æoles retrahunt, ut ὁ Μύρλλα pro Μυρίλλης. etiam genitivus apud Macedones desinit in α pro ου in hac forma.

ἵππουρις, ιος. ἡ. (Ὄρω) est epitheton galeæ, pilis equinis superne ornatæ. κόρυς, ἔχουσα ἄνω περὶ τὸν λόφον τρίχας ἐξ ἵππου οὐρᾶς, διὰ τὸ φοβερώτερον. est ergo ex ἵππος et οὐρὰ compositum nomen. κυνέην ἵππουριν, Γ, 337. κόρυθα, Ζ, 495. Λ, 42. Ο, 481. Π, 138. sed Τ, 382, ἵππουρις τρυφάλεια, in qua nutabant superne ἔθειραι χρύσειαι, pili aurei; improprie vox ponitur, quia Vulcanus ex auro imitatus erat conum in galea ex pilis equinis. κυνέην, χ, 124, coll. 111. etiam εἶδος βοτάνης (species herbæ cujusdam) ἐοικυίας οὐρᾷ ἵππου, dicitur ἵππουρις: est et piscis quidam, dictus ὁ ἵππουρος, ἢ ἱππουρεύς.

ἵπταμαι, ἵπτημι, Iota præfixo pro πτῆμι, quod vide.

ἵπτομαι, vide sequens.

ἵπτω, f. ψω. (Πέτω) lædo, noceo, βλάπτω, incesso aliquem ut malum ei inferam. est a πέτω, quasi ἱπέτω, præfixo ι, quod fortasse ex ἡ ἴα, i. e. βία, vis, adsumtum; ut sit, vi incido in aliquem. media forma ἵπτομαι, f. ἴψομαι, in usu est: valde urgeo. μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν, *hast das Griechische heer hart angegriffen, bist ihm sehr schwer gefallen, (hast grievously afflicted the Grecian army,)* Α, 454, de Apolline pestem ciente. sic et de Jove, irato Græcis ob Achillem spretum, Π, 237. τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, Β, 193, mox autem pœnam inferet; de rege supremo, qui gravis accidit agentibus contra voluntatem ejus. hinc est deinde et ἡ ἶψα et δίψα, sitis, vehementer urgens sitientem. ὁ ἰπνὸς est furnus, *eine darre, (a kiln.)* ἰπνόω, torreo. Æschyl. Prom. 365.

ἶρα, (quæ et ἶρα scribitur) ας. ἡ. (Ἔω) forum, τόπος ἐν ᾧ ἐκκλησία ἔννομος. ἱράων προπάροιθε καθήμενοι, Σ, 531, sedentes ad loca sacra in foro, coll. 504, εἵατο ἐπὶ ξεστοῖς λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ, i. e. ἐν ἀγορᾷ. ut ergo αἱ ἶραι sint loca sacrata ad conventus populi et deliberationes publicas, templa publica, *geweihete freie plätze zu versammlungen, (open consecrated places appropriated to public assemblies:)* ionice scribitur per lenem. alii scribunt ἡ εἴρα, ab εἴρω dico, ἡ ἐκκλησία, concio populi, deinde et ἡ μαντεία, oraculum, vaticinatio.

ἶρα, vide supra.

ἱρεύς, έως. ὁ. (Ἔω) sacerdos. idem ac ἱερεύς. imo ionice quoque per lenem dicitur ἰρεύς. nam οἱ Ἴωνες sunt ψιλωτικοί. Διὸς ἱρεὺς Ἰδαίου, Π, 604, et additur, θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ. Ἱρεὺς Ἡφαίστοιο, ἀφνειὸς, ἀμύμων, Ε, 10. Ἀπόλλωνος, ι, 198—201, nam tales, captis urbibus, accurate conservabantur.

ἱρεύω, (Ἔω) sacrifico. ionice idem ac ἱερεύω. καὶ βοῦς ἱρεύσασθαι, ἵνα πλήσαιντο θυμὸν, τ, 198, boves mactari, ut explerent appetitum. κῶεα οἴων, τοὺς ἱρεύεσκον Ἀχαιοὶ, υ, 3, pelles ovium, quas mactarant.

ἴρηξ, ὁ, ionice pro ἱέραξ, quod vide.

ἱρὸς, ὰ, όν. (Ἔω) ionice pro ἱερός. Ἴλιος ἱρὴ, Δ, 46, 164, 416. Ζ, 96. Η, 20. Ν, 657. Ο, 169. Τ, 216. Φ, 515, 128. Ω, 27, 143, 383. λ, 86. ρ, 293. ἱρὸν ἑτοιμάσαιντο Ἀθήνῃ, ut sacrificium pararent Minervæ, Κ, 571. ἄλσος Ἀθηναίης ἱρὸν, ζ, 322. ἄντρον ἱρὸν Νυμφάων, ν, 104, 348. ὅγε δέκτο μὲν ἱρὰ, accipiebat quidem sacrificia Jupiter, Β, 420, *nahm sie an, (accepted them.)* θεὶς, ἱρῶν μηνίσας, irascens ob sacrificia, sc. vel non facta, vel non rite facta, Ε, 178, et deest ἕνεκα. conf. μηνίω. ἱρὰ Διῒ ῥέξας, Ι, 357. ἔρδομεν ἱρὰ θεοῖς, Δ, 706, coll. 726, ἱρὰ καλὰ ῥέξαντες. Διὸς ἱρὰ τάλαντα, Π, 658. ἱρὰ θεοῖσιν ἔδωκε, α, 66. ἐρέξαμεν, γ, 159. ἵνα σοὶ κεχαρισμένα δώσομεν ἱρὰ, π, 184. ἵνα δὴ καὶ ἐγὼ μεταδαίσομαι ἱρῶν, Ψ, 207. ἦλθε δ' Ἀθήνη ἱρῶν ἀντιόωσα, γ, 436. ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο ἱρῶν, ι, 553.

ἶς, ἰνός. ἡ. (Ἴω) nervus in corpore. deinde et, ἡ δύναμις, vis. proprie ergo ponitur ἐπὶ σωμάτων νεύροις διοικουμένων: deinde tropice, et quia in nervis est omnis vis corporis, de aliis rebus vim habentibus, e. c. de vento, fluvio, etc. manifesto autem hæc vox pertinet ad ἡ ἴα, vis, vitalitas, robur. οὐ γὰρ ἐμὴ ἲς ἐστὶ οἵη πάρος ἦν, Λ, 667, *ich habe die kräfte nicht mehr so wie ehedem, (I have not the same*

strength as in former days.) καὶ ἶς ἐσθλὴ, sc. ἐστὶν αὐτοῖς, egregia fortitudo, M, 320. ἶς ἀνέμου, vis venti, i. e. ὁ ἄνεμος, O, 383. P, 739. sic ἶς ποταμοῦ, i. e. ὁ ποταμὸς, Φ, 356. κρατερὴ ἶς Ὀδυσῆος, i. e. ὁ κρατερὸς Ὀδυσσεὺς, Ψ, 720. et 191, μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα ἴνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν, ne antea solis ardor siccaret circumcirca corpus nervis et musculis; nam ea sunt τὰ μόρια ἐν οἷς τὸ σκῆλαι γίνεται. ἶνα ἀπέλεθρον ἔχοντες, robur infinitum habentes, E, 245. sic, ἐπέρεισε ἶνα ἀπέλεθρον, *er spannete eine ungemessene kraft dran, (he exerted immense strength,)* H, 269. ι, 538. ἶνα πᾶσαν διατάμῃ, P, 522, ubi in specie sic dicitur nervus vel systema nervorum, quo caput in cervice movetur et continetur: nam sermo est de bove mactando, cui cervix post cornua discinditur. οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσι, λ, 218, non enim amplius nervi continent carnes et ossa; et sermo est de umbris apud inferos: οὐ νεύροις ἔτι κατὰ φύσιν ζωτικῶς διοικουμένοις συνέχονται αἱ σάρκες καὶ τὰ ὀστᾶ. et 392, οὐ γάρ οἱ ἔτ' ἦν ἶς ἔμπεδος, οὐδέ τι κῖκυς, οἵη πάρος ἦν ἐν μέλεσι. differt ἶς et κῖκυς, quam vide. ἶς enim est ἡ ἐκ τῶν νεύρων ἰσχὺς, etiam νεῦρον ipsum. ἰαίνετο κηρὸς, ἐπεὶ κέλετο μεγάλη ἶς (sc. ἡ τῶν ἐμῶν χειρῶν, ἡ κατὰ τὸ πιέζειν) καὶ ἠελίου αὐγὴ, μ, 175. ἱερὴ ἶς Τηλεμάχοιο, i. e. ὁ Τηλέμαχος, β, 409. π, 476, (ubi sequitur ἰδὼν, 477, ad sensum. sic, ψυχὴ Τειρεσίου, ἔχων, sc. ὁ Τειρεσίας) σ, 59, 404. φ, 101, 130. χ, 354, nam erat adolescens viginti duorum annorum fere, ubi nervi sunt optimi: et ἱερὸν est omne eximium et præstans. ἶς ergo eodem modo ponitur ut βία et μένος. de Telemacho tamen, utpote adolescente, necdum regnante, ponitur ἶς, nervorum robur, non βία. ἶς ἀνέμοιο, ι, 71. ν, 276. τ, 186. οὐδέ οἱ ἦν ἶς, οὐδὲ βίη, non erant ei nervi, neque robur, σ, 3, de Iro: *hatte keine gute nerven und daher kommende starke; er war schlapp und foosch, (he had not good nerves and the consequent strength: he was flabby and weak.)* εἴ μοι ἔτι ἐστὶν ἶς, οἵη πάρος ἔσκεν ἐν μέλεσιν, φ, 283. est et nomen proprium fluvii ὁ Ἶς. et ὁ ἶνις Διὸς, robustus filius Jovis, i. e. Hercules, Eurip. Androm. 799. sic eundem vocat Ἀμφιτρύωνος ἶνιν, Herc. Fur. 354. coll. 1182, ἐμὸς ἶνις, et Amphitryo ibi loquitur. et Ἀστυάναξ, Ἕκτορος ἶνις, Troad. 570. est nomen ab ἡ ἶς, nam liberi sunt vis et robur parentum. sic et, ἡ ἶνις σὴ, filia tua, Iphig. in Aul. 119.

ἴσα, neut. plur. adverbialiter. Vide sub ἴσος, paullo a medio.

ἰσάζω, f. άσω. (Εἴδω) exæquo. sicut a μονόω est μονάζω, sic hoc ab ἰσόω. ἰσάζουσα, æquans, M, 435. Λητοῖ ἰσάσκετο, (ionice pro ἰσάσατο, aor. 1. m.) Latonæ æquiparabat se, Ω, 607, sc. ἡ Νιόβη.

ἴσαν, ἴσαντι, vide sub ἴσημι.

ἰσάσκετο, ionice pro ἰσάσατο, vide sub ἰσάζω.

ἴση δαὶς, vide sub δαὶς, paullo sub initio.

ἴσημι, (Εἴδω) scio, novi. factum ab ἰσάω, quod ab εἰδέω. οὐδέ τί πω ἴδμεν, neque usquam novimus, A, 124, pro ἴσαμεν, extruso α, et Sigma mutato in δ euphonice, ob cognationem harum litterarum. εὖ γὰρ δὴ τόγε ἴδμεν ἐνὶ φρεσὶν, B, 301. et 252, οὐδέ τί πω σάφα ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. et 486, κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν, sc. ex nobis ipsis, et pro certo. τόγε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες, H, 281. εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν, ὅ (ὅτι) σοι σθένος, Θ, 32, 463. οὐδέ τι ἴδμεν, μήπως, nec fere scimus certo, num forte, Λ, 100. εὖ νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν, ὅτι κλυτὰ τεύχεα ἔχονται, capta tenentur, Σ, 197. ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεὴν, ἴδμεν τε τοκῆας, Υ, 203. ἴδμεν γὰρ ὅσον προβέβηκας ἁπάντων, Ψ, 890, quantum antecellis omnes. οὐδέ τι ἴδμεν, ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε, δ, 109. et 138, ἴδμεν δὴ, Μενέλαε. et 632, ἦ ῥά τι ἴδμεν ἐνὶ φρεσὶν ἢ καὶ οὐκί. οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠὼς, κ, 190. ἴδμεν γάρ σοι πάντα, inquiunt Sirenes, μ, 189. οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα, ρ, 78. κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων, ψ, 110, aliis abscondita nos scimus, aliud ἴδμεν mox sequetur. ὑμεῖς ἴστε, pro ἴσατε, vos scitis, η, 211. αὐτοὶ τόδε γ' ἴστε, φ, 110. ἴστε τε πάντα ὑμεῖς θεοὶ, B, 485, coll. 486. ἴστε γὰρ, Ψ, 276. πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασι, sciunt, Z, 151. sic Υ, 214. ταῦτα δὲ πάντα ἴσασ' Ἀργείων ἡμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες, I, 36. θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν, Σ, 420. οὐδὲ μὲν αὐτοὶ πλείονα ἴσασιν σοῦ, Ψ, 512. οἵδε δὲ τί ἴσασι; ξ, 89, ubi cum interrogatione est legendum: isti vero quid sciunt? *infinitivus* ἴδμεν, fit ab ἰσάναι, ionice ἰσάμεν, per syncopen ἴσμεν et ἴδμεν. οὔ με ἔφη ἴδμεν πολεμήϊα ἔργα, Λ, 718. ἀλλ' ἐθέλω ἴδμεν, θ, 213. et 146, εἴ τινά (ἄεθλον, lusum certatorium nobilem) που δεδάηκας. ἔοικε δέ (videtur enim) σε ἴδμεν ἀέθλους, te scire ejusmodi certamina. cum paragoge Attica idem infinitivus est, ἴδμεναι. σὲ δὲ ἴδμεναι αὐτὸν ὀΐω, N, 273, credo te eum nosse. μέλλεις δὲ σὺ ἴδμεναι, δ, 200, tu certo sciturus es. et 493, οὐδέ τι σὲ χρὴ ἴδμεναι, οὐδὲ δαῆναι ἐμὸν νόον, non opus tibi est et utile scire te, et discere quæ in mente mea sunt recondita et quæ ego scio. οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι οὐδὲ δύο οἴους, μ, 154, non convenit unum aut duos solos scire ea. alii operosius hunc infinitivum formant ab εἰδέναι (per syncopen pro εἰδηκέναι) ionice εἰδέμεν, correpto ἰδέμεν, et per syncopen ἴδμεν. *imperfectum* ἴσαν, etc. ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν (pro ἴσασαν, per syncopen) ἀνέρες ἡμέτερον δῶ ξεῖνοι, α, 176, sciebant, noverant, ἔγνων, ἔμαθον. quidam h. l. ἴσαν ab εἶμι, vado, eo, deducunt: sed reclamantibus criticis antiquis. τὰ δ' οὐκ ἴσαν ὡς ἐτέτυκτο, δ, 772, ea autem non sciebant ut acta erant, οὐκ ἐγίνωσκον. sic et ν, 170. et ψ, 152. *imperativus* ἴσθι pro ἴσαθι. αὐτὴ δ' οἴη ἴσθι, ipsa sola tu scito, β, 356. ταῦτα δὲ πάντα ἴσθι, λ, 223, γίνωσκε: et quidem sic, ne temere ea enunties. recentiores Attici habent et aliud ἴσθι, ab εἰμὶ, pro ὕπαρχε, esto: sed id Homerus ignorat, qui pro eo semper ponit ἔσο. ἴστω νῦν τόδε γαῖα, sciat et videat nunc hoc, O, 36, jurandi formula. et 217, ἴστω τοῦτο, scito ille hoc. ἴστω νῦν Ζεὺς, in jurejurando,

Τ, 258. sic eadem formula alio alioque modo, ι, 184. ξ, 158. ρ, 155. τ, 303. υ, 230. μήτ' οὖν Λαέρτης ἴστω τόγε, π, 302, neque is sciat hoc. ἰστέον recentiorum, i. e. γνωστέον, scribitur et εἰστέον, ab εἴδω.

ἴσθι pro ἴσαθι, vide præcedens.

ἴσθμιον, ου. τό. (Ἕω) ornatus circa collum. differunt autem τὸ ἴσθμιον et ὁ ὅρμος. nam ὅρμος κεχάλασται ἐκκρεμάμενος, laxe dependet de collo: ἴσθμιον vero, περιτραχήλιος κόσμος, τῷ τραχήλῳ προσέχεται, arcte adaptatur collo. ἐκ Πεισάνδροιο, ἴσθμιον ἤνεικεν θεράπων, περικαλλὲς ἄγαλμα, σ, 299. dicitur idem et κόσμος παρίσθμιος.

ἴσκε, ἴσκουσα, vide sequens.

ἴσκω, (Εἴδω) similem puto, comparo. idem ac εἴσκω. nam ab εἴκω, interserto Sigma, fit εἴσκω, et per διάλυσιν ἐΐσκω, et ob ἰσοδυναμίαν in pronuntiatione τοῦ ει et ι, ἴσκω. ratio autem interserendi Sigma est ex futuro εἴσω perenda ab εἴδω, ex quo novum verbum more Græco formatum inserto κ, εἴσκω: a quo deinde, omisso iterum Sigma, ortum est εἴκω. cæterum ἴσκω active notat, simile videri facio aliquid, ὁμοιόω. sed apud recentiores ponitur et pro λέγειν, εἰπεῖν, dicere. vide Theocrit. Id. 22, 167. ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα, multa falsa dicens similia ea fingebat veris, τ, 203, i. e. ἤισκεν, εἴκαζεν, ἀπεικονίζων πρὸς ἀλήθειαν, similia ostendebat et exhibebat. et abrumpit poëta per πολλὰ, multa alia; innuens, se multa posse addere quæ mentitus sit Ulysses: sed nolle jam ulterius progredi. ἴσκεν ἕκαστος ἀνὴρ, quisque vir assimilabat sibi in animo, sc. falsi quid, χ, 31, ὑπενόει, *es stellete sich ein jeder das falsche als wahr vor, (each falsely conceived:)* nam nemo poterat jam credere, quod data opera hic personatus hospes hunc inter tot socios interficere voluerit. αἴ κέ σε τῷ ἴσκοντες, si forte te ei similem intuentes, te credentes quasi tu sis ille, Λ, 798. sic et Π, 41, αἴ κε ἐμὲ σοὶ ἴσκοντες. ubi summa laus Achillis, si sola ejus vel falso credita species terrere tamen hostes potest. iidem tamen hostes gaudent, cum Hectorem suum indutum arma Achillis redeuntem spectant quasi is esset Achilles. sic ex una re diversos eventus elicit poëta. φωνὴν (i. e. κατὰ φωνὴν) ἴσκουσα ἀλόχοις Ἀργείων, similem se faciens, quod vocem attinebat, uxoribus Græcorum, δ, 279.

ἰσόθεος, ου. ὁ ἡ. (Θάω) est idem quod ἀντίθεος. deo similis et par. est epitheton principalis viri, ingentibus virtutibus ornati. Εὐρύαλος, ἰσόθεος φὼς, Β, 565. Πρίαμος, Γ, 310, ob majestatem insignem, et senectutem. Μαχάων, Δ, 212, ob artem medendi. Ἐρευθαλίων, Η, 136. Μενοιτιάδης, Ι, 211. Σῶκος, Λ, 428. et 472, Αἴας. et 643, Πάτροκλος. Μελάνιππος, Ο, 559. Μηριόνης, Π, 632. Μενέλαος, Ψ, 569. et 677, Εὐρύαλος: et id extollit virtutem Epei, qui talem tamen vicit. Τηλέμαχος, α, 324. υ, 124. ab ἴσος, æqualis.

ἰσόμορος, ου. ὁ ἡ. (Μείρω) qui æqualem partem habet. ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἴσῃ, Ο, 209, ubi Neptunus de se loquitur, respectu Jovis, quod sibi, sicut Jovi, sua pars æqua in divisione mundi obvenerit. ἰσόμοιρος.

ἰσόπεδον, ου. τό. (Πάω) planities, *die ebene, der gleiche boden, (the plain, level ground,)* ab ἴσος. ὄφρ' ἂν ἵκηται ἰσόπεδον, donec veniat in planum, de saxo decurrente de monte, Ν, 142.

ἶσος, η, ον. (Εἴδω) æqualis, *gleich an grösse oder menge, (equal in size or number,)* nam notat proprie ποσότητα. contra ὅμοιος notat ποιότητα, *ähnlich, (similar.)* Euripides: οὐδὲ ὅμοιον οὐδὲν οὐδὲ ἴσον βροτοῖς, non qualitate nec quantitate similem mortalibus. Sed sæpe hæc duo permutantur inter se, ut ἶσος et de qualitate ponatur, *ähnlich, (similar.)* cæterum est a τὸ εἶδος: nam æqualia magnitudine et numero, eandem fere speciem habent vel quasi; magis etiam si similitudo alia accedat. δαίμονι ἶσος, Ε, 438, 459, 884. Π, 705, 786. Φ, 18, 227. par numini alicui. sic Ἄρεϊ, Marti, Λ, 295, 603. Μ, 130. Υ, 46. ἶσος Ἐνυαλίῳ, par Marti, Χ, 132, i. e. ἀνδρεῖος μάλα. λαίλαπι ἶσος, procellæ par, *wie ein wetter, (like a storm,)* Λ, 746. ἶσοι, Μ, 375. ἶσος, Υ, 51. ἶσος ἀέλλῃ, par procellæ, Λ, 297. Μ, 40. φλογὶ ἶσοι ἀολλέες, ἠὲ θυέλλῃ, Ν, 39, flammæ pares conferti, aut procellæ. et ἶσος est idem quod ἀτάλαντος. Præterea, etsi ἶσος his locis notet ὅμοιος, tamen paullo plus notat: nam involuit hæc vox mensuram aliquam aut ponderationem, qua quis alteri reperitur par. notat ergo πολλὴν ὁμοιότητα. ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, Σ, 56, succreverat plantæ similis. sic et 437. ἶσον θυμὸν ἔχοντε βόε, parem animum habentes in trahendo aratro, Ν, 704. ἶσον θυμὸν ἔχοντες ὁμώνυμοι, Ρ, 720, quæ est circumlocutio τοῦ ἰσοψυχεῖν. et alibi fere idem dixit, ἴσας κεφαλὰς ὑσμίνη εἶχον, Λ, 72, i. e. ἕνα θυμόν. nam κεφαλὴ est persona. οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, Α, 163. εἴπερ θεὸς ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, siquidem deus æqualem tenderet exitum pugnæ, Υ, 101, i. e. nisi deus adversetur mihi. ἀσπίδα πάντοσε ἴσην, i. e. rotundam, Γ, 347. Ε, 300. Η, 250. Λ, 61. ὑπ' ἀσπίδι πάντοσε ἴσῃ, Ν, 405. Υ, 274, ἴσην. Φ, 581. μαινάδι ἴση, lymphatæ similis, ὁμοία, Χ, 460. et hoc ἐπὶ ποιότητος dictum. sed ἐπὶ ποσοῦ est, Η, 205, ἴσην ἀμφοτέροισι βίην καὶ κῦδος ὄπασσον, præbe. ἴση μοῖρα μένοντι, æqualis portio, Ι, 318. et hoc substantivum sæpe omittitur. μή τις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης, sc. μοίρας, Λ, 704, ne quis ei privatus vel fraudatus abiret æquali portione, ut omnes æqualem portionem, μερίδα, caperent. hæc est ἡ ἰσομοιρία: ergo, μὴ στερούμενος τῆς ἰσομοιρίας. nam æquali partitioni studebant antiqui διὰ τὸ ἐν ἰσότητι δίκαιον. ἐρίζητον περὶ ἴσης, Μ, 423, litigant de æquali portione agri. ἀτεμβόμενος ἴσης, ι, 42. hanc æqualitatem observabant veteres in mensa, in præda, aut in venatione dividenda, ut quisque tantundem caperet, excepta tamen principum parte præcipua. *die hohen hatten*

was vorauss, die andern einer wie der andre, (the chiefs had the best parts, the rest shared alike.) μοῖραν ἴσην, υ, 282, hinc δαὶς dicta ἐΐση, quia cuique æqua portio. ἶσος Ἄρηϊ, Θ, 115. ἀναύδῳ, κ, 378, muto similis. γρηῒ καμινοῖ ἶσος, σ, 27. κῦμα οὔρεϊ ἶσον, λ, 242. τὸν ἔθρεψαν θεοὶ ἔρνεϊ ἶσον, ξ, 175. neutrum ἶσον ponitur adverbialiter pro ἴσως, ὁμοίως. ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ, Γ, 454, i. e. ἐμισεῖτο ἶσα θανάτῳ. ὃν ἶσον ἐτίομεν Ἕκτορι, Ε, 467. τίσω δέ μιν ἶσον Ὀρέστῃ, Ι, 142, 284. et 599, ἶσον γάρ σε θεῷ τίσουσιν Ἀχαιοί. et 612, ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς, æqualiter mecum regna, et dimidium cape honoris. αὐτὸν ἔτιον ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, Σ, 82, i. e. ὡς ἐμαυτόν. hinc ὁ περὶ Πυθαγόραν ὅμιλος sumsit, ὁ φίλος ἄλλος ἐστὶν ἐγώ, amicus est alter ego. sic alibi poëta: φίλη κεφαλὴ, i. e. ὦ ἄλλος αὐτὸς ἐγώ. et l. c. Achilles nihil dulcius judicat amico vero. ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα, Ο, 50, ἶσον Ἀχιλλῆος κεφαλῇ, λ, 556, sicut de Achille, *wie um die person des Achilles, (as about the person of Achilles.)* ἀλλά με ἶσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα, ξ, 203, æqualiter ac suos legitimos filios. ἶσόν τοι κακόν ἐστι, æqualiter sane pravum est, ο, 72, pro ἴσως. sic et plurale neutrum ἶσα ponitur adverbialiter. ἔτρεφεν αὐτὸν ἶσα φίλοισι τέκεσσι, Ε, 71, sicut natos suos. ὁ δέ μιν τίεν ἶσα τέκεσσι, Ν, 176. Ο, 551, æstimabat eum pariter ac liberos suos, ὃν ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν, Ο, 439, quem pariter ac parentes nostros reverebamur. μηδὲ θεοῖς ἶσα φρονέειν ἔθελε, Ε, 441. μέμονεν δ' ὅγε ἶσα θεοῖσιν, Φ, 315, animo cogitat paria diis. ἶσα δὲ αὐτὴν ἀλόχῳ ἔτιεν, in honore habebat eam velut conjugem, α, 432, *hielte sie werth als eine gemahlin, (he honoured her as a wife.)* τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι, λ, 303, sc. Castor et Pollux, coluntur ut dii. et 483, σὲ ἐτίομεν ἶσα θεοῖσιν. τὸν νῦν ἶσα θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι, ο, 519, sicut numen aliquod intuentur. στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, Α, 187. et Ο, 167, 183, τοῦ δὲ οὐκ ὄθεται (non veretur) φίλον ἦτορ ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, ubi ἶσον quoque est neutrum ad infinitivum, i. e. ἰσηγορῆσαι, ἀντειπεῖν, tantundem contra loqui. hinc et ἡ ἰσηγορία, et ἀντιλογία, *wenn man den mund eben so weit aufthut als der andre, wenn man denket man sey dem andern völlig gleich, (when one person opens his mouth as wide as another, when he thinks himself fully equal to another.)* nam φάσθαι est, putare, cogitare secum, non vero præcise loqui verbis. κατὰ ἶσα μάχην, Λ, 336, pugna æquo Marte. sic, ἐπὶ ἶσα μάχη, Μ, 436, ubi hujus æqualitatis solius causa inserta est parabola. sic et Ο, 413. ἄεθλια δ' ἶσα ἀνελόντες ἔρχεσθε, ite tollentes paria præmia, Ψ, 736. et 823, παυσαμένους ἐκέλευσαν ἄεθλια ἶσα ἀνελέσθαι. sed quomodo ἶσα? nam pretium positorum præmiorum differebat? id tacuit poëta. fortasse Achilles, loco γυναικὸς, aliud præmium priori par, dedit: et fortasse idcirco pretium præmiorum supra posuit poëta, ut intelligi posset, quomodo ἶσα facta essent præmia. nam pecuniam pro iis solvit, eamque in æquas partes distribuit: vel alteri præmio tantum pecuniæ addidit, quanti erat primum: vel alia æquandi ratione. χρήματα οὐδέ ποτε ἶσα ἔσσεται, β, 203, i. e. ἀεὶ ἐλαττωθήσεται. nam si non ἶσα, ergo certe non μείζονα, restat ergo ut fiant ἐλάττονα. nunquam paria numero, sed semper in dies pauciora. κύματα ἶσα οὔρεσσιν, γ, 290, paria magnitudine. recentior usus Iota hujus vocis fecit anceps, ut et scribi possit ἴσος: sed poëta id semper produxit, etymo convenienter. hinc est et, τὸ μῖσος, odium; quasi μὴ ἶσος, non æqualis, non civilis, non æquo jure erga alterum. Vide sub ὁμοῖος, ad initium.

ἰσοφαρίζω, f. ίξω. (Φέρω) par sum, æquale fero. est pro ἰσοφερίζω, a τὸ ἶσον, par, æquale: et notat, æquam partem, par jugum, fero. οὔτις δύναται αὐτῷ, (κατὰ) μένος, ἰσοφαρίζειν, nemo potest ei, quod attinet robur, par esse, Ζ, 101. εἰ ἔργα Ἀθηναίῃ ἰσοφαρίζοι, si, quod attinet artes, Minervæ conferri posset, Ι, 390. οὔτε κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει, neque rex ille parem se putat ei aut par ei esse potest, Φ, 194. sic Hesiodus, Ἔργ. 488, ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζει, serotinus arator priori æqualis esse et paria referre potest tempore messis.

ἰσοφόρος, ου. ὁ ἡ. (Φέρω) æquale jugum ferens, ἶσον ἄχθος φέρειν δυνάμενος: æquo passu procedens cum altero, ἰσοκίνητος καὶ ἶσος κατὰ τὸ φέρεσθαι, qui pari celeritate movetur et fertur. βόες ἰσοφόροι, par boum æquale, σ, 372.

ἰσόω, f. ώσω. (Εἴδω) æqualem facio. *mache gleich gross, (I make equal.)* τοῖσίν κεν ἄλγεσιν ἰσωσαίμην, illis sane in ærumnis æquiparari me velim, η, 212.

ἵστατο κόνις, vide sub κονία, ad initium.

Ἵστημι, (Στάω) idem quod στάω, et inde factum præfixo Iota, cum spiritu aspero loco Sigma reduplicati, pro σίστημι. statuo, sto, *ich stelle, mich oder einen andern, (I place myself or another.)* idem dicitur etiam ἕστημι, pro ἑστάω. notat et, erigo, in altum attollo. κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὁμίχλην, pulveris magnam excitant nebulam, Ν, 336, i. e. ἀνιστῶσι, stare faciunt. πελέκεας ἵστασχ' ἑξείης, pro ἵστασκε, ionice imperf. pro ἵστη, τ, 574, statuebat ex ordine secures. nimirum acies ejusmodi securis intrusa vel infixa erat ligno oblongo, ut foramen illud, cui inseri solet manubrium, superne emineret: lignum infigebatur terræ, ut foramen satis altum prostaret: et sic foramina illa præstabant vicem annulorum in nostris scholis equestribus pendentium. nam quæ Dacieria ad h. l. comminiscitur, apta quidem sunt, sed non vera. vides et in his simplicitatem heroicam. fortasse autem nomen ὁ πέλεκυς h. l. est translatum; ut notetur longum ferrum, infra acutum, superne autem amplo foramine præditum: ut ergo inferiori acie et superiori foramine imitaretur quasi ferream securim, *eine lange eiserne stange, unten scharf, oben mit einem loche so gross dass ein pfeil durch konnte, (a long iron bar pointed below, and at the top having a hole large enough for a javelin to pass through.)* et ars hujus exercitii erat, I, sic

statuere recta linea et modicis intervallis istos πελέκεας, ut sagitta per primum foramen volans etiam inoffensa per omnes duodecim volaret; 2, non aberrare a primo foramine; 3, ea vi mittere sagittam, ne deficeret antequam per omnia duodecim foramina transisset. hoc exercitio solitus fuerat Ulysses olim crebro exercere se aliosque. τύνη δ' ἕστηκας, tu vero stas, statuisti te huc, E, 485, i. e. ἀργεῖς, cessas. et accuratiores legunt ibi interrogationem objurgatoriam. Ἰδομενεὺς ἐνὶ κρέτεσσι, θεὸς ὥς, ἕστηκε, stat inter eos velut deus aliquis, Γ, 231. σὸν δέπας πλεῖον ἕστηχ' ὥσπερ ἐμοί, tuum poculum plenum stare solet sicut mihi, Δ, 263, pro ἕστηκε. ut ergo hoc perfectum, ab ἑστάω deductum, et sine augmento, ponatur loco præsentis. οὗ εἵνεκα φύλοπις ἕστηκε πρὸ νηῶν, Σ, 172, pugna stat et viget, i. e. pugnatur. ἕστηκε ξύλον αὖον, stat lignum aridum ibi, Ψ, 327. νηῦς μοὶ ἕστηκεν ἐπὶ ἀγροῦ, navis mihi stat ad terram procul ab urbe, α, 307. et 298, ποῦ δὲ νηῦς ἕστηκε, ubi stat navis tua. ὄϊες μυρίαι ἑστήκασι, Δ, 434, innumeræ oves stant, mulgendæ. alibi hoc perfectum scribitur et, ἕστακα; sed ea forma apud poëtam semper extrudit κ, ut deinde videbimus. plusquamperf. est ἑστήκειν et εἱστήκειν: poniturque loco imperfecti. πλησίον εἱστήκει Ὀδυσεὺς, proxime stabat ille, statuerat se, Δ, 329. δηθὰ μάλα, stabat valde diu antequam procideret, E, 587. ἐπὶ πρύμνῃ νηΐ, constiterat in puppi, Λ, 599. πυλάων πρόσθεν, M, 446. ἔνθα ὄγε, O, 730. ἑτέρωθεν Μενέλαος, P, 139. et 435, στήλη ἐπὶ τύμβῳ, ἕβδομος εἱστήκει μεὶς, septimus stabat et agebatur mensis, T, 117. ὁ γέρων ἐπὶ πύργου, Φ, 526. προπάροιθε πυλάων, X, 36. πὰρ θρόνῳ, apud sellam stetit, φ, 434. ἐγγύθεν, ω, 445. βασιλεὺς ἑστήκει, stabat dominus agri, Σ, 557. et 563, ἑστήκει κάμαξι, stabat innixa palis, vitium multitudo. ἐνὶ θάμνῳ, χ, 469. οὐδ' ἔτι δὴν εἱστήκειν, sequente vocali, pro εἱστήκει, Ψ, 691, neque amplius diu stetit. nam Iones hanc tertiam singularis formant in ει, et sequente vocali in ειν, ex quo fit deinde contractio in ειν: et prima singularis desinit in εα. particip. perf. act. ἑστηκὼς, correpte ἑστακὼς, extruso κ, ἑσταὼς, stans, qui constitit. ἑσταότος ἀκούειν, stantem audire, stanti auscultare, T, 97, i. e. τοῦ ἱσταμένου εἰς μέσον. quidam ibi perperam scribunt ἑσταότως, i. e. εὐσταθῶς καὶ ἡσύχως, ut sit, δεῖ μετὰ ἡσυχίας ἀκούειν, εὗρεν Ὀδυσῆα ἑσταότα, stantem eum, B, 170. qui ibi scribunt ἑστεότα, non omnino carent ratione: nam verbum est et στέω, unde futurum potest concipi στέσω, et perfectum ἕστεκα et ἕστεκα: sed accuratiores eam scriptionem non admittunt. sic et, Λυκάονος υἱὸν, Δ, 90. et 201, τὸν δ' ἐνόησεν ἑσταότα. et 366, ἐν ἅρμασιν, in curru stantem. sic et Λ, 198. ἔνυξε ἔγχεϊ, percussit hasta, E, 579. ἀτρέμας, imperterrite stantem, N, 438. ἄγχι Αἴαντος, O, 434. πρὸ Τρώων, pro iis stantem et pugnantem, Ω, 216. et 701, ἐν δίφρῳ. ἐν λίμνῃ, de Tantalo, λ, 582. ἄγχι αὐτῆς (θύρας) χ, 130. μετὰ νέκυσιν, inter cadavera stantem, ψ, 46. et neutrum plurale, δούρατα ἑσταότα ἐν κλισίῃ, N, 261, hastæ, stantes in tabernaculo. ἑσταότες ἐθαυμάζομεν, B, 320. Ω, 394. παρὰ ὄχεσφιν, Θ, 561. μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα ἑσταότες, N, 293. περὶ Πατρόκλῳ, P, 355, circumstantes eum et defendentes pugnando; coll. 359. τώγε ἑσταότες πενθείετον, Ψ, 283, ubi vides permixtionem dualis et pluralis, ex metri lege: ambo stantes lugent eum. κατὰ ἀγῶνα, Θ, 380, adstantes certamini. ἥμενοι ἑσταότες τε, λ, 570, ubi judicium describitur, in quo alii sedent, alii stant. περὶ βωμὸν, ν, 187. ὀρθῶν δ' ἑσταότων ἀγορὴ ἐγένετο, οὐδέ τις ἔτλη ἕζεσθαι, Σ, 246. ὀΐων ὀρθῶν, ι, 442. ἑσταότε ἐν ὑσμίνῃ, T, 245. εἰν Ἀΐδαο δόμοις, ω, 203. *aoristus* 2, ἔστην δὲ εἰς σκοπιὴν ἀνελθὼν, κ, 97, 148, constiti, in speculam adscendens. στῆ (omisso augm.) δ' ὄπιθεν, constitit a tergo, A, 197, i. e. eventurorum celeriter et tacita cogitatione, eum admonuit. tergum enim est symbolum futuri, et invisibilitatis. ὑπὲρ κεφαλῆς, constitit ad partem capitis, B, 20, de somnio, quod in capite φαντάζεται. sic Ψ, 68. β, 803. ζ, 21. υ, 32. et de anu, excitante heram, ψ, 4. μάλα ἐγγὺς ἰὼν, Δ, 496. E, 611. H, 225. Θ, 280. Λ, 429. M, 457. P, 547. γνὺξ ἐριπὼν, καὶ ἐρείσατο χειρὶ γαίης, E, 329, i. e. ἔπεσε μὲν εἰς γῆν, μετεωρίζετο δὲ γόνασιν καὶ χερσίν: *er fiel zu boden auf die knie, und stützete sich mit den händen gegen die erde, (he fell upon his knees, and rested with his hands upon the ground.)* sic, γνὺξ ἐριπὼν, Θ, 329. Λ, 355, et hoc est μέσον τι πτώσεως καὶ στάσεως. παρὰ Ἕκτορα ἰὼν, H, 46. ἐπὶ Αἰάντεσσι κιὼν, P, 707, collato M, 353, ubi loco ἐπὶ est παρά. ἐπὶ οὐδὸν ἰὼν, constitit in limine, progressus ad limen, Z, 375. υ, 128. ω, 177, 492. φ, 124, 149. sic, τάφρον, Σ, 215. ἐπὶ νηΐ, constitit in navi, Θ, 222. Λ, 5, coll. 10. ἐπὶ πύργου, Π, 701. ταφὼν, stetit obstupescens, Λ, 544. Π, 806. Ω, 360. εὐρὰξ, constitit ex obliquo, a latere, Λ, 251. Θ, 541. πρόσθε, E, 108, 170. Θ, 100. Λ, 397. προπάροιθε, Ξ, 297. Ω, 286. π, 166. ὄπιθε, Π, 791. ὑπὸ σάκεϊ Αἴαντος, Θ, 267, quod notat proceritatem herois et vastitatem clypei, quum Teucer, non inclinans se, sed rectus, potuerit stare post illud. δοῦπον ἀκούσας, constitit audito strepitu, K, 354. et 374, τάρβησέν τε βαμβαίνων. ἀντίος, stetit contra, pugnaturus, Λ, 94. Φ, 145. μάλα ἐγχριμφθεὶς, N, 146. ἐκτὸς κλισίης, *trat vor das zelt, (went out of the tent.)* Ξ, 13. sic, πάροιθε ἐλθὼν κλισίης, Π, 255. ἀναΐξας, O, 6. ν, 197. μεταστρεφθεὶς, O, 591. P, 114. et 11, ἄγχι αὐτοῦ. πολὺ προμάχων ἐξάλμενος, P, 342. ἐγχείη ἐν γαίῃ, stetit hasta in terra, Y, 280. Φ, 70. et 551, αὐτὸς, *er blieb stehen, (he halted.)* et 601, πρόσθε ποδῶν. ἐρεισθεὶς ἐπὶ μελίης, stetit innixus hasta, X, 225. et 293, κατηφήσας. et 463, παπτήνασα. ὀρθὸς, constitit erectus, Ψ, 271, 456, 507, 657, 706, 752. et 780, κέρας ἔχων, cornu tenens. παρὰ Πρίαμον, Ω, 169, *trat neben ihn, (went up to him.)* ἐπὶ προθύροις, α, 103, quod et composite dicitur θύραις ἐφεστάναι. sic, ἐν προθύροις, θ, 304. σ, 12. παρὰ σταθμὸν τέγεος, α, 333. θ, 458. π, 415. μέσῃ ἀγορῇ, β, 37. ἀντασχομένη, stetit

versa ad eum, ζ, 141. κατ' ἀντίθυρον, π, 159. παρὰ Ἀντίνοον, ρ, 414. σχεδόθεν αὐτῶν, τ, 447. ἐν χείρεσσιν ἔχων φόρμιγγα, χ, 332. τί συ ἔστης, cur tu constitisti, postquam tantum aciei spatium obieras, Υ, 179. ἐγὼ στῆν (ἔστην) μετὰ προμάχοισι, Λ, 74. ἔστην εἰνὶ θύρῃσι θεᾶς, κ, 310. νῶϊ δὲ στῆμεν (ἔστημεν) ἐνὶ προθύροισι, Λ, 776. τίφθ' (τί ποτε, cur tandem) οὕτως ἔστητε τεθηπότες, Δ, 243. correpte scribitur per α, ἔσταμεν ἀχνύμενοι, stabamus gementes, λ, 465, quod præter rationem idoneam alii scribunt cum spiritu aspero, quasi sit perf. per syncopen pro ἑστάκαμεν. στήτην, pro ἐστήτην, stabant ambo, Α, 332, consistebant, *sie blieben stehen, (they stood still.)* sic, ἐγγὺς, Γ, 344. πάροιθε Διὸς, Ο, 155. ἐγγὺς ἰόντε, Φ, 285. ἐρχομένω, ρ, 261, in propinquum accedentes ambo, constiterunt. εἰ γὰρ νῦν ἐν πρώταις θύραις σταίη, si nunc in vestibulo staret, α, 256. ὅτε δὴ μεταστρεφθέντε σταίησαν, quando autem conversi ambo consisterent et resisterent, Ρ, 733, et est is aor. 2. optat. a. pro quo dicitur στήῃ ἐπὶ ποταμῷ, resisteret et staret ad fluvium, Ε, 598, ut αι sit mutatum in η cum Iota subscripto. et Ρ, 30, εἴκε μου ἄντα στήῃς, si contra me consisteres, εἴ κε ἀντισταίης μοῦ. possit quidem esse aor. 2. conj. ut circumflexus ex στῇς sit per ε distractus in στέῃς, producte στήῃς: sed istis ambagibus opus non est. ἵστη (imperativus pro ἵστηθι, vel ἵσταθι per apocopen Ionicam) δὲ μέγα κῦμα, stare fac, attolle, magnam undam, Φ, 313, statue, quasi εἰς ἀντιπαράταξιν: ἵσταται vero κῦμα, quando ventis attollitur. sic alibi: ἵστατο κῦμα ἀειρόμενον, i. e. ἀνίστατο καὶ ἠγείρετο. σὺ μὲν νῦν στῆθι, imperat. aor. 2. Χ, 222. ἐμοὶ ἆσσον, Ψ, 97, accede et consiste propius me. οὕτως ἐς μέσον, ρ, 447, consiste ibi in medium, *tritt dorthin auf den platz, (go into the middle of the place,)* ut sc. ex intervallo fortior accidat ictus. στῆτε αὐτοῦ, consistite ibi, Ζ, 80. ἐλελιχθέντες, Λ, 587, consistite conversi, *wendet euch und stehet, (turn and stand.)* στητέ μοι, ἀμφίπολοι, *bleibet mir stehen, (stand by me,)* ζ, 199. et 218, οὕτω ἀπόπροθι, ibi ex longinquo: et ibi est, ob sequentem vocalem cum aspero, στῆθ'. στῆναι ἐναντίβιον, Φ, 266, stare contra. οὐδὲ ὀρθὸς δύναται στῆναι ποσὶν, σ, 240. Αἴαντος ἄντα στήμεναι, Attica paragoge pro στῆναι, Ρ, 166, ubi genitivus pertinet ad adverbium ἄντα, contra. sic, στήμεναι ἀντία σεῖο, consistere contra te, ut pugnem, Χ, 253. οὔπως ἐστὶ στήμεναι ποσὶν, ε, 414. *ich kann mit den füssen nicht den grund erreichen, (I cannot reach the ground with my feet.)* στὰς ἐν μέσοις, Η, 384. μέσῳ ἕρκεϊ, Π, 231, et 321; πρόσθε νέκυος, stans pugnando pro cadavere; quod alibi est περιβὰς, ἀμφιβάς. ἔνθα στὰς ἤϋσε, Σ, 217. ἐν Ἀχαίοισιν, Χ, 377. ἀπάνευθε πυρῆς, Ψ, 141, 194. et 535, ἐν Ἀργείοις, verba facturus. et 582, ἵππων προπάροιθε μέσῳ ἕρκεϊ, *da er mitten in den hof trat, (going into the middle of the court.)* Ω, 306. et 477, ἄγχι ἄρα, *da er nahe hinan trat, (stepping up to him.)* ἤλασεν ἄγχι στὰς, γ, 449, *trat hinzu und schlug den ochsen, (went up and struck the ox.)* θηεῖτο, ε, 75. η, 133. πολλὸν ἄνευθε, τ, 575. ὑπὸ ὄγχνην, ω, 233. στάντες ἐναντίβιον, Ρ, 490. στάντων, sc. αὐτῶν, Γ, 210. στάντε ποτὶ πνοιὴν, Λ, 621, ut indicetur, hoc ἀποψύχεσθαι non factum esse in lavatione frigida. ἥ τοι (quæ quidem) πρόσθεν στᾶσα, Δ, 129. ἔνθα στᾶσα ἤϋσε θεὰ, Λ, 10. coll. 5. Ἥρη εἰσεῖδε, Ξ, 154. Ἀθήνη ὅτὲ μὲν, ἄλλοτε, Υ, 49. ἐμεῦ ἄγχι, δ, 370, *die zu mir trat, sich vor mich stellete, (coming up to me, placed herself before me.)* μάλα ἄγχι, ζ, 56. ἐν μέσῳ, μ, 20. μετὰ πρώτοις ἵσταμαι ἀνὰ μάχην, *ich stelle mich unter die vördersten im gefechte, (I place myself among the foremost in battle,)* Ν, 271, ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, stat in acie novaculæ, Κ, 173, i. e. in extremo est discrimine, ἢ — ἤ. πρόμος, Ο, 293, stat propugnator. κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἀστὴρ, Χ, 318, *stehet als der schönste stern am himmel, (the loveliest star in heaven:)* vel est pro: ἀνίσταται, ἀνίσχει, ἀνατέλλει, oritur. ἀντίοι ἵστανται, Μ, 44. ὑπένερθε ποδῶν κονίη ἵστατο ἀειρομένη, exsurgebat elatus pulvis, Β, 151. αὐτοῖς πρόμος, stabat, consistebat, illis propugnator, Η, 136. αὐτῶν ὁμὸν νεῖκος, Ν, 333, excitabatur eorum certamen in congressu. et 702, ἵστατο ἀπὸ Αἴαντος, pro ἀφίστατο, stabat ab eo separatus. ἐν αὐτοῖς, Π, 166, *stund unter ihnen, (stood among them.)* ἔναντα αὐτοῦ, Υ, 68, *stellete sich ihm entgegen, stund gegen ihn, (went to meet him, placed himself opposite to him.)* κῦμα ἀειρόμενον, Φ, 327. κονίη ἀειρομένη ὑπὸ στέρνοις, i. e. ἀνυψοῦτο, Ψ, 366, de equis cursu suo excitantibus pulverem. ἔνθα ἄλλα ἔγχεα, ubi aliæ hastæ stabant, statutæ erant, α, 129. αὐτοῦ πέλας, ο, 257, *trat nahe an ihn, (went up to him.)* τόσσοι ἐν πεδίῳ ἵσταντο, Β, 473, de copiis militaribus. ἔνθα ἄρα δὴ, Λ, 171. et 573, δοῦρα ἐν γαίῃ, hastæ stabant cuspidibus suis in terra, cum non attigissent homines. sic et Ο, 317, *fuhren in die erde und blieben da stecken, (penetrated the earth, and remained sticking in it.)* ἀμφὶ αὐτοὺς φάλαγγες, Ν, 126. ἑξείης, consistebant ordine, Ψ, 839, *stelleten sich in eine reihe, (placed themselves in a row.)* ἀμφὶ δὲ κοῦροι πρωθῆβαι, Θ, 263. παρὰ ἐμὲ ἵστασο, Λ, 514, juxta me consiste, *tritt neben mich, (stand by me:)* imperat. præs. medii. sic, ἐναντίος ἐμοῦ, Ν, 448, et, ἀντίος, Ρ, 31, quod opponitur τῷ ἀναχωρῆσαι, abscedere: idem est quod ἄντα στῆναι, ἀντίον ἐλθεῖν, *die stirne bieten, (to face.)* μὴ ἀντίος ἵστασο ἐμεῖο, Υ, 197. μηδὲ πρόμος τούτῳ, Χ, 85. παρὰ ἐμὲ, χ, 233. ἵστασθε, consistite, *stellet euch, tretet, (stand,)* Λ, 590. ἄνεμος οὐκ ἐπὶ γαίῃ εἴα ἵστασθαι, τ, 201, de vi boreæ, qui ne in terra quidem sinebat securum stare; nedum in ponto naves. ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος, Δ, 203. *da er zu ihm trat, (going up to him.)* μεσηγὺ, Λ, 570, in medio stans. ἑκὰς αὐτῶν, Ν, 293. et 462, 768, ἀγχοῦ. sic et Ξ, 356. Ο, 243. Π, 537. δ, 25. ρ, 349, 551, i. e. παριστάμενος. ἱσταμένοιο μηνὸς, mense surgente, i. e. incipiente novo, ξ, 162. τ, 307. nam, finiente mense, φθίνοντος μηνὸς, alter sequens mensis ἵσταται. sic, ἔαρος νέον ἱσταμένου, vere incipiente, τ, 519,

wenn der frühling erst angehet, (when spring arrived.) αὐτῷ ἱσταμένῳ, ei stanti, η, 83. ἱστάμενοι περὶ σπέος, stantes circum speluncam, ι, 402. κατ' αὐτὰς ἱστάμενοι, contra illas, M, 341. ἐγγύθεν, prope stantes, O, 710, cominus pugnantes, non eminus. μάλα ἐγγὺς, Σ, 586, *sich sehr nahe stellende, (standing very near to each other.)* ἀγχοῦ ἱσταμένη, B, 172, 790. Γ, 129. Δ, 92. E, 123. K, 508. Λ, 199. O, 173. X, 215, 228. Ω, 87. ε, 159. ο, 9, ubi de Minerva, i. e. de cogitatione, quæ nunc tandem fit clarior, vel animo proprior, et quasi exsurgens nova. γυναῖκες ἱστάμεναι, Σ, 496.

ἱστίον, ου. τό. (Στάω) velum, *das segel, (the sail.)* nautis vulgo dictum τὸ ἄρμενον, ab ἄρω, apto, vel et ab αἴρω, elevo. ἀνεπέτασαν ἱστία λευκὰ, expanderunt vela alba, A, 480, ergo erant λινᾶ, unde et λίνα dicuntur, ὁμονύμως τοῖς δικτύοις. nam λινάρια dicuntur τὰ θηρατικὰ δίκτυα, e quibus si effugit fera, dicitur ἐκλινίσαι, *durch die lappen gehen, (to break through the net.)* cæterum et λευκὰ ἱστία εἰς οἰωνὸν ἦσαν ἀγαθὸν, in bonum augurium et omen: hinc Theseus condixerat suis, si reverteretur felix, habituram esse navem suam alba vela, sin minus, atra. et 433, ἱστία μὲν στείλαντο, colligebant. ἀνέμοιο δεινὸς ἀήτης ἱστίῳ ἐμβρέμεται, immurmurat velo, O, 627. εἷλκον δ' ἱστία λευκὰ ἐϋστρέπτοισι βοεῦσιν, ἔπρησεν δ' ἄνεμος μέσον ἱστίον, β, 426, 427. ο, 291, sursum traxerunt vela alba bene tortis loris bubulis, et inflavit ventus medium velum. ἱστία νηὸς στεῖλαν ἀείραντες, vela navis colligebant et convolvebant sumentes, γ, 10. sic, στέλλοντας, π, 353. ἱστία νηυσὶν ἐντιθέμεθα, δ, 578; 781, ἐνετίθεντο. et 783, ἀνεπέτασαν λευκά. φάρεα (texta linea) ἔνεικε, ἱστία ποιήσασθαι, 259. et 269, ἐπέτασε, expandit. sic et, θ, 52, 54. ἱστία διέσχισεν (discidit) ἲς ἀνέμοιο, vis venti, ι, 70. et 77, ἀνερύσαντες, sursum trahentes. sic et μ, 402. καθείλομεν πάντα, demsimus vela omnia, ι, 149. ἀναπετάσας, κ, 506. μηρύσαντο, complicabant vela, μ, 170.

ἱστοδόκη, ης. ἡ. (Δέκω) est ξύλον κατὰ πρύμναν, (in puppi) ἐξέχον, καθ' οὗ κλίνεται ὁ ἱστὸς, in quo recumbit demissus malus. A, 434.

ἱστοπέδη, ης. ἡ. (Πάω) est in navi lignum, cui inseritur et alligatur malus infra. *der balke und ort im schiffe, wo der aufgerichtete mastbaum unten befestiget wird, (the wooden step in a ship, in which the lower extremity of the mast is fixed.)* imo et, pes ipse mali, ejusque inferior pars. ἐν ἱστοπέδῃ, ad pedem mali, μ, 51, 162, ubi alligabatur Ulysses.

ἱστὸς, οῦ. ὁ. (Στάω) malus nauticus, *ein mast im schiffe, (the mast of a ship,)* quem nautæ vulgo vocabant τὸ κατάρτιον, ab ἀρτάω et κατά: quia vela appenduntur ei. it. apud textorem id instrumentum a quo fila in texendo ducta stant; unde, per tropum, ipsam telam notat. est ab ἵστασθαι, nam erigitur malus; et fila textoris stant firma. ἱστὸν δ' ἱστοδόκῃ πέλασαν, προτόνοισιν ὑφέντες, malum receptaculo suo admoverunt, rudentibus demittentes eum, A, 434. et 480, ἱστὸν στήσαντο, malum erexerunt; quod dictum etymologice. ἱστὸν νηὸς ἔστησε τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοις, malum navis erexit eminus in arena, ut pendens superne avis peteretur sagittis, certandi causa, Ψ, 852, 878. ἐν δ' ἱστὸν ἐποίει, ε, 254, elaborabat malum in navi habendum. ἀμαιμάκετον νηὸς, ξ, 311, valde longum malum. εἰλάτινον ἔντοσθε μεσόδμης στῆσαν ἀείραντες, β, 424. ο, 289, malum abiegnum. ἐντιθέμεθα ἱστοὺς, imposuimus malos in naves, δ, 578, 781, i. e. ereximus. μέσον ἱστὸν ἔαξε θύελλα, ε, 316. ἱστοὶ καὶ ἐρετμὰ, ζ, 271. ἐνετίθεντο ἱστὸν, θ, 52. ἱστοὺς στησάμενοι, ι, 77. et 322, ὅσσον δὲ ἱστὸν νηὸς ἐεικοσόροιο. ἱστὸν στήσας, κ, 506. στησάμενοι, μ, 402. et 409, ἱστοῦ προτόνους ἔῤῥηξε θύελλα. et 422, ἐξέαξέν οἱ ἱστὸν ποτὶ τρόπιν. et 424, συνέεργον (colligabam) ὁμοῦ τρόπιν καὶ ἱστὸν, carinam et malum ex dissoluta navi. καδ δ' ἕλον ἱστὸν, demiserunt, ο, 495. ἱστὸν ἐποιχομένην, telæ texendæ instrumentum tractantem et obeuntem, A, 31. ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε, magnam telam institutam texebat, Γ, 125, Helena. πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις, pro alia et apud aliam texas, Z, 456, de Andromache; si esset captiva. et 491, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, (curato) ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, telam texendam et colum nendam; inquit Hector familiariter et amice ad suam Andromachen. sic Telemachus ad matrem Penelopen, α, 357. φ, 351. ἥγε ἱστὸν ὕφαινε μυχῷ δόμου, X, 440, Andromache, στησαμένη μέγαν ἱστὸν, *(da sie ein grosses gewebe aufgezogen auf den weberstuhl) (having placed a large web upon the loom)* ὕφαινε, λεπτὸν *(fein) (fine)* καὶ περίμετρον, *und breit, (and broad,)* β, 94. τ, 139. ω, 128. ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν, β, 104. τ, 149. ω, 138. ἀλλύουσαν (pro ἀναλύουσαν, retexentem) ἐφεύρομεν ἀγλαὸν ἱστὸν, splendidam et eximiam eam telam, β, 109, de Penelope. et ω, 144. et 146, ὑφήνασα μέγαν ἱστὸν, ἠελίῳ ἐναλίγκιον ἠὲ σελήνῃ, quibus verbis explicatur τὸ ἀγλαὸν, valde candidum, vel, valde lucens et intextis figuris splendidum. et hæc tela destinabatur εἰς φᾶρος, coll. 131—133, apparet præterea, quid sit hoc sensu, ἵστασθαι ἱστόν. ἱστὸν ἐποιχομένη, χρυσείῃ κερκίδι ὕφαινεν, ἀοιδιάουσα, Calypso dea, ε, 62. Κίρκης ἀειδούσης ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, κ, 222. 226. et 254, μέγαν ἱστὸν ἐποιχομένη λίγ' ἀείδει. ergo ἱστὸς οὐκ ἀγεννές τι ἐνδόξοις γυναιξίν. et deæ quidem texentes canunt, sed Helenæ aut Penelopes aut Andromaches nullus cantus, ob luctum vel mœstitiam. Deæ hilariter perpetuo agunt, homines raro. ἱστοὶ λίθεοι περιμήκεες, ἔνθα Νύμφαι φάρεα ὑφαίνουσι, ν, 107, ut ex saxo fuerit id, ἐν ᾧ τυλίσσεται τὸ ὑφαινόμενον, καὶ οἱ ἱστόποδες, etc. imo, *der weberstuhl an sich war grüstentheils von stein, (the loom was chiefly of stone,)* in Nympharum antro, non vero apud alios. ὑπερωΐῳ ἱστὸν ὑφαίνει, ο, 516, telam texit. faceta celebris est responsio, cum amica quædam Corinthia laudaretur ut opifica; quidni, respondebat alius, quæ uno die δύο ἱστοὺς καθεῖλε. et videbatur dicere, δύο ἱστάρια, duas telas perfectas texendo: sed

intelligebat malos nauticos, et per tropum δύο ναυκλήρους φαιτῶντας ἐπ' αὐτήν.

Ἵστωρ, ορος. ὁ. (Εἴδω) qui scit jura et æquum, arbiter, cognitor, judex. sic enim κατ' ἐξοχὴν vocatur disceptator judicialis. Attici scribunt ἵστωρ, per asperum, Iones per lenem. ἐπὶ ἵστορι, Ζ, 501, coram arbitro. ἵστορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν (θῶμεν) ἄμφω, arbitrum, in quem compromittamus, Ψ, 486. apud recentiores etiam μάρτυς συνθηκῶν, testis pactorum, sic vocabatur, qui et ὁ συνίστωρ, i. e. ἐπιστήμων, qui et ὁ ἰδυῖος, et ὁ ἰδύος et εἰδύος, dictus. cæterum est ab ἵσημι, scio, ut notet eum, qui sciat et sciscat et pronuntiet.

Ἰσχαλέος, έα, έον. (Χάω) siccus, aridus. pro quo recentiores dicunt ἰσχναλέος: quod ν tamen ab etymo non est. οἷόν τε, κατὰ λοπὸν κρομύοιο ἰσχαλέοιο, τ, 233, similem, velut membranam cepæ siccæ, pro λοπὸν ἰσχαλέον, siccam tunicam cepæ: sed poëtæ sæpe transponunt epitheta. cæterum huic membranæ comparat tenuem tunicam regiam. ab eodem ἴσχω est et ἡ ἰσχὰς, άδος, ficus sicca, it. olea matura; nam sunt contractiores virentibus.

Ἰσχανάω, (Χάω) teneo, detineo, retineo, moror. est ab ἴσχω, per paragogen, ejusdemque significatus. τὸν χειμάῤῥουν γέφυραι οὐκ ἰσχανόωσιν, pro ἰσχανάουσι, contr. ἰσχανῶσι, et distracto circumfl. per insertum ο, eum pontes non sustinent, sed rumpuntur, Ε, 89, coll. 90. αὐτόν τ' ἰσχανάασκον, ionice pro ἰσχάναον, me prohibuerunt et retinuerunt ab eo consilio, Ο, 723, ἐκώλυον, ἐπεῖχον. ἰσχανάᾳ δακέειν, pro ἰσχανᾷ, ex ἰσχανάει, *sie hält an mit stechen, (continues to bite,)* Ρ, 572, ἐπιθυμητικῶς ἀντέχεται, inhæret; et sermo est de musca, quæ non desinit mordere velle, etsi sæpe abacta: ἐπιθυμεῖ, ἀντίσχεται. sic, μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν, pro ἰσχανάουσαν, valde cupidam cursus equam. Ψ, 300, i. e. πάνυ ἐφιεμένην δραμεῖν. ἰσχανόων (pro ἰσχανάων, contr. ἰσχανῶν) φιλότητος, cupidus amoris et concubitus, Θ, 288, ἐχόμενος (*eingenommen von begierde*) *(inflamed with desire)* καὶ ἐπιθυμῶν. νῦν δ' ἐπεὶ ἰσχανάᾳς, μεῖναι δέ με κεῖνον ἄνωγας, nunc quia me retines apud te, et mihi auctor es ut exspectem illum apud te, ο, 345, pro ἰσχανάεις, contr. ἰσχανᾷς. Ἀργεῖοι ἐπὶ νηυσὶν ἰσχανόωντο, in castris continebantur, Μ, 38, continebant se. μηδέ τις ἰσχανάασθω, neque quis moretur, Τ, 234, pro ἰσχαναέσθω. nimirum facta contractio semper distrahitur per interpositam vocalem, quæ est α breve, si contractio fuit in α longum; aut ο, si fuit ω. οἳ δέ ἰσχανόωνται, η, 161, hi vero, *tuum* jussum exspectantes, continent se ne ipsi jubeant.

Ἰσχάνω, (Χάω) ab ἴσχω per paragogen, simul ac præcedens, ejusdemque significatus. δέος ἰσχάνει ἄνδρας, metus constringit et reprimit viros, Ξ, 387. ὄπισθεν Αἴαντε ἰσχανέτην, ὥστε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ, Ρ, 747, a tergo Ajaces ambo arcebant hostes, sicut agger cohibet aquam fluminis; εἶχον καὶ ἐκώλυον τοὺς πολεμίους, coll. 750. est et forma ἰσχαίνω, f. ανῶ.

Ἰσχίον, ου. τό. (Χάω) est proprie τὸ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ὀστοῦν, εἰς ὃ ἔγκειται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, ὃ καὶ γλουτὸς καλεῖται καὶ κοτύλη δὲ, διὰ τὴν κοιλότητα: ut ergo ἰσχίον et κοτύλη sit idem. nominatur tamen sic et ὅλον τὸ ἄρθρον, et τὸ νεῦρον τὸ πρὸς τῇ κοτύλῃ. πυγαὶ vero proprie sunt partes illæ quibus sedemus, quas quoque γλουτοὺς vocamus. apud poëtam notat, *das hüftenbein oben am gelenke, (the hip-joint.)* χερμαδίῳ μεγάλῳ ἔβαλεν Αἰνείαν κατὰ ἰσχίον, ἔνθα μηρὸς (femur.) ἐνστρέφεται ἰσχίῳ, κοτύλην δέ μιν καλέουσιν, Ε, 305, 306. οὔτασε δουρὶ αὐτὸν κατὰ ἰσχίον, Λ, 339. ἰσχία τε γλουτούς τε ἑλισσόμενόν τε δοκεύει, Θ, 340, ubi sermo est de cane venatico, qui imminet apro, et nunc appetere vult coxas ejus, nunc clunes, nunc circumvertentem se atque ibi ad aures. vides ergo, ἰσχία et γλουτοὺς differre. et de leone, caudam motitante, οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία μαστίεται, flagellat sibi cauda sua, Υ, 170. παριὼν λὰξ ἔνθορεν ἰσχίῳ, ρ, 234, præteriens calce insiliit in coxam heri sui personati servus protervus. est ab ἴσχω, et quid proprie sit, docent anatomici. ab eodem ἴσχω est et ἡ ἰσχὺς, robur, quo ἴσχειν et ἀντίσχειν δύναταί τις.

Ἴσχω, (Χάω) teneo, detineo, retineo, moror, *ich halte auf oder ab, (I detain, restrain.)* est ab ἔχω, interserto Sigma, et ob id mutato ε, quod amat mutari in Iota, sequente Sigma. sic fit ἴσπω ex ἕπω. ἴσχει σε δέος ἀκήριον, tenet te timor non animosus, Ε, 812, 817. sic, οὔτινα, Ν, 224. ἕρκεα οὐκ ἴσχει τὸν χειμάῤῥουν, sepimenta rustica non morantur torrentem, sed is ea perrumpit, Ε, 90. πρὼν ἴσχει ῥέεθρα ποταμῶν, agger cohibet fluenta fluviorum, Ρ, 750. ἀγχόθι στήθεος ἴσχει, Ψ, 762, prope ad pectus continet. ἥ μιν ἀνάγκη ἴσχει, quæ eum cogens detinet, δ, 558. ε, 15. ρ, 144. οὐδὲ σηκοὶ ἴσχουσι τὰς πόρτιας, neque stabula cohibent eas, κ, 413. Ἀχιλῆα ἴσχωσι καὶ οὐκ εἰῶσι μάχεσθαι, eum prohibeant nec sinant pugnare, Υ, 139, ubi explicatio addita; absterreant, retineant. ἴσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, sustinebant enim eum dense connexi ordines, Ο, 618. et 657, ἴσχε γὰρ (αὐτοὺς) αἰδὼς καὶ δέος, cohibebat enim eos pudor et metus. et 456, σχεδὸν ἴσχειν ἵππους, in propinquo tenere equos; et εἰσορόωντα pertinet ad ἡνίοχον, quem jubet semper spectare socium pedestri prœlio occupatum, ne nimis longe ab eo absit cum curru. σὺ δὲ θυμὸν ἴσχειν (inf. pro imperat.) ἐν στήθεσσι, Ι, 256, tu vero coërce et fræna animositatem et iram in pectore. et 352, ἀλλ' οὐδ' ὡς δύναται σθένος Ἕκτορος ἴσχειν, vim ejus sustinere. οὐ δύνανται ἐσσυμένους πολέμου ἴσχειν, non valent cupidos pugnæ retinere, Ω, 404. μή μοι ἀπόπροθεν ἰσχέμεν (infin. Ionicus, et pro imperat.) ἵππους, non procul a me teno equos, Ρ, 501, *halte mit den pferden nicht weit von mir, (stand with the horses not far from me.)* μένειν ἰσχέμεναι (Attica paragoge infinitivi) τε μνηστῆρας κατὰ δώματα,

υ, 330, ubi id μένειν respicit Penelopen: non vitio dandum ei fuit, quod manebat domi et exspectabat maritum, et morabatur distinebatque procos in domo sua, nec aliquem ex iis sponsum sibi eligebat: *es war ihr nicht zu verdenken dass sie wartete, und die im hause sich einfindende freier auf hielt von einer zeit zur andern, (she was not to be blamed for waiting and putting off the suitors in her house from time to time;)* ἐπέχειν, *aufzuzögern, (to delay.)* ἐφ' αἵματι φάσγανον ἴσχων, super sanguinem tenens gladium, λ, 82. οὐκ ἔθελε προρέειν, ἀλλ' ἴσχετο, non poterat profluere, sed retardabatur, Φ, 366. σὺ δὲ ἴσχεο, tu autem cohibe te, *halt an dich, (refrain,)* Α, 214. sic, Β, 247, desine, *halt, (cease.)* λ, 250, ubi de silentio ponitur, *behalte es bey dir, (keep it to thyself,)* et ἐποχὴν λόγου παραινεῖ. χ, 356, abstine, *halt inne, (abstain.)* et 367, σὺ δὲ ἴσχεο, tu vero abstine, *schone du, (spare thou.)* et 411, ἐν θυμῷ χαῖρε, καὶ ἴσχεο, μηδ' ὀλόλυζε, in animo gaude tacita, O anus, et contine te, nec jubila. ἀλλ' ἴσχεο κλαυθμοῖο, cohibe fletum, ω, 322, *höre auf zu weinen, (cease weeping.)* et 542, ἴσχεο, παῦε δὲ νεῖκος πολέμου, abstine, et cessare fac contentionem pugnæ; *halt, (desist.)* sic, ἴσχεσθε, Ἀργεῖοι, μὴ βάλλετε, absistite, ne jaculamini, *haltet inne, (cease,)* Γ, 82, et deest μάχης, cohibete vos a pugnando, coll. 84. sic, ἴσχεσθε, Ἀργεῖοι, μὴ φεύγετε, ω, 54. et 530, ἴσχεσθε πτολέμου, desinite pugnare. λώβης ἴσχεσθαι, abstinere se ab injuria, σ, 346. υ, 285. de loco μ, 94, vide ἐξίσχω.

ἰσώσω, fut. vide ἰσόω.

ἰτέα, ας. ἡ. (Ἔω) salix. arbor sterilis, apta locis mortuorum. dicta ab ἰέναι, quia cito exsilit in altum. ἰτέαι ὠλεσίκαρποι, in luco Proserpinæ, κ, 510, salices steriles, quæ non habent sortem frugum. et ibi et aliæ ejusmodi arbores frugibus carentes memorantur. καίοντο ἰτέαι, Φ, 350, ubi memorantur inter arbores, ad aquam crescere solitas. adjectivum hinc est ἴτειος, εία, ειον. ῥάβδοις ἰτεΐνοισι, Herodot. IV, 67, ubi de vaticinatoribus Scytharum. ὁ ἰτεών, ῶνος, salictum. Vide sub λυγρὸς, prope initium.

ἴτυς, υος. ἡ. (Ἔω) est περιφέρεια rotæ, *die felgen am rade, (the felloes of a wheel.)* est quoque ab ἰέναι et περιϊέναι καὶ περιάγεσθαι sic dicta, et quod rota vadat in ea. ὄφρα ἴτυν κάμψῃ, ut orbile curvum faciat, Δ, 486. χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος, Ε, 724, sc. in curru divino Junonis. ἡ ἴτυς in genere est et quævis περιφέρεια, unde et clypeus habet suam ἴτυν, oram et ambitum. hinc Eurip. Phœn. 1393, ὄμμα ὑπερσχεν ἴτυος, oculum (i. e. caput) prominens supra orbem clypei. et subter oram erant foramina exigua, κεγχρώματα ἀσπίδων, per quæ observabant hostem, tecti clypeo. nisi illa κεγχρώματα erant exiguæ eminentiæ in ipsa exteriori ora clypei, similes nostris in sclopetis, quas vocamus *das korn, (the sight.)* Vide sub Θέω, paullo sub initio.

ἰϋγμὸς, οῦ. ὁ. (Ἴα) clamor inarticulatus et ἄσημος. it. sonus fistulæ. μολπῇ τε ἰϋγμῷ τε, Σ, 572, ubi saltatio rustica describitur, inter quam non cantatur solum, sed et varie clamatur præ lætitia, *mit juchen, (with shoutings.)* conf. μέλπω.

ἰΰζω, f. ύξω. (Ἴα) sonum quendam ἄσημον cum clamore edo, *ich scheuche durch geschrey, ich juche, (I scare with shouts, I make a loud noise.)* it. sonum clarum et acutum edo, qualem fistula pastoritia sonat. quod pertineat ad ἡ ἴα, clamor; ipse significatus ostendit. ἰΰζουσιν ἀπόπροθεν, Ρ, 66, conantur leonem eminus clamore abigere. ἰΰζοντες ἕποντο, clamantes insequebantur aquilam rustici, ο, 162, cum interfecisset anseres: et eo somnio præfigurabantur propinqui procorum occisorum clamaturi atrociter, ast frustra. notat hoc verbum etiam sonum animæ per dentes compressos retractæ, sicut mirantes aut dolentes solent. ὁ ἰΰκτης, οῦ est ὁ συρικτὴς ὁ λιγύφθωνος, qui fistula canit, Theocr. Id. 8, 30. ad ἰΰζω pertinet verbum ὕδω, clare voco, advoco. it. celebro, cano. nimirum ζ et δ sunt cognatæ litteræ: Iota initiale latet in υ. idem verbum dicitur ὑδέω, ionice ὑδείω. ὁ ὕδης, ου, cantor, celebrator voce: qui et ὁ ὕδνης, ου, dicitur. Græcæ enim voces per usum varie sunt distortæ, distractæ aut contractæ.

ἴφθιμος, η, ον. et attice ὁ ἡ. ἴφθιμος. (Ἴα) fortis, robustus, nervorum plenus et virium. est ab ἶφις, interserto θ, pro ἴφιμος. sic a τὸ ἄνθος est ἄνθιμος. notat ergo ἀνδρεῖον, δαΐφρονα, validum, firmum, magnanimum, pugnacem. πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς, Α, 3, multas fortes animas, i. e. fortes viros. sic, πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς, Λ, 55. μάλα ἴφθιμος, fortissimus, Θ, 144, imo in genere, valentissimus; ut etiam ad vires animi et intellectus possit trahi. ἴφθιμος Σθένελος, Ψ, 511. Πρωτέος ἰφθίμου, valentis Protei, δ, 365. ἰφθίμῳ κρατὶ ἐπέθηκε κυνέην, Γ, 336. Ο, 480. Π, 137. χ, 123. καί περ ἰφθίμῳ μοι ἐόντι, ἀργαλέον ἐστὶ, Μ, 410. Υ, 356. ἰφθίμῳ Ἀΐδι, κ, 534. λ, 47. nam Mors est valde valens viribus. μέγαν περ ἐόντα καὶ ἴφθιμον καὶ ἀγαυὸν, Δ, 534. Ε, 625. et 675, ἴφθιμον Διὸς υἱόν. Μελάνιππον, Ο, 547. καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα, Π, 620. Μενέλαον, Ρ, 554. ἄνδρα καὶ ἴφθιμον, π, 89. ἴφθιμοι Σθένελός τε καὶ Εὐρυμέδων, Θ, 114. ἴφθιμοι Λυκίων ἡγήτορες, Μ, 376. et 417. Λύκιοι. Λαιστρυγόνες, κ, 119. ἰφθίμων Δαναῶν, Λ, 290. ποταμῶν, Ρ, 749. ἑτάρων, ψ, 313. ἰφθίμοις ὤμοις, Σ, 204. πολλοῖς καὶ ἰφθίμοις μάχεσθαι, π, 244. ἐν πολλοῖς καὶ ἰφθίμοις ἀνάσσων, τ, 110. sic, ἄνασσες, ω, 26. ἰφθίμους ἑτάρους, υ, 20. ἴφθιμα κάρηνα βοῶν, Ψ, 260. *starke häupter rindvieh, (strong heads of oxen.)* ἰφθίμη ἄλοχος Διομήδεος, Ε, 415, in opposito ad alias ἀνάλκιδας, quæ facile possunt a Venere capi. ἰφθίμην ἄλοχον Σθενέλου, Τ, 116. θυγατρὶ ἰφθίμῃ Ἀντιφάτου, κ, 106, ubi de sola magnitudine virium corporis et staturæ sermo est. ἰφθίμην Πηρὼ, λ, 286, ubi vires animi una innuuntur. σοί τε καὶ ἰφθίμῃ ἀλόχῳ, *der braven*

gemahlin; (thy excellent wife,) μ, 452. ἅμα Κτιμένῃ θυγατέρι ἰφθίμῃ, ο, 363. ἰφθίμη βασίλεια, π, 332. ἰφθίμη παράκοιτις, ψ, 92. ponitur ergo de omnibus iis dotibus, quibus quis valet præ aliis.

Ἶφι, (Ἴα) neutrum, poni solet adverbialiter, fortiter, robuste, potenter, ἰσχυρῶς. ἶφι ἀνάσσεις, Α, 38, 452. Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν, Ζ, 478. ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι, Α, 151, prœliari fortiter in acie. τόξων εὖ εἰδότες, (ὥστε) ἶφι μάχεσθαι, Β, 720, nam ibi id ὥστε deese videtur, sc. δι' αὐτῶν, arcuum bene periti, ut cum arcubus valide pugnare possitis contra hostes. sic, ἶφι μάχεσθαι, Δ, 287. Ε, 606. Μ, 367. Σ, 14. Φ, 486. ἀνέρι ἶφι δαμῆναι, a viro vi occidi, Τ, 417. sic, ἡμετέραις ὑπὸ χερσὶν ἀνάγκῃ ἶφι δαμέντας, Υ, 143, sub manibus nostris a fatali necessitate vi occisos. sic, δαμέντα, occisum, Φ, 208. βοὸς ἶφι κταμένοιο, bovis mactati, non vero mortui ex morbo aut senectute, Γ, 375. ἐν Ὀρχομενῷ ἶφι ἄνασσεν, λ, 283. sic, Κύπρου, ρ, 443. τούτῳ δέ με ἶφι δαμάσῃ, σ, 57, et huic Iro me vi victum faciat. et 155, Τηλεμάχου ὑπὸ χερσὶν ἶφι δαμῆναι, occidi. et Minerva, i. e. hebetudo intellectus ipsius, eum præpedivisse dicitur ibi. χερσίν τε βίηφί τε ἶφι πιθήσας, φ, 315, satis fretus.

ἴφια μῆλα, vide sequens, et sub ΜΗ͂ΛΟΝ, paullo sub initio.

Ἶφις, ιος. ὁ ἡ. τὸ ἶφι. (Ἴα) fortis, robustus, vegetus, pinguis, *stark, (strong.)* in poëta hoc nomen non aliter occurrit, quam, ἴφια μῆλα, ovibus hoc epitheton tribuens, ut notet vel τὰ εὐτραφῆ καὶ ἐξαίρετα, pingues et eximias; vel τὰ ἰσχυροποιά, confortantes eum qui carne earum vescitur. conf. κρέας. Ε, 556. Θ, 505, 545. Ι, 406. Ψ, 166. λ, 107. μ, 128, 263, 322. σ, 277. υ, 51. ψ, 304.

Ἰχθυάω, f. άσω. (Θέω) piscor. ἰχθυάᾳ, pro ἰχθυάει, contr. ἰχθυᾷ, piscatur, sc. Scylla, μ, 95, ἁλιεύει, in sensu lato: nam non omnia sunt pisces tantum, quæ venatur Scylla in mari. ἰχθυάασκον, ionice pro ἰχθύαον, piscebantur, δ, 368, et quidem necessitate urgente: alias enim τὸ ἁλιεύειν in usu non erat heroibus, utpote qui ἐκρεοφάγουν.

Ἰχθυόεις, όεσσα, όεν. (Θέω) piscosus, περιέχων ἰχθύας, *fischreich, (abounding in fish.)* ἰχθυόεις πόντος, Ι, 4. Π, 746. Τ, 378. δ, 381, 390, 470. Ἑλλήσποντος, Ι, 360. Ὕλλῳ ἐπὶ ἰχθυόεντι, ad piscosum Hyllum, Υ, 392. ἰχθυόεντα κέλευθα, i. e. mare, γ, 177.

Ἰχθυοφαγία, ἡ, vide sequens ad medium.

Ἰχθύς, ύος. ὁ. (Θέω) piscis. putatur nomen compositum ex ἰκέσθαι, in longum protendere se, et θύειν, i. e. ὁρμᾶν; πολυκίνητον γὰρ ζῶον ὁ ἰχθύς. possit etiam simplicius deduci a præt. pass. ἶκται, ab ἴκω vel ἵκομαι, cujus prima persona est ἶγμαι: mutatis tenuibus in suas asperas, et hinc mutato spiritu. nos ad θύειν referre malujmus, ob multitudinem surculorum ex ἴκειν et κίειν prodeuntium. ἱερὸν ἰχθὺν ἐκ πόντοιο, λίνῳ καὶ χαλκῷ, sc. ἕλκει, Π, 407, sacrum piscem ex mari, lino et hamo trahit piscator: et verbum ibi omissum διὰ γοργότητα. plerique per ἱερὸν simpliciter intelligunt piscem marinum magnum et insolitum, diis maris consecratum. sic βοῦς vocatur ἱερὸς, ὁ μέγας ἀγελαῖος ἄνετος καὶ ἱερωμένος θεοῖς. et hæc explicatio fortasse optima. alii vero narrant, quod hic sacer piscis sit ὁ ἀνθίας, dictus ἱερὸς, quia notet sua præsentia, ἄθηρον (sine feris belluis) εἶναι τὴν θάλασσαν. ὅπου γὰρ ὁ ἀνθίας, ἐκεῖ οὐκ ἔστι θηρίον θαλάσσιον. quo signo viso, κατακολυμβῶσιν ἀδεῶς οἱ σπογγεῖς. hic piscis optimus est hieme: diciturque etiam ὁ κάλλιχθυς, et καλλιώνυμος (nam ἀνθίας est ab ἀνθέω) et ἔλλοψ. vide Athenæum. alius poëta vocat τοὺς δελφῖνας, ἱεροὺς ἰχθῦς. Theocritus ita vocat τὸν λεῦκον ἢ γλαῦκον: Callimachus τὸν χρύσοφρυν: alii τὸν πομπίλον ἢ πομπίλιον. Pythagoræis omnis piscis erat sacer, ob silentium, rem sacram καὶ θεῖόν τι: hinc et esu piscium omnino abstinebant. nam omnis piscis est mutus, excepto σκάρῳ: hinc piscis in genere dicitur ἔλλοψ, διὰ τὸ ἴλλεσθαι i. e. στερεῖσθαι ὀπὸς, quia caret voce. ut igitur ἔλλοψ sic de piscibus dicatur, sicut μέροψ de hominibus: quanquam tamen et ἔλλοψ sit certa quædam species piscium. ῥίψεν αὐτὸν, βόσιν (cibum) ἰχθύσιν, Τ, 268, nam omnes pisces vorant carnes mortuorum. sic de piscibus vorantibus mortuum, Φ, 122, 123; 126, 127; 203, 204; 353, 354. quibus locis simul pisces et anguillæ ut diversum genus opponuntur. ὑπὸ δελφῖνος ἰχθύες ἄλλοι φεύγοντες, Φ, 22. ἀναπάλλεται ἰχθὺς, exsilit piscis supra aquam, Ψ, 692. ὠμησταῖς ἰχθύσι, Ω, 82, ubi duo substantiva per appositionem: piscibus, cruda vorantibus. ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοις δόλον καταβάλλων, εἴδατα, μ, 252, i. e. τοῖς μικροῖς: et ex h. l. apparet ἰχθυοφαγία ἡ παλαιά, etsi poëta nusquam heroicam personam inducat piscibus vescentem. plebecula tamen iis usa est; immo et alii, necessitatis tempore. hinc μ, 331, ἄγρην ἐφέπεσκον, ἀλητεύοντες, ἀνάγκῃ, ἰχθῦς ὄρνιθάς τε: cum reliquus commeatus ex navi consumtus esset. nam extra necessitatem honestiores παλαιοὶ οὔτε ἰχθυοφάγουν οὔτε ὀρνίθων ἐπιχνῶντο θήραν. heroës in conviviis suis amabant simplicem cibum bubulæ carnis assatæ, aut suillæ. post Homerum demum apud lautiores in pretio esse cœperunt piscis. λάρος ὄρνις, ἰχθῦς ἀγρώσσων, larus avis, pisces venans, ε, 53. ἰχθῦς (pro ἰχθύας) δ' ὡς πείροντες, κ, 124, ubi conf. πείρω. τὸν ἐν πόντῳ ἔφαγον ἰχθύες, ξ, 135. ω, 290. quo nomine et τὰ κήτη comprehenduntur. τὴν μὲν (mortuam fœminam in itinere) φώκαις καὶ ἰχθύσι κύρμα γενέσθαι ἔκβαλον ἐκ νηός, ο, 479. θάλασσα παρέχει ἰχθῦς, in cibum plebeculæ, τ, 113, nam ibi felicitas enumeratur populi sub bono principe. ὡς ἰχθύας, οὕς ἁλιεῖς ἐς αἰγιαλὸν ἔκποσθε θαλάσσης δικτύῳ ἐξέρυσαν, χ, 384—388, quo uno loco poëta capturæ piscium per rete mentionem explicitam facit. cæterum optimi pisces sunt marini; post hos, fluviales, et in his optimi οἱ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις τῶν ποταμῶν.

Ἴχνιον, ου. τό. (Ἔω) vestigium, *die spur,*

der fussstapf, (traces, footsteps.) gressus, *der schritt, (gait, pace.)* est deductum (non vero deminutivum) a *τὸ ἴχνος.* notat in primis motum pedum in procedendo; et est ab *ἵκω* vel *ἱκνέομαι,* spiritu aspero τῷ χ ex κ addito. *ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων ῥεῖα ἔγνων ἀπιόντος,* N, 71, gressus et motus enim pedum tibiarumque facile animadverti a tergo, abeuntis; et sermo ibi est de deo, qui sub alia figura apparuit, in abeundo vero ex incessu agnoscitur, coll. 62—65. cæterum *ἴχνια* sunt h. l. in sensu primo, *der gang, die art zu schreiten, (the walk, step.)* *μετ' ἀνέρος ἴχνια ἐρευνῶν,* Σ, 321, post gressus hominis vestigans: ubi maxime notat vestigia ex incessu impressa. sic et Ψ, 764, *ἴχνια τύπτε πόδεσσιν,* vestigia præcurrentis premebat pedibus: *war eher in den fussstapfen, ehe der durch die ersten rege gemachte sand wieder zusammen fiel, (followed in his footsteps before the sand thrown up by him had reached to the ground.)* *μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο,* ambulabat post deam, sequebatur eam, β, 406. γ, 30. ε, 193. η, 38. *ἴχνι' ἐρευνῶντες κύνες ἤϊσαν,* τ, 436, canes ibant vestigantes: ubi quidam legunt *ἴχνη.* Vide sub *ἀέθλιον* et *κνήμη.*

ἴχνος, εος. τό. ("Εω) gressus, incessus. it. vestigium. est quasi *ἵκνος,* ab *ἱκνέομαι,* et spiritus asper transiit in χ. *καὶ ἴχνεσι γὰρ περιῄδη,* nam et vestigiis valde callebat, ρ, 317, *er verstund sich sehr gut auf die spuren, wo ein wild gegangen, (he was very skilful in discovering the traces of game.)* et sermo est de cane bono. locum ex τ vide sub *ἴχνιον.* notat deinde *τὸ ἴχνος* et, plantam pedis, volam pedis; et in specie, cutem sub planta pedis: his enim vaditur, ut instrumentis.

ἰχώρ, ῶρος. ὁ. (Χάω) est proprie *ὁ κατὰ φύσιν μετὰ τροφὴν χυλὸς,* succus ille qui ex cibis fit ad nutriendum corpus, *ὃς ἀνάλογόν ἐστιν αἵματι, καὶ εἰς αἷμα μεταβάλλεται. der nahrungssaft, (the nutritious juices of meat.)* est a *χέω,* fundo, præfixo Iota; nam per omne corpus diffunditur. *ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο,* (Veneris vulneratæ in manum) *ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι: οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσι, οὐ πίνουσι αἴθοπα οἶνον· τοὔνεκα ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται,* E, 340, ut ergo ibi *ἰχὼρ* sit *ὑγρότης θεοῖς πρέπουσα, τοῖς μὴ ἔχουσιν οὔτε τὸν ἀληθῶς ἰχῶρα, οὔτε τὸ ἀτρεκὲς αἷμα:* quod ideo vocatur *ἄμβροτον αἷμα,* sc. analogice tantum. ad conclusionem, quod dii non habeant sanguinem qualem mortales habent, ideo, quia non edant et bibant qualia homines addendum, *ἀλλὰ ἀμβροσίαν ἔδουσι καὶ νέκταρ πίνουσι:* nisi enim hoc subintelligatur, possent et *οἱ σκώληκες* dii dici, qui non edunt *σῖτον* nec bibunt *οἶνον,* et sunt *ἀναίμονες.* conclusio ergo hæc est: non edunt *σῖτον,* sed *ἀμβροσίαν,* nec bibunt *οἶνον,* sed *νέκταρ, τὰ δὲ νέκταρι καὶ ἀμβροσίᾳ χρώμενα ἀθάνατά εἰσιν, οἱ θεοὶ ἄρα ἀθάνατοι.* et 416, *ἀμφοτέρῃσιν* (*χερσὶν*) *ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ,* utraque manu sua adhibita abstersit ichorem a manu vulnerata Veneris; ubi ista insolens apocope, pro *ἰχῶρα,* nulli antiquorum placet, qui potius etiam ρ abscindi jubent, ut legatur *ἰχῶ,* sicut alibi *ἱδρῶ* pro *ἱδρῶτα, δῶ* pro *δῶμα, κυκεῶ* pro *κυκεῶνα, Ἀπόλλω* pro *Ἀπόλλωνα,* etc. cæterum quia *ἰχὼρ* de diis improprie tantum dicitur, hinc loco prius citato addiderat, *οἷός πέρ τε,* qualiscunque ille humor est qui defluit. nam in corporibus animalium, imo et in aliis corporibus, est verus *ἰχώρ.*

ἴψ, ἰπός. ὁ. (Πέτω) animalculum, quod cornibus innascitur eaque infestat, *θηρίδιον κέρασιν ἐμφυόμενον καὶ κατεσθίον αὐτὰ, παραπλήσιον κώνωπι.* est ab *ἴπτειν,* i. e. *φθείρειν,* quod verbum tamen et de quovis onere quo quid premitur vel quod incidit in aliquem, poni solet, *pressen, gepresset werden, (to press, to be pressed.)* *μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν,* ne forte vermes comederint cornua, i. e. arcum corneum, φ, 395, i. e. *οἱ ἐν τοῖς κέρασιν ἶπες,* ad differentiam aliorum *ἐν φυτοῖς.* hinc quidam ibi *ὑφὲν* scribunt *κεραΐπες.* alii vero (*αἱ*) *κεραΐδες,* a *κεραΐζειν,* infestare cornu, ut notentur *αἱ τῶν τόξων φθαρτικαί.*

ἰωγή, ῆς. ἡ. ("Εω) quod ulteriorem progressum impedit, *eine bedeckung wowieder, (a covering against something.)* it. quod vocem repercutit et resonare facit; et in genere, ubi progressus fluidi cujusdam impeditur. nam est ab *ἡ ἰωὴ,* quatenus ea in genere processum fluidi notat: sic tamen, ut ex verbo *ἄγνυμαι τὸ γ* inesse videatur; *ἔνθα ὁ ἄνεμος ἰὼν ἄγνυται, καὶ οὐ δίεισιν ἐνδοτέρω. Βορέω ὑπ' ἰωγῇ,* ξ, 533, quod aliis verbis exprimit, ε, 443, *ἐπὶ σκέπας ἦν ἀνέμοιο,* aderat (*ἐπῆν*) tegmen a vento. ut ergo *ἰωγὴ* sic *ἡ σκέπη,* et ubi est *ἰωῆς κλάσις.* apud Herodotum est *ἡ κυματωγὴ,* i. e. *ἡ ἀκτὴ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγνυνται, hartes ufer, (the hard beach.)*

ἰωή, ῆς. ἡ. ("Εω) sonus, *φωνή.* flatus, *πνοή.* utraque notione ab *ἴω,* vado. *ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς,* per flatum Zephyri, Δ, 276, *bey dem gehen des westwindes, (by the blowing of the west wind.)* nam ventus procedit quasi, et secum rapit alia. *ἐξ ἀνέμοιο ἰωῆς,* a flatu venti, Λ, 308. *τὸν δ' αἶψα περὶ φρένας ἤλυθ' ἰωὴ,* pro *περιήλυθε,* K, 139, i. e. *ἡ φωνὴ ἠκούσθη ὑπ' αὐτοῦ ταχύ.* nam est *ὁ προφορικὸς λόγος, ὁ τοῦ στόματος προϊών.* eadem *φωνὴ* dicitur et *ἡ ἴα, ας:* unde est *ὁ λοξίας, ου,* i. e. *λοξὴν ἴαν ἢ φωνὴν πέμπων,* ambiguum sermonem edens, per ambages pronuntians. ponitur tamen *ἰωὴ* etiam simpliciter *ἐπὶ ἤχου.* sic, *ἰωὴ φόρμιγγος περιήλυθε σφᾶς,* sonus citharæ circumsonuit eos, ρ, 261, i. e. *ἠκούσθη ἡ φόρμιγξ.*

ἰῶκα, pro *ἰωκὴν,* vide sequens.

ἰωκή, ῆς. ἡ. (Δίω) persecutio, agitatio, *die jagung, scheuchung, (a disturbing, driving away.)* est pro *διωκὴ,* abjecto δ. *οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν, οὔτε ἰωκὰς,* E, 521, neque vires eorum timebant, neque atroces et terrentes clamores. et 740, *κρυόεσσα ἰωκὴ* insectatio terribilis. *ἰῶκα δακρυόεσσαν,* Λ, 600, i. e. *τὴν ἐν μάχῃ δίωξιν:* et est per metaplasmum declinationis pro *ἰωκὴν,* sicut pro *φυγὴν* etiam He-

rodotus in prosa habet φύγα, quasi ex tertia declinatione esset ἰὼξ, ἰῶκος, et φὺξ, υγός. conf. ἰωγή.

ἴωχμος, οῦ. ὁ. (Δίω) est ὁ διωγμὸς, abjecto δ, et mutato γ. sic ex τὸ βρέγμα fit ὁ βρεχμὸς, cerebrum; et ex τὸ ῥῆγμα ὁ ῥηχμὸς, fissura. Ἕκτορος ἵπποι ἦλθον ἀν' ἰωχμὸν, Θ, 89, i. e. Hector curru vectus venit per locum et ad locum, ubi premebatur Nestor turba urgentium et insequentium hostium. et 158, φύγαδε ἔτραπεν ἵππους αὖθις ἀν' ἰωχμὸν, i. e. ὀπίσω ἔνθα ἦν ἡ τῶν λοιπῶν Ἀχαιῶν δίωξις, retro in turbam fugientium.

K

K, præfixum abundans, vide sub Καυλωνία, in R.

κάββαλε, pro κατέβαλε, vide sub καταβάλλω.

καγγόνυ, pro κατὰ γόνυ, vide sub ΚΑΤΑ' prope medium, et Γόνυ paullo sub medio.

κάγκανος, (et κάγχανος,) ου. ὁ ἡ. (Κῶ) est ὁ εἰς τὸ καίεσθαι καινόμενος (a καίνω, cædo) i. e. κοπτόμενος: et ξύλα κάγκανα sunt, τὰ ξηρὰ, καινόμενα εἰς τὸ καίεσθαι. quæ et δανὰ dicuntur, a δαίεσθαι, secari, accendi. Eustathius enim deductionem a καίνω, cædo, subigo, urget. et omnino id verosimile est. nam τὸ καίνειν, secare, vincere, cædere, a κέιν, findere, jacere facere, ortum est, ut loco suo videbimus. potest tamen simpliciter a καίειν, urere, deduci, ut notentur ligna ad ignem faciendum apta, *brennholz, (wood for fuel.)* ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται, subjacent sub lebete, Φ, 364. περὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν, αὖα πάλαι, περίκηλα, νέον κεκεασμένα χαλκῷ, σ, 307. ubi κάγκανα sunt ἐπιτήδεια καίεσθαι. ambages ergo istæ deductionis ex duobus verbis nihil sunt necesse: nam a καίεσθαι sufficit, ut sequens vox ostendet.

καγχαλάω, f. άσω et ήσω. (Χάω) sum animo valde læto et remisso, remitto me valde a curis, lætor et rideo. notat plus quam χαίρειν, et est χαλᾷν τῇ ἐκλύσει, χαλᾶσθαι ὑπὸ χαρᾶς. fit per reduplicationem, interserto ν, a χαλάω. ἢ καγχαλόωσι (pro λάουσι, contr. λῶσι, distracto circumflexo per ό) Ἀχαιοὶ, certe cachinnantur ii, Γ, 43, lætantur ex animo. τάφρον διήλασεν ἵππους καγχαλόων, ἅμα δ' ἄλλοι ἴσαν χαίροντες Ἀχαιοὶ, K, 565. sic, ἐβεβήκει, vadebat hilarus et lætus, Z, 514. ἀνεβήσατο ὑπερῷα γρηῦς καγχαλόωσα, ψ, 1, 59, i. e. χαίρουσα, καὶ χαλωμένη, καὶ ὡς οἷον χαλίφρων ὑφ' ἡδονῆς γινομένη.

κάγχανος, ὁ ἡ, vide κάγκανος, supra.

κάδ', pro κατὰ δὲ, vide sub ΚΑΤΑ' prope medium.

καδδῦσαι, per syncopen pro καταδῦσαι, vide sub καταδύω.

κάζω, f. σω. (Κῶ) orno, lucere et elucere facio. instruo. est a κάω, accendo: in sensu metaphorico: ut notet, vigere facio. passivum hujus verbi solum in usu poëtæ est. ab hoc verbo est compositum, λαικάζω, decipio, igne quasi aliquo fatuo accenso; et ἡ λαικάστρια, meretrix, quæ lucere eminus videtur sed falso. ἐγχείῃ (hasta, i. e. peritia pugnandi hasta) ἐκέκαστο (κατὰ) πανέλληνας, eminebat inter omnes Græcos, B, 530, *mit dem spiesse war er insonderheit leuchtend vor allen, (with the spear he was conspicuous above all.)* sic, (κατὰ) πάντας, Ξ, 124. Εὔφορβος, ὃς (κατὰ) ἡλικίην (inter æquales) ἐκέκαστο ἔγχεΐ τ', ἱπποσύνῃ τε, πόδεσσι καρπαλίμοισι, Π, 808, ubi tres artes militaris viri nobilis; et ἡλικίην est, περὶ τοὺς ὁμήλικας, supra æquales suos. Εὔμηλος, ὃς ἱπποσύνῃ ἐκέκαστο, Ψ, 289. ἐκηβολίαι, αἷς τὸ πρίν γε ἐκέκαστο, elucebat, E, 54, πᾶσαν γὰρ ὁμηλικίην ἐκέκαστο κάλλεΐ καὶ ἔργοισιν ἰδὲ φρεσὶ, N, 431, ubi sermo est de Hippodamia, sorore Æneæ; et vide tres præstantias fœmineas, quibus splendent late: formositas, dexteritas operandi, animus nobilis et intelligens. πάντας γὰρ ἐπὶ ἀνθρώπους ἐκέκαστο ὄλβῳ τε πλούτῳ τε, Ω, 535, ubi vides præpositionem alibi omissam, ἐπὶ, supra. et 546, σὲ, γέρον, πλούτῳ (opibus) τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι, excelluisse, eluxisse: et præcedit τῶν, i. e. inter illos homines. Ἑρμείας, ὃς ἐνὶ (intus, nisi mavis, ἐν θεοῖς) φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκαστο, Υ, 35. nisi potius τὸ ἐν pertinet ad verbum, ut ἐγκάζομαι sit, intus ornor: vel construendum est, ὃς ἐνὶ φρεσὶ κέκαστο πευκαλίμαις φρεσὶ, quæ quidem expositio est optima. οἷος ὁμηλικίην ἐκέκαστο ὄρνιθας (auguria) γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα (fatalia) μυθήσασθαι, β, 158. ὃς μαντοσύνῃ (divinandi arte) ἐκέκαστο, præ aliis lucebat et excellebat, ι, 509. καὶ μύθοισι κέκαστο, παλαιά τε πολλά τε εἰδὼς, η, 157. ubi vides, quis eloquentiæ lumen habere possit. ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο κλεπτοσύνῃ, astutia, τ, 395, et sermo est de Autolyco, avo materno Ulyssis. et 82, ἀγλαΐη νῦν γε μετὰ δμωαῖς (inter ancillas reliquas) κέκασσαι, eluces egregie decore et formositate; et sermo est Ulyssis ad pulcram ancillam Melantho. οἳ τὸ πάρος περ (οἵπερ) ἀλκῇ τ' ἠνορέῃ τε κεκάσμεθα (splendebamus) πᾶσαν ἐπ' αἶαν, in omni terra nostra, ω, 508, *im ganzen lande, (in the whole coun-*

try.) παντοίαις ἀρετῇσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσιν, δ, 725, 815, et sermo est de Ulysse. καὶ σὺ κακοῖσι δόλοισι κεκασμένε, Δ, 339, inquit Agamemnon, familiariter jocans, ad Ulyssem. λαικάζω est a syllaba intensiva λα, adjecto Iota: et notat proprie, nimis luceo et niteo splendore quodam: deinde est, decipio: it. scortor, Aristoph. Equit. 167.

καθαιρέω, f. ρήσω. (Ἄω) desumo, tollo, *nehme herab, (I take away.)* deprimo, comprimo, *drücke nieder oder zu, (depress or compress.)* οὐ μέν σοι πατὴρ καὶ μήτηρ ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι, Λ, 453, non compriment et claudent tibi morienti oculos: οὐ καθελοῦσι τὰ βλέφαρα, καὶ οὕτω μῦσαι ποιήσουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καλύψαντες. κατὰ δ' ᾕρει, pro καθῄρει, Φ, 327, deprimere conabatur, vel et, deprimebat, κατέβαλλεν, *warf ihn um, (threw him down.)* κὰδ δ' ἀπὸ πασσάλου ζυγὸν ᾕρεον, pro καθῄρεον, detrahebant, *nahmen herab, (took away.)* Ω, 268, κατῆγον, κατεβίβαζον. κὰδ δέ μιν ὕπνος ᾕρει, pro καθῄρει, ι, 372, 373, dejecit ipsum et compressit ei oculos.

καθαίρω, f. αρῶ. (Ἄω) purgo, aufero sordes. *ich reinige, (I cleanse.)* sæpe est vox θεία, unde οἱ καθαρμοὶ, et τὸ καθάρσιον, in bono sensu: sed τὸ κάθαρμα, in malo, nam καθάρματα vocamus τοὺς ῥυπαροὺς καὶ ἀποβλήτους. ἀπὸ χροὸς λύματα πάντα κάθηρεν, pro ἐκάθηρεν, in imperf. Ξ, 171, detrahebat, *nahm von der haut allen schmutz weg, (washed all impurity from her body.)* τὸ ἐκάθηρε θεείῳ, purgabat illud sulphure, Π, 228, ubi religiosam purgationem notat. et 667, αἷμα κάθηρον, sanguinem ablue, ubi purgationem communem notat. ὕδωρ καλὸν, μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι, ζ, 87, ad valde sordida abluenda. et 93, ἐπεὶ πλῦνάν τε κάθηράν τε ῥύπα πάντα, cum lavassent et expurgassent (detraxissent) sordes omnes. κάλλεϊ μέν οἱ πρόσωπα κάθηρε, pro ἐκάθηρε, σ, 191, nam aor. 1. nullum habet Iota subscriptum, utpote a futuro καθαρῶ descendens, mutata α in η. et τὸ κάλλος h. l. est egregia lotio, *ein herrlich waschwasser von specereien, das alle unreinigkeit von der haut nimmt, und schön machet, (a valuable lotion prepared from spices, which cleanses the skin from all impurities, and renders it beautiful.)* καθήρατε δὲ κρατῆρας, purgate, υ, 152. θρόνους καὶ τραπέζας ὕδατι καὶ σπόγγοισι καθαίρειν, χ, 439. et 453, κάθαιρον, purgabant detrahendo sordes. καθήραντες χρόα καλὸν ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι, ω, 44.

καθάλλομαι, (Ἄλλω) desilio. decido vehementer. καθ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε, pro καθήλατο, κατᾶλτο, Ε, 111, ex curru desiliit in terram. ἄελλα καθαλλομένη πόντον ὀρίνει, Λ, 298, procella decidens pontum concitat, *ein aus den wolken herabfallender wirbelwind, (a whirlwind descending from the clouds.)* conf. ὑπεραής.

καθάπαξ, (Ἄ) adverb. semel. *einmal vor allemal, (once for all.)* it. totaliter, *ganz und gar, (wholly.)* καὶ καθάπαξ ξείνῳ δοῦναι τάδε τόξα φέρεσθαι, etiam omnino hospiti dare hunc arcum cum rebus ad arcum pertinentibus, auferendum, φ, 349, *wenn ich den bogen mit allem was dazu gehöret, ganz und gar ihm schenken wolte mit sich zu nehmen, (were I wholly to give him the bow, and all that belongs to it to take away with him.)* nedum ut aliquis me impedire possit, quin ei eum utendum dem. sic et Germani suum *auf einmal, (at once.)* sæpe ponunt.

κανών, όνος. ὁ. (Κνάω) est lignum recta linea accurate tornatum et teres factum; vel et tale simile ex alia materia. *ein länglich rundes gerades, (a cylinder.)* in clypeis erant duo ejusmodi κανόνες antiquitus: unus per quem brachium inserebatur, alter quem manu tenebant, ut clypeus firmiter et libratione æquali teneri posset. postea vero, recentiorum temporibus, ex ἐπινοήματι (inventione) Καρῶν, loco κανόνων, lorea ὄχανα intus in clypeo facta sunt, quæ et πόρπακες dicebantur. deinde in genere κανὼν est directum quid, ad quod æqualitas recta examinatur: e. c. in libra sic dicitur lingula: *die zunge oben in der wage, (the tongue of a balance:)* in architectonica arte globulus ad filum recta dependens, *das senkbley, (the plumb, plummet;)* etiam norma quælibet, *das lineal, das richtmaass, (a square, rule:)* in geometria est mensuræ instrumentum, *der maasstab, (the measure:)* in re morali, præcepta et regulæ vivendi; imo in omni arte aut disciplina, regulæ et præcepta artis: denique omne rectum oblongum. ὄφρα λάβωμεν ἀσπίδα Νεστορέην, τῆς νῦν κλέος (fama de isto præstanti clypeo) οὐρανὸν ἵκει, πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι (εἶναι, quod totus sit aureus) κανόνας τε καὶ αὐτὴν, Θ, 193, ubi κανόνες vocantur ῥάβδοι τινὲς, ἀναφορεῖς ἀσπίδος, τορευτοὶ ὄντες καὶ ὡς εἰπεῖν κανονωτοί. nam Homeri ævo nondum ἐπενοήθησαν (inventi erant) οἱ ὕστερον ἐξ ἱμάντων πόρπακες, ἤγουν τὰ ὄχανα δι' ὧν αἱ ἀσπίδες ἔχονται καὶ ἀναβαστάζονται, quæ fuere inventum Carum: unde Anacreon dixit, Καριοεργὲς ὄχανον. Qui allegorias in poëta nostro venantur, hic quoque magnam aliquam deprehendunt: dicunt enim, aureum clypeum signare τὴν πολυτίμητον φρόνησιν τοῦ γέροντος Νέστορος, κανόνας vero seu manubria illa probe tornata, signare τοὺς παρ' ἐκείνῳ μεθοδικοὺς κανόνας, quos ni habeant Achæi, velut regulas bene agendi, damnum sint passuri. quam apte vero ejusmodi monachorum quorundam interpretamenta intrudantur Homero; judicent ex contextu, qui possunt. nimirum cum poëta versantur, ut solent cum sacris litteris; distorquent verba ad visa sua, et litterali sensui ubique mysteria subesse suspicantur. φανταστικῶς ἀσπίδα, δύω κανόνεσσι ἀραρυῖαν, Ν, 407. ἄγχι μάλα, ὡς ὅτε τίς γυναικὸς εὐζώνου στήθεός ἐστι κανὼν, ὅν εὖ μάλα χερσὶ τανύσῃ, πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀγχόθι δὲ ἴσχει στήθεος, Ψ, 761, ubi στήθεος regitur ab ἄγχι, non vero a κανὼν, et similitudo est, Ulyssem tam prope fuisse Ajaci, ut ille κανὼν esse soleret prope pectus mulieris, bona habitudine pectoris præditæ, netricis. apparet ergo, hunc κανόνα esse instrumentum netorium, ξύλον εὐθὺ, τορευτὸν, ὁμώνυμον τῷ ἀπορθοῦντι τὰ ξεόμενα κανόνι, χρήσιμον γυναιξὶν ἢ κλώθειν

ἢ ἄλλως νῆμα ἐξέλκειν, ἐν τῷ πρὸ τοῦ στήθους ἢ κρατεῖσθαι ἢ ἵστασθαι. ὁ μίτος est filum in genere, πηνίος vero adjectivum ad μίτος, filum inserviens textoriæ arti, vel potius, quod fuso circumvolvitur. est igitur hic κανὼν, ut videtur, teres lignum, cui lana circumvoluta est, stans prope ante mulierem, vel et inferiore sua parte cingulo insertum, et de quo net lanam et in fila deducit, ut deinde fuso textorio (τῷ πήνῳ) possint supervolvi. Cæterum in ejusmodi rebus artificialibus magna est crux fixa enarratoribus talium artium imperitis: ut appareat, ab enarratore priscarum litterarum postulari fere, ut omnium artium rerumque humanarum, et nostri et antiqui orbis, sit maxime gnarus. ignoscent ergo æqui æstimatores, si in talibus aliquid a nobis forte allucinetur. nomen ipsum est a κνάω, rado, polio. confer πηνίος, et sub στάθμη.

κάπετος, ου. ἡ. (Κάπω) fossa. ὁ ἐσκαμμένος λάκκος. est a σκάπτειν, abjecto Sigma. κυανέην κάπετον, Σ, 564, est τάφρος, ἐπ' ἀσφαλείᾳ πέριξ ὀρωρυγμένη τῆς ἀμπέλου. et hæc fossa in clypeo Achillis a Vulcano efficta erat nigra. ἐς κοίλην κάπετον θέσαν, in cavam scrobem, Ω, 797, in qua ponebantur reliquiæ cremati corporis; *ins grab, (in the grave.)* ὄχθας καπέτοιο βαθείης, labra fossæ profundæ, Ο, 356. et κοίλη est βαθεῖα.

κάπη, ης. ἡ. (Κάπω) præsepe, *die krippe, (a manger.)* a κάπτω, edo cum spiratione. κατέδησαν ἵππους ἐπὶ κάπαις, Θ, 434. ἐπὶ ἱππείαις κάπαις, δ, 40. ἡ παυσικάπη est ἡ παύουσα τῆς κάπης ἢ τοῦ κάπτειν, i. e. ἐσθίειν, instrumentum quo quis impeditur ne possit edere aut mordere, *ein maulkorb, (a muzzle.)*

καπνίζω, f. ίσω. (Κάπω) fumum facio, ignem accendo, ad ignem asso. πῦρ ἀνάπτω, sive ἐπὶ εὐωχίᾳ, ad convivium apparandum, sive ἐπὶ θυσίᾳ. κάπνισσαν δὲ κατὰ κλισίας, Β, 399, ἐπὶ θυσίᾳ τε καὶ ἐπὶ ἀναγκαίῳ δείπνῳ, *sie hatten feuer angemachet*, i. e. *gebraten, und geopfert, (they had made a fire*, i. e. *broiled meat and offered sacrifice.)*

καπνὸς, οῦ. ὁ. (Κάπω) fumus, vapor exspirans. est ab ὁ κάπος, respiratio vel exspiratio densior, interserto ν: nam fumus exspiratur ab igne. nam proprie καπνὸς est ὁ ἀπὸ τοῦ πυρός. κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ, nidor in cœlum ivit volutus fumo, Α, 317, ubi sermo est de sacrificio. ἀτυζομένους (Ἀργείους) περὶ καπνῷ, attonitos a fumo et in fumo, qui orietur ab incensis navibus, Θ, 183. et Ι, 243, ὑπὸ καπνοῦ, quod utrumque est idem, habetque imaginem, quasi Ἀργεῖοι essent apes aut vespæ: nam αἱ μέλισσαι καὶ οἱ σφῆκες terrentur et infestantur fumo. sæpe καπνὸς, ut naturale signum ignis, ponitur pro igne ipso. χόλος ἀέξεται, ἠΰτε καπνὸς, Σ, 110, ira augetur, sicut ignis, subjacente materia, semper fit major, semel accensus; et placet irato, sicut ignis coquo aut algenti. καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν ἵκει ἀπὸ ἄστεος αἰθομένου, Φ, 522. interdiu datur signum fumo, sicut noctu igne, Σ, 207. deinde et τὸ ἄθροον τῆς ἐκ θερμῶν ὑδάτων θειώδους ἀναθυμιάσεως, ὅπερ καπνοῦ φαντασίαν præbet, dicitur καπνός. ἀμφὶ δὲ καπνὸς γίνεται ἐξ αὐτῆς, (τῆς κρήνης, ἣ ὕδατι λιαρῷ ῥέει) ὡσεὶ (ἐκ) πυρὸς αἰθομένοιο, Χ, 149, ubi indicatur τὸ καπνῶδες τῆς ἀναθυμιάσεως. et de anima Patrocli, quæ Achilli apparuerat, Ψ, 100, ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς ᾤχετο, διὰ τὸ πνευματῶδες nimirum, καὶ φαντασιῶδες. ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης, α, 58, cupiens vel fumum exsurgentem ex terra sua animadvertere; quod signum est terræ interdiu. Si ipsam terram nondum videret, fumum saltem ex ea surgentem procul conspicere cupiebat: et aptior h. l. est καπνὸς quam πῦρ nocturnum; nam optabilior conspectus terræ et navigatio est interdiu. καπνόν τε, ι, 167, signum habitatæ terræ. καπνὸν δ' οἶον ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα, κ, 99. et 149, καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονὸς, visus est mihi. et 152, ἐπεὶ ἴδον αἴθοπα καπνὸν, ut signum habitationis humanæ. καπνὸν καὶ μέγα κῦμα ἴδων, μ, 202, coll. 68. et 219, τούτου μὲν καπνοῦ ἐκτός. κακῷ μεμορυγμένα καπνῷ, ν, 435, ubi sermo est de vestibus sordidis et vilibus, infectis fuligine. ut ergo καπνὸς et effectum fumi notet, fuliginem nigram, *den schwarzen russ oder ram, (soot.)* ἐκ καπνοῦ κατέθηκα, i. e. ἔξω καπνοῦ, π, 288, nam in ejusmodi conclavibus erat sæpe multus fumus, ab igne in medio accenso. cæterum ἐκ καπνοῦ proverbialiter dicitur, ut notet ἐπιμέλειαν rei illius, si quis eam non sinit fumo quasi fuscari. contra, καπνοῦ προκεῖσθαί τι, aut ἐν φεψάλῳ κρέμασθαι, notat ἀμέλειαν, et sunt idem: nam οἱ φέψαλοι καὶ φεψάλυγες sunt σπινθῆρες proprie, ἀναφερόμενοι ἐκ τῶν καιομένων ξύλων, *funken die in die höhe fahren vom brennenden holze, (sparks that fly off from burning wood;)* οἷς οὐκ ἂν εἴη μὴ καὶ καπνὸν συναναφέρεσθαι, cum quibus necessario etiam fumus attollitur. et φέψαλοι sunt a φέβω, f. ψω, et ἄλλειν dicti, ὧν δηλαδὴ φέβεταί (i. e. φεύγει) τις τὸ ἅλμα. coll. π, 290, ubi πυρὸς ἀϋτμὴ est idem qui ὁ καπνός. sic, ἐκ καπνοῦ, τ, 7, cui opponitur quoque, ὑπὲρ καπνοῦ, quod dicitur de rebus repositis et nullius jam usus. et 18, καπνὸς ἀμέρδει αὐτὰ, fuscat, nigra facit. ὑπὲρ καπνοῦ τὸ πηδάλιον est proverbium, si quis artem aliquam vel omnino desinit, vel in tempus longum omittit; sumtum ex Hesiodi Ἔργ. 45, et 627. καπνιστὰ κρέα sunt carnes fumo quasi, i. e. igne, assatæ. ἡ κάπνη, fumarium, locus ubi fumus exit ex ædibus, Aristoph. Vesp. 143. apud Æschyl. s. c. Th. 500, notat Scholiastes β, quod καπνὸς dicatur de lignis, ὁ ἀτμὸς de aquis, ἡ αἰθάλη de metallis, ὁ βδῆλος ex lucernis, ἡ λιγνὺς ex pice et oleosis, ἡ κνίσσα, ex carnibus.

καππεδίον, pro κατὰ πεδίον, vide sub πεδίον aliquanto a fine.

κάπριος, ίου. ὁ. (Κάπω) aper. idem ac κάπρος. sic ὁ Αἰτωλὸς et Αἰτώλιος, μείλιχος et μειλίχιος, sunt idem. ἐπὶ ἀγροτέρῳ συΐ καπρίῳ, Λ, 293, ad

diff. συὸς θηλείας: et adjectivum ostendit differentiam apri a verre. et 414, ὡς δ' ὅτε ἀμφὶ κάπριον κύνες καὶ αἰζηοὶ σεύονται. ὡς δ' ὅτε ἐν κύνεσσι κάπριος, M, 42. συῒ ἴκελος ἀλκὴν καπρίῳ, P, 281. καπρᾷν est ἀσελγαίνειν, et γυνὴ καπρῶσα est ἡ ἀσελγής. hinc et Veneri immolabatur sus mas, maxime apud Argivos, apud quos erat ἑορτὴ 'Αφροδίτης, τὰ ὑστήρια vel et ἡ ὑστηρία. cæterum et species piscis cujusdam nobilis dicebatur ὁ κάπρος, a quo proverbium: ἐξ 'Αττικῆς γλαυκίσκον, ἐξ ῎Αργους κάπρον. Latinorum, subare, est fortasse id quod καπρᾷν, et eodem modo deductum a sus: nisi inest simul sub, quia de fœminis dicitur, sicut cevere de maribus.

κάπρος, ου. ὁ. (Κάπω) aper. dictus a κάπτω vel κάπω, cum sono aliquo voro, cum sono spiro, quod utrumque est apri; inserto ρ, ad duritiem soni indicandam. cæterum non modo aper sylvestris, sed et verres domesticus, dicitur κάπρος, modo ne sit castratus. ἐοικότες συσὶ κάπροις, E, 783. H, 257. ob violentiam suam in pugnando. ὡς ὅτε κάπρω μέγα φρονέοντε ἐμπέσητον κυσὶν θηρευταῖς, invadant contra canes, Λ, 324. οὐ συὸς κάπρου ὀλοόφρονος τόσον μένος, οὗ μέγιστος θυμὸς ἐν στήθεσσι, P, 21, sæpe ergo poëta heroas suos comparat apris iratis; a venatione petita re, et quia olim nullum animal, utile homini ad cibum et ad exercendum corpus, aut conspicuum ob virtutem aliquam, vile habebatur. nostris moribus fortasse durior aut inhonestior videri possit parabola. sic 725, κύνεσσιν ἐοικότες, οἵτε κάπρῳ βλημένῳ ἐπαΐξωσι. Ταλθύβιός μοι ὦκα κάπρον ἑτοιμασάτω, ταμέειν (mactare eum) Διΐ, T, 197, ubi immolabatur verres domesticus in jurejurando de non attrectata Briseide; nam is est φιλοσυνουσιαστής. sic 251, 254, 266, ubi hoc sacrificium describitur. et quia συνουσιαστικὸν ὁ κάπρος. hinc καπρᾷν est, οὕτως ὀρέγεσθαι, desiderio venereo teneri; et καπρῶσα γυνὴ est, ἡ οὕτως ἐφιεμένη, ἡ μάχλος. verbum καπρώζομαι notat idem. τερπομένη κάπροισι, Diana venatrix, ζ, 104. συῶν ἐπιβήτορα κάπρον, λ, 130. ψ, 278, verrem qui sues init: et sermo est de re sacra Neptuno facienda, cui verres immolabatur διὰ τὸ τοῦ ὑγροῦ γόνιμον: Neptunus autem physice est τὸ ὑγρὸν, et verres est fœcundus. conf. σῦς.

κάπτω, vide sequens.

ΚΑ'ΠΩ, (pro quo usus dixit κάπτω.) f. ψω. aperio os ad captandum aërem, *ich gappe, (I gasp;)* spiro cum aliquo nisu, et respiro. hinc est κάπτω (pro quo vulgus dicit χάπτω) f. ψω, edo avide et cum spiratione, χανδὸν ἐσθίω, *esse gierig und mit schnieben, (I eat greedily, and with a noise.)* unde est ἡ κάπη, i. e. ἡ καταπνεομένη ὑπὸ τῶν ἵππων ἐσθιόντων φάτνη: et ὁ κῆπος, ὁ ὑπὸ ἀνέμων καταπνεόμενος, et ubi homines libenter respirant aperto ore: et τὸ κάφος, respiratio difficilior, vel vehementior, quod et ὁ κάπος dicitur: et καπύω, flo vel spiro vehementius. et τὸ κᾶπος, anhelatio, captatio spiritus aërei post lassitudinem contractam, Eurip. Phœn. 858. et ἐπεγκάπτω, simul admordeo. *ich beisse dazu, (I bite at.)* Aristoph. Equit. 491. comedo una. ὁ ἔγκαφος est ὁ ψωμὸς, *ein bissen in den mund, (a mouthful.)* κάπτειν notat et mordere, *beissen, happen, (to bite.)*

ΚΑ'ΡΑ, τό. indeclinabile; pro quo recentiores dixere, ἡ κάρα, ας, vel ἡ κάρη, ης. caput, summitas quævis. sic et ἡ et τὸ νάφθα dicitur. ἐπὶ κάρ, pro ἐπὶ κάρα, Π, 392, in præceps, *über kopf, (over head.)* sermo est ibi de fluviis, ex monte defluentibus, de quibus ἐπὶ κὰρ dicitur, quod proprie de ζώοις. et in ista parabola de ejusmodi fluviis ad equos sursum ad Trojam in alto sitam currentes, memento, parabolam ad solum cursum contentum et effusum esse adplicandam; non vero ad locum. in genere attendendum est in parabolis, quid sit comparationis tertium: nam raro *tota* parabola ad *totam* rem cui comparatur, adplicari debet. sic h. l. τὸ, ἐπὶ κὰρ, quod est ἄνωθεν κάτω, ad equos κάτωθεν ἄνω currentes, nihil pertinet. quam regulam admodum facilem, si ubique ante oculos habuisset magnus ille Scaliger; non adeo multa Homeri loca exagitasset. τὸ κάρα etiam attice dicitur ἡ κραῖρα. et possit in mentem venire, esse hoc nomen ab αἴρω, tollo sursum et in aërem. ὁ φαλακρὸς, calvus, est ὁ τὸ κάρα φάλιος, i. e. λευκός: nam τὸ φάλιον est λευκὸν, a φάω, luceo. per dialectum caput dicitur et ἡ κόττη, a quo est ἡ κοτὶς, ἴδος, occiput. κατωκάρα, adv. sic ut caput sit infra. Aristoph. Acharn. 944, εἴπερ ἐκ ποδῶν κατωκάρα κρέμαιτο, *wenn er an den füssen aufgehanget würde, (if he were hung up by the heels.)*

κάρη, τό. (Κάρα) est indeclinabile, factum per apocopen ex τὸ κάρηνον, vel et ex τὰ κάρηνα in plurali. μηκέτι κάρη ὤμοις ἐπείη, B, 259, ubi per caput suum jurat. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, Δ, 443, de Eride, i. e. valde attollit se, et magna fit. quod Virgilius de fama est imitatus. ἀπ' ἐμεῖο τάμοι κάρη ἀλλότριος φὼς, pro ἀποτάμοι τὸ κάρηνόν μου, E, 214. π, 102. ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, equo generoso, Z, 509. O, 266. κάρη βάλεν ἑτέρωσε, Θ, 306. Ψ, 697, caput inclinavit in alterum latus, *liess den kopf auf die eine seite hängen, (hung his head to one side;)* præ infirmitate. sic, ἑτέρωσε ἤμυσε κάρη, Θ, 308. ῥύεται δὲ (ἡ κυνέη, galea) κάρη αἰζηῶν, defendit capita juvenum, K, 259. et 271, 'Οδυσῆος πύκασεν κάρη, Ulyssis contexit caput galea. et 457, κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη, caput abscissum in pulverem dejiciebatur. sic et χ, 329. ἀπέκοψε, decussit, Λ, 261. ἐκλίνθη ἑτέρωσε, N, 543. ἀπήραξε χαμᾶζε αὐτῇ σὺν πήληκι (una cum galea) κάρη, Ξ, 498, deturbavit in humum caput, *riss ihm den kopf ab mit dem säbel, (cut off his head with his sword.)* sic τῆλε βάλε, Y, 482. παρηέρθη δὲ κάρη, pendebat ex ea cute caput ad latus, Π, 341. et 798, ἀνδρὸς θείοιο κάρη ῥύετο, defendebat illa galea. κινήσας κάρη, quod est θυμοῦ ἐνδεικτικὸν, *schüttelte den kopf, (shook his*

head,) P, 200, 442. sic et ι, 285. ϱ, 465, 491. υ, 184. κάρη λάβε παιδὸς, tetigit blande manu caput filii sui, Σ, 71, lugens et miserans eum. πολιὸν κάρη, canum caput, X, 74. Ω, 516. κάρη δ' ἅπαν ἐν κονίῃσι κεῖτο, πάρος χαρίεν, X, 402. et 405, κεκόνιτο ἅπαν, totum caput, in specie facies tota, pulvere opplebatur. nam Hector mortuus, ab Achille tractus, ibi describitur, facie ad terram prona. ergo hoc nomen et, faciem, notat. κάρη ἔχε δῖος Ἀχιλλεύς, Ψ, 136, ubi sepultura Patrocli describitur, qui humeris virorum efferebatur sic, ut pedes præcederent, caput sequeretur, quod caput Achilles manu sua sustinebat. Ἕκτορος κάρη μετὰ χερσὶν ἔχουσα, Ω, 724, de Andromache, lugente maritum sepeliendum. ὑπείρεχει κάρη, eminet quod attinet caput, *ist eines kopfs länger, (is a head taller,)* ζ, 107, de Diana inter nymphas suas pulcras, coll. 108, 109. κάρη ξανθὸς Μενέλαος, ο, 133, quod attinet caput, i. e. comam. ὅστις σε ἀμφὶ κάρη κεκοπὼς χερσὶ, σ, 334, i. e. ἀμφικεκοπὼς σε κατὰ κάρη, contundens te quod attinet caput. κύσσε κάρη, ψ, 87, et 208, ἔκυσε. πολλά οἱ ἀμφὶ κάρη σφέλα πλευραὶ ἀποτρίψουσι, ϱ, 231, latera ejus deterent multa scabella circa caput ejus, sc. volantia, et contra caput ejus missa; sed declinatione capitis incidentia in latus. alii id explicant de capitibus βαλλόντων, quorum manus ictum meditantes elevantur ad capita ipsorum: sed præstat, οἱ ἀμφὶ κάρη, intelligere pro, ἀμφὶ αὐτὸν, ut et κάρη ponatur, ut videbimus τὸ κάρηνον. alii scribi jubent h. l. ἀμφικαρῆ, et trahi id ad σφέλα, quasi esset adjectivum ἀμφικαρὴς, έος, ὁ ἡ. i. e. ἀμφικέφαλα, ὡς οἷον κεφαλὰς ἀμφοτέρωθεν ἔχοντα τὰς ἐν αὐτοῖς ἐξοχὰς, quia duæ extremitates scabellorum quasi sint duo capita: quo sensu et alii scribunt ἀμφικάρη, per apocopen ab ἀμφικάρηνα, quod adjectivum in usu est. iidem et legi jubent πλευρὰς. sed omnia ista dudum sunt explosa ab antiquis criticis. dorice est κάρα, ultimo α longo, priori brevi. sed est quoque ἡ κάρη, ης, in usu. e. c. Mosch. Id. 4, 74, δαίμων ἧμιν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται, infortunium nobis super caput grave suspensum est et incumbit. et Theogn. 1018, ἔπεστι κάρη, imminet capiti.

κάρηαρ, ατος. τό. (Κάρα) idem quod κάρηνον. οὐ θέμις ἐστὶ (non fas est, non licet) λοετρὰ καρήατος ἆσσον ἱκέσθαι, ut calida lavacra ad me veniant, Ψ, 44, i. e. lavari me. ἤμυσε καρήατι, ὁ ἵππος, T, 405, declinabat se versus terram capite. λαοῖσιν δ' ἀνένευε καρήατι δῖος Ἀχιλλεύς, militibusque abnuebat capite, vetabat nutu, X, 205. πυκνὰ καρήατα λαῶν, multa capita gregariorum militum, i. e. multi milites, Λ, 309, πολλοὶ ἄνδρες δήμου. ἵππω, οὔδει ἐνισκήψαντε καρήατα, P, 437, versus terram defigentes capita sua ambo equi. et ex hoc plurali maxime apparet forma τὸ κάρηαρ. καθῆκε κάρητος οὔλας κόμας dependere fecit a capite crispas et plenas comas, ζ, 230. ψ, 157, quod factum putatur per syncopen pro καρήατος. sic et O, 75, ἐμῷ δ' ἐπένευσε κάρητι, inquit Jupiter, annuique meo capite, nutu confirmavi et pollicitus sum; quod putatur esse pro καρήατι. Sed alii statuunt nominativum ὁ κάρης, ητος: et ab eo obliquos factos censent, interserto α, καρήατος, καρήατι, etc. quod, an verum sit, ulterior inquisitio concordantialis statuet. Euripides Phœn. 1164, λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ, saxum impingens capiti ejus, quod esse videtur ex τὸ κάρας, ατος, ατι, et extruso τ, α. ut ergo alibi τὸ η videri possit insertum. vide et Iphig. Taur. 1373, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ ἔχοντες κάθαιμα τραύματα, quidam in capite habentes cruenta vulnera. nisi malis referre ista exempla ad ἡ κάρα, ας. cui tamen repugnat locus Eurip. Rhes. 209, ἀμφὶ ἐμῷ κάρᾳ θήσω, circumponam capiti meo. maneat ergo firma syncope pro κάρατι. sic et, σῷ κάρᾳ, Herc. Fur. 465, 910. Elect. 108.

καρηκομάω, f. ήσω. (Κόμω) capitis coma densa et longa ornor, comam alo. participium in poëta est frequens, epitheton Græcorum: καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ, B, 11, 323, 443, 472, etc. υ, 277. καρηκομόωντας ἑταίρους, β, 408. sunt ergo κομάοντες (contracte κομῶντες, distracte κομόωντες) τὰ κάρηνα, καὶ πολύτριχες. ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς, κόμην τρέφειν, οὐ μόνον εἰς κάλλος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φοβερόν. sic ὁ λέων χαιτήεις, φοβερώτερος τοῦ μὴ χαίτην ἔχοντος. λέγονται δὲ, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον κομᾶν, οἱ Ἕλληνες, ἐν δὲ πένθους καιρῷ κείρεσθαι: ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἀκμῆς ἤτοι τελείας ἡλικίας. τηνικαῦτα γὰρ, πλόκαμον κείραντες, ἀνετίθουν τῷ Ἀπόλλωνι κουροτρόφῳ, καὶ ποταμοῖς. sic Achilles ex voto debebat comam suam fluvio Sperchio, Ψ, 141, seqq. καὶ οὗτος μὲν ὁ πλόκαμος dicebatur θρεπτήριος, πενθητήριος δὲ ὁ ἕτερος. Theseus illum morem instituit, qui κειράμενος τὴν ἔμπροσθίαν κόμην, εἰς Δῆλον ἀνέθετο τῷ Ἀπόλλωνι. ergo non totum caput semper in tali tempore deradebant, sed partem aliquam, in fronte, vel ad aures. sæpe tamen et totum, maxime in luctu magno. cæterum κομᾶν etiam de plantis aut arboribus dicitur. quidam volunt divisim legi, κάρη κομόωντες, i. e. κατὰ κάρηνα. inest simul notio excelsi et læte gestientis, ex notione metaphorica τοῦ κομᾶν.

κάρηνον, ου. τό. (Κάρα) caput, summitas quævis, vertex. κατέβη καρήνων Ὀλύμπου, descendit a verticibus Olympi, *von den höhen des Olympus, (from the summit of Olympus,)* A, 44. B, 167. Δ, 74. H, 19. X, 187. Ω, 121. α, 102. ω, 487. Τιτάνοιο λευκὰ κάρηνα, B, 735, albos colles Titani, urbis. et 869, Μυκάλης αἰπεινὰ κάρηνα, altos colles Mycales, urbis. ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα, montium alta cacumina, Υ, 58. ζ, 123. ι, 113. πίπτε κάρηνα Τρώων, i. e. πολλοὶ Τρῶες ἔπιπτον, Λ, 158. et 500, ἀνδρῶν κάρηνα, i. e. ἄνδρες, quæ circumlocutio est frequens antiquo orbi. sic, κάρηνα ξανθὰ ἵππων, i. e. ἵπποι ξανθοὶ, I, 407. βοῶν κάρηνα, i. e. βόες, Ψ, 260. sic et Germani, *ein haupt vieh, (a head of cattle.)* νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, i. e. ἀμενηνοὶ νεκροὶ, mortui, vires non habentes, κ, 521. λ, 29 nam sunt σκιαὶ tantum καὶ εἴδωλα, sine

nervis. sic et de urbibus magnifice dicitur, Β, 117. Ι, 24, πολλῶν πολίων κάρηνα, pro πολλὰς πόλεις: et sic vocat in specie πόλεις ἐπιδόξους καὶ μεγάλας. sic et κεφαλὴ ponitur, quam confer. Vide etiam κάρη, et κρανίον.

κάρης, ητος, ὁ, vide sub κάρηαρ.

καρκαίρω, (Κάρφω) sonum edo qualem sicca si pulsantur, *ich krache, prassele, (I crack, rattle.)* κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν, Υ, 157, i. e. ποιὸν ἦχον ἀπετέλει, qualis exsistit, quando equi virique currunt per siccam humum et duram. est ergo hoc verbum quoque ex sono fictum, sicut κάρφω; nisi quod durius paullo notat.

καρπάλιμος, ου. ὁ ἡ. (Ῥάω) raptim festinans. est pro ἁρπάλιμος. ποσὶ καρπαλίμοισι, pedibus velocibus, Π, 342, 809. Χ, 166.

καρπαλίμως, (Ῥάω) adv. raptim, celeriter, acriter. prisci heroës adsueverant, omnia quæ agerent, celeriter et alacriter agere: hinc hoc adverbium in actionibus eorum est frequens: *hurtig, (quickly.)* Α, 359, 435. Β, 17, 168. Γ, 117. Ε, 868, quod sacræ nostræ litteræ vocant *endelich, (speedily.)* et 904. Θ, 506, 546. Ι, 704. Κ, 346, 513. Λ, 118. Ν, 296. Ξ, 461. Ρ, 482. Τ, 115. Υ, 190. Χ, 159. Ψ, 408. Ω, 327, 441. β, 406. γ, 30, 418, 478. ε, 193. ζ, 261, 312. η, 58, 135, 194. θ, 16, 122. ι, 216, 226, 464. κ, 146. μ, 166. ξ, 500. ο, 496. τ, 461.

καρπὸς, οῦ. ὁ. (Κάρφω) proprie est, fructus maturus, seges matura et sicca. deinde est, ob duritiem et ariditatem, articulus ille quo manus brachio cohæret, carpus, *der knöchel an der hand, (the wrist.)* vox est a præt. med. κέκαρπα, a κάρφω, i. e. ξηραίνω, aridum facio et vietum. nam καρπὸς πεπανθεὶς ἤδη, κάρφεται, μηκέτι αὐξόμενος ὑγροῦ ἐπιῤῥοῇ. maxime proprie ergo de frumentis dicitur, quæ arida demum sunt utilia. deinde per tropum de quovis fructu utili. καρπὸν ἐν Φθίῃ ἐδηλήσαντο, Α, 156, fruges agri in Phthia perdiderunt, *haben die feldfrüchte beschadiget, (have injured the crops.)* κρίνει καρπόν τε καὶ ἄχνας, discernit frumentum et paleas, Ε, 501, de ventilatore in area. sic et Germani frumenta in genere et κατ' ἐξοχὴν vocant, *die frucht, (the crop.)* καρπὸν ἀρούρης ἔδουσι, Ζ, 142, i. e. σῖτον. sic, ἔδοντες, Φ, 465, et est descriptio hominum. Sed Γ, 246, καρπὸς ἀρούρης est vinum, cultu hominis productum; ad differentiam alius vini quod arte fit, vel quod vites sylvestres gignunt sine cultu humano. καρπῷ βριθομένη μήκων, Θ, 307, caput papaveris grave et plenum granis. καρπὸς μελινδὴς, Σ, 568, i. e. ἡ σταφυλή: quo loco de vindemia est sermo. ἔθεον ἐπὶ ἄκρον ἀνθερίκων καρπὸν, Υ, 227, currebant super summum spicarum fructum, i. e. super aristas stantes. ἀλετρεύουσι μήλοπα καρπὸν, η, 104, molunt flavum fructum, i. e. τὸν σῖτον. et 117, οὔποτε ἐλαιῶν καρπὸς ἀπόλλυται, nunquam olearum fructus perit aut deficit. λωτοῦ μελιηδέα καρπὸν, ι, 94, loti dulcem fructum. καρπὸν κρανείης, fructum corni, κ, 242, suibus comedendum. δένδρεα ἔχεε καρπὸν, λ, 587, arbores dependere faciebant fructum. βρίθησι (βρίθει, a βρίθημι) δένδρεα καρπῷ, τ, 112, gravantur arbores fructu. ut ergo appareat, καρπὸν per tropum esse vocem generalem, ut notet quemvis fructum utilem terræ vel arborum vel plantarum. οὔτασε χεῖρα ἐπὶ καρπῷ, vulneravit ei manum, Ε, 458, 883. νάρκησε χεὶρ ἐπὶ καρπῷ, Θ, 328, obtorpuit manus. ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες, Σ, 594, tenentes invicem manus, *hatten einander die hände angefasset, (holding each other by the hand.)* sic et Ω, 671, ἐπὶ καρπῷ χεῖρα δεξιτερὴν γέροντος ἔλαβε, cepit, prehendit. et hoc erat signum sinceri animi: φιλοφροσύνης ἴδιον, εἰωθὸς γενέσθαι δεξιωτικῶς. sic σ, 257, δεξιτερὴν ἐπὶ καρπῷ ἑλὼν χεῖρα ἐμὲ προσηύδα. λαβὼν χεῖρα Ὀδυσσέως ἐπὶ καρπῷ, ἔκυσεν αὐτὴν, ω, 397, ubi gratulatio servi primarii describitur, hero reduci facta. ἔβαλεν αὐτὸν χεῖρα ἐπὶ καρπῷ, χ, 277, *traf ihn auf die hand, (hit him on the hand.)* et nota: additur ἐπὶ καρπῷ his loquendi modis, quia χεὶρ proprie notat totum illud membrum ab humero usque ad extremos digitos; ut igitur locus hujus χειρὸς designetur, dicitur χεὶρ ἐπὶ καρπῷ, manus, quæ est ad carpum.

καῤῥέζω, pro καταρέζω, q. v.

καρτερὸς, ὰ, όν. (Κάρα) potentia et virtute præcipua præditus. perseverans palam. εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, si valde fortis es, Α, 178, et id est donum divinum, de quo non ipsi possumus gloriari. et 280, εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι. εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστι, Ε, 410. et 645, καὶ εἰ μάλα ἐσσί. sic, ἐστὶν, Ν, 316. et 485, ὃς μάλα καρτερός ἐστι μάχῃ ἔνι φῶτας ἐναίρειν. πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσι, Ι, 53. Ἕκτωρ πολεμίζει, καρτερὸς, pugnat victoriosus, Ν, 124. θυμὸν ἔχων καρτερὸν, animum præstantem et firmum, Ε, 806. ὄμοσσόν μοι καρτερὸν ὅρκον, Τ, 108, et 127, ὤμοσε: non modo ἰσχυρὸν, sed et παράμονον. sic καρτερεῖν τὶς dicitur, pro ἀναμένειν, et ἀποκαρτερεῖν erat ποινῆς εἶδος, perseverare e. c. in inedia. ἕλκος ἔχω καρτερὸν, vulnus habeo grave, Π, 517, 523, *eine gewaltige wunde, (a severe wound.)* καρτερὰ τάδε ἔργα, Ε, 872, violenta ista facta, βιαστικὰ, in sensu vituperatorio. ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ, δ, 242, 271, sustinuit vir firmus et constans. θεὰ καὶ καρτερὸς ἀνὴρ, υ, 393. εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη, θ, 139. χ, 13. ἀφνειὸς καὶ καρτερὸς dives et præpotens, ξ, 116. ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον, δ, 253. sic, ὀμόσατέ μοι, μ, 298. ὑμεῖς καρτεροὶ αἰεὶ, ο, 533, sc. ἔσεσθε, vos semper eritis potentes et principes civitatis, δεσπόται, ἐγκρατεῖς. nam καρτερός τινος est ὁ ἄρχων αὐτοῦ. sic: Θηβαίων καρτερὸς ἐγένετο, i. e. περιεγένετο Θηβαίων, νικητὴς ἦν.

κάρτιστος, η, ον. (Κάρα) potentissimus, maxime superior. fortissimus, invictus. κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἀνδρῶν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο, Α, 266, s. i. e. ἀνδρειότατοι. κάρτιστος Ἀχαιῶν, Ζ, 98. θεῶν ἁπάντων, Θ, 17, Jupiter. ἐγένετο ἀνδρῶν, fortissimus virorum omnium erat, Ι, 554.

ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων, ille enim est potentissimus omnium, Υ, 243, sc. Jupiter. κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν, Φ, 253, aquila nigra. μήκιστον καὶ κάρτιστον ἄνδρα, Η, 155, procerissimum et fortissimum virum. φυγεῖν ἀπ' αὐτῆς κάρτιστον sc. ἐστὶ, μ, 120, fortissimum est, fugere eam; per fugam ab ea solam, potes superare eam: sola fuga ibi est res fortis. καρτίστην τήνγε μάχην, Ζ, 185.

κάρτος, εος. τό. (Κάρα) superioritas, virtus superior, robur, potentia. est a τὸ κάρα, et cum τὸ κράτος idem. κάρτος Ἀθηναίη καὶ Ἥρη δώσουσι, Ι, 254, præstantiam, præcellentiam. εἰ γὰρ Ἀθήνη δοίη κάρτος ἐμοὶ, Ρ, 562, dare vellet mihi robur præstantius. et 623, οὐκέτι κάρτος Ἀχαιῶν, jam non est victoria penes Achæos. κάρτος ἄριστοι, robustissimi, de equis, γ, 370. ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίη τε, curæ sit vobis, ut præstetis robur, δ, 415. τοῦ κάρτος τε βίη τε ἐξέχεται Φαιήκων, ζ, 197, illius potentia supereminet inter Phæaces. κάρτεϊ χειρῶν πίσυνοι, Θ, 226. Λ, 9, freti fortitudine manuum. κάρτεϊ καὶ σθένεϊ, ubi utrumque est idem fere, Ο, 108. Ρ, 322, 329. βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων, potentiæ et fortitudini suæ obsequens, ν, 143. σ, 138. Vide sub κράτος, ad initium.

καρτύνω, f. υνῶ. (Κάρα) roboro, firmo. ἐκαρτύναντο φάλαγγας, fortiter opponebant et confirmabant phalanges, Λ, 215. Μ, 415. Π, 562. Vide sub κρέας.

καρφαλέος, έα, έον, (Κάρφω) siccus, aridus. καρφαλέον (neutrum adverbialiter) ἄϋσεν ἀσπὶς, Ν, 409, sonabat scutum sic uti sicca sonare solent si pulsantur. nam δόρυ non perfringens sed pulsans tantum superficiem scuti, ξηρόν τι ἐψόφησε. θημῶνα ἠΐων καρφαλέων, ε, 369, acervum stipularum aridarum, καταξήρων.

ΚΑ'ΡΦΩ, f. ψω. arefacio, sicco, torreo. est ὠνοματοπεποιημένη λέξις, a sono aridorum. hinc est τὸ κάρφος, i. e. ξηρὸν ξυλίφιον, et quælibet particula arida. et καρφαλέος, i. e. ὑπέρισχνος: nam τῷ ὑπερίσχνῳ ξηρότης ἕπεται, et talis fit ἀλίβας. κάρψω χρόα καλὸν ἐν μέλεσι, ν, 398, aridam et pallidam faciam cutem pulcram in membris. et 430, κάρψε μέν οἱ χρόα καλόν. et proprie ponitur hoc verbum, quando segetes maturæ arescunt, et subpallido colore induuntur loco prioris vegeti et succulenti. Ulysses autem inficiebat arte aliqua cutem exteriorem, ut seni exsucco et cadaveroso similis videretur. fortasse faciei et capiti ejusmodi personam apte applicuerat.

καρχαλέος, έα, έον. (Κάρφω) idem fere quod καρφάλεος: nisi quod in specie notat, siti aridus, faucibus siti siccatis, ὑπὸ δίψους κρατούμενος. δίψῃ καρχαλέοι, Φ, 541, ubi sermo est de Trojanis fugientibus et fessis: κατάξηροι τήντε γλῶσσαν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος. et τὸ χ insertum notat ipsam soni loquentium duritiem, si ex siti laborant faucibus. hinc est deinde verbum κέρχω et κέρχομαι, creperum et asperum sono, ob duritiem vel ariditatem faucium, ich röchele, (I rattle in the throat.) inde est etiam adjectivum κερχαλέος, idem notans quod καρχαλέος.

καρχαρόδους, οντος. ὁ ἡ. (Δάω) dentes asperos et serræ similes habens. ab ὁ κάρχαρος, asper. est epitheton canum mordacium. καρχαρόδοντε κύνε, Κ, 360. καρχαροδόντων κυνῶν, Ν, 198. Vide sub πυκνός.

κασιγνήτη, ης. ἡ. (Γάω) soror. deinde et, consanguinea quælibet. Ἔρις, Ἄρεος κασιγνήτη ἑτάρη τε, Δ, 441, soror et amica: nam non semper fratres sororesque etiam sunt amici inter se. ergo indicatur per additum ἡ φιλία καὶ ὁμόνοια ἀδελφική. ὁ μοῦνος ἔην μετὰ πέντε κασιγνήταις, Κ, 317. Ἥρην δὲ προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε Ζεὺς, Π, 432. sic et Σ, 356. κλῦτε κασίγνηται Νηρηΐδες, Σ, 52, inquit ἡ Θέτις. Ἄρτεμις, κασιγνήτη Ἑκάτοιο, Υ, 71. Φ, 470. τίπτε, κασιγνήτη, δεῦρο ἤλυθες, δ, 810.

κασίγνητος, ου. ὁ. (Γάω) frater germanus, frater genitus, non factus. ab ὁ κάσις, frater, et γεννητὸς, natus. notat tamen et latius consanguineum quemque: sicut et τὸ τοῦ ὁμαίμου καὶ αὐθομαίμου ὄνομα τὴν ὅλην συγγένειαν indicat. θώρηκα ἔδυνεν οἷο (sui) κασιγνήτοιο Λυκάονος, Γ, 333. φίλε κασίγνητε, Δ, 155. κασιγνήτοιο φίλοιο ᾔτεεν ἵππους, Ε, 357, 359, ubi Venus rogat Martem equos. et 474, οἷος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι, tu O Hector. Τρώων ἄλοχοι θύγατρές τε, εἰρόμεναι παῖδάς τε κασιγνήτους τε ἔτας τε, interrogantes eum de filiis suis et fratribus et amicis, Ζ, 239. et 421, οἳ δέ μοι ἑπτὰ κασίγνητοι ἔσαν. et 430, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ μήτηρ ἠδὲ κασίγνητος. et 452, οὔτε κασιγνήτων μέλει μοὶ τόσον, sc. ἄλγος αὐτῶν. κασίγνητος δέ σοι εἰμὶ, Η, 48, ergo certe benevolus. πολλὰ δὲ τόνδε κασίγνητοι καὶ μήτηρ ἐλίσσοντο, Ι, 580, frustra tamen. κασίγνητον καὶ ὄπατρον, Λ, 257, ubi prior vox est γενικὴ, fratrem; altera εἰδικὴ, ab eodem patre genitum. sic et Μ, 371. ἔνθα Ὕπνῳ ξύμβλητο (congressa est) κασιγνήτῳ Θανάτοιο, Ξ, 231. et 473, ἀλλὰ κασίγνητος Ἀντήνορος. et 477, ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς. Αἴας κασίγνητον προσηύδα, Τεῦκρε πέπον, Ο, 436. et 545, Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευε πᾶσι μάλα: ubi notat in genere τοὺς συγγενεῖς, nam Μελάνιππος erat ἀνεψιὸς Hectoris, non vero frater. maxime apud Ἴωνας hic latior significatus obtinuit, sicut et apud sacros scriptores. sic Π, 456, ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε, i. e. πᾶν τὸ συγγενὲς, una cum familiaribus. sic et 674. τρεῖς δὲ κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ, Τ, 293, ubi vides significatum proprium. φίλε κασίγνητε, inquit Σκάμανδρος fluvius τῷ Σιμόεντι fluvio, Φ, 308. ἠὲ κασίγνητον ὁμογάστριον, Ω, 47. et 793, ὀστέα λευκὰ λέγοντο κασίγνητοι ἕταροί τε, in funere Hectoris. πάρ τε κασιγνήτῳ Θρασυμήδεϊ καὶ πατέρι ᾧ, γ, 39. τρισμάκαρες δὲ κασίγνητοι, ζ, 155. κασίγνητοι δέ μιν ἀμφὶς ἵσταντο ἀθανάτοισι ἐναλίγκιοι, η, 4. de fratribus Nausicaæ, qui sunt ἀγχίθεοι. ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός τ' ἱκέτης τε τέτυκται, θ, 546, ubi vides humanitatem antiquam. et 585, οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων γί-

νεται ἑταῖρος. πατήρ τε κασίγνητοί τε, sc. Penelopes, ο, 16. et 237, κασιγνήτῳ τε γυναῖκα ἠγάγετο πρὸς δώματα, sc. τῷ Βίαντι. conf. Μελάμποδος in R. et 273, πολλοὶ δὲ κασίγνητοί τε ἔται τε. ἤ τι κασιγνήτοις ἐπιμέμφεαι, οἷσί περ ἀνὴρ μαρναμένοισι πέποιθε, καὶ εἰ μέγα νεῖκος ὄρηται, π, 97, 115, ubi laus est bonæ ἀδελφότητος: πολυχειρία γὰρ ἐπικουρίας τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀγαθῶν ἀδελφῶν γίνεται. πατρί τ' ἐμῷ πίσυνος καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι, σ, 139, fretus illis. καί μοι Τηλεμάχου ἑτάρω τε κασιγνήτω τε ἔσεσθον, φ, 216, inquit Ulysses necessario tempore ad duos servos fidos. εἰ δὴ μὴ παίδων τε κασιγνήτων τε φονῆας τισόμεθα, ω, 433. et 483, ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν, oblivionem cædis, θέωμεν. ponitur κασίγνητος etiam adjective, κασιγνήτοιο φόνοιο, sc. ἕνεκα, I, 563, i. e. ἕνεκα τοῦ ἀδελφικοῦ ἢ κασιγνητικοῦ φόνου, ob cædem fraternam, *wegen des bruder-mordes, (on account of the fratricide.)* sic in Sophocle est κασίγνητον κάρα, caput fraternum, i. e. frater.

κασσίτερος, ου. ὁ. (Κῶ) plumbum album, stannum, *zinn, (tin.)* est dictus quasi καυσίτερός τις, facilior ad liquefiendum, ὁ ἐν τῇ καύσει τειρόμενος τάχα, et facilius quam æs aut argentum. attice dicitur καττίτερος. terminatio est quasi comparativi. οἶμοι εἴκοσι κασσιτέρου, Λ, 25. et 34, ὀμφαλοὶ ἐείκοσι κασσιτέρου λευκοί. ubi sic dicitur, σίδηρος ἀλειφόμενος κασσιτέρῳ, εἰς ἀργύρου σχῆμα, ferrum superinductum stanno ut simile videatur argento, *überzinnet eisen, (tinned iron.)* sic et Ψ, 561, θώρηκα χάλκειον, ᾧ πέρι χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο ἀμφιδεδίνηται: ubi notat τὸ γάνωμα, ὅπερ ἐπινενόηται πρὸς ἀργύρου ὑποκόρισμα, καὶ εἰς ἀπάτην οὐ μόνον τῶν ἄλλως βλεπόντων, ἀλλά που καὶ τοῦ ἔχοντος. sic et τὸ χρυσοῦν sæpe tantum est σίδηρος χρυσῷ συγκαλυπτόμενος, *verguldet eisen, (gilt steel.)* κασσίτερον ἐνέβαλεν πυρὶ, imposuit igni Vulcanus, Σ, 474. et 565, περὶ δὲ ἕρκος ἔλασε κασσιτέρου. et 574, βόες χρυσοῦ τέτευχντο καὶ κασσιτέρου, i. e. ferreæ figuræ inunctæ erant, hæ auro, illæ stanno. et 612, κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέρου, ocreas ferreas, stanno obductas ut albæ essent. πτύχας δύο ἔνδοθι κασσιτέροιο, Υ, 271, ubi sunt laminæ solidæ stanni. κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέρου, recens superducti, Φ, 592. ἅρματα χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε, Ψ, 503.

•καστορνῦσα, pro καταστορνῦσα, vide sub καταστόρνυμι.

ΚΑΤΑ`, præpositio, regens casus duos. cum *accusativo* est, in, ad, per, secundum. *in, an, auf, bey, (in, to, at, by.)* ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, aptum facientes et gratificantes animo meo, A, 136, *nach meinem sinne, (to my mind,)* ut contentus esse queam. Sed 429, χωόμενος κατὰ θυμὸν, iratus animo et serio. ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν, sciebat enim in animo suo, B, 409, *er konte von seinem bruder leicht gedenken, (he immediately recognised his brother,)* noverat animo suo fratrem. μοὶ κατὰ θυμὸν, I, 641, mihi secundum animum, sic ut movere possint mihi animum: nam probe intelligo verum; sed tamen nunc nequeo obsequi. ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλὴ, K, 17, hæc sententia ei in animo et secundum mentem suam optima videbatur. γηθήσειν κατὰ θυμὸν, gavisurum esse animo, N, 416. εὔχετο Ἀθηναίῃ ὃν κατὰ θυμὸν, precabatur in animo suo, i. e. tacitus, Ψ, 769. ταῦτα πάντα κατὰ μοῖραν ἔειπες, A, 286. I, 59. K, 169. O, 206. Ω, 379, hæc omnia dixisti ut res ipsa poscit et ut convenit. Ἀργεῖοι κατὰ μοῖραν ἀκούοντες βασιλῆος, auscultantes regem ut decebat, T, 256, ut parti eorum conveniebat, *wie es sich für sie gehörete, (as it became them.)* nam μοῖρα in tali contextu est, pars quæ cuique convenit et tribuitur in ludo scenico rerum humanarum. οὐδὲ κατὰ μοῖραν ἐπέρων πάλιν, neque composite et decore transibant retro, Π, 367. οὐ κατὰ κόσμον ἐλεύσεται, non decore et ex persona sua ibit eo, Θ, 12. sic, οὐ κατὰ κόσμον, præter ordinem et justum modum, contumeliose, P, 205. εὖ, κατὰ κόσμον, Ω, 622, sic uti debebat fieri. κατὰ στρατὸν ἴωμεν, per exercitum eamus, B, 439, porro, κατὰ στρατὸν, per, E, 495. in castris, H, 370, 380. I, 234. et 302, in exercitu, Λ, 657. ad exercitum, N, 329. in exercitu et in castris, Σ, 298, 314. sic, in castris, T, 196. apud exercitum, Ψ, 285. ἔβη κατὰ νῆας, ibat per castra nautica Græca, B, 187. K, 82, per castra, in exercitu. 136, *an den aufs land gezogenen schiffen entlängs, (among the ships which were drawn ashore.)* 141. ad naves, Λ, 805. huc et illuc ad naves et per castra, N, 739. Ψ, 162. αὐτὸν ἔβαλεν ἰῷ κατὰ στῆθος, percussit eum sagitta ad vel in pectus, Θ, 303. sic Λ, 108. M, 204. N, 186, 586. O, 420. P, 606. ἐνεταῖς κατὰ στῆθος περονᾶτο, Ξ, 180, fibulis connectebat vestem ad pectus, *an der brust, (at the bosom.)* νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, Λ, 252, perfoditque eum per manum mediam. sic, N, 783. οὖτα τὸν (vulnerabat eum) κατὰ αὐχένα μέσον, Υ, 455. Φ, 406. τὸν βάλε κατὰ γαστέρα, *traf ihn in den unterleib, (pierced his belly,)* Π, 465. P, 313. γλουτὸν, E, 66. N, 651. ἰσχίον, E, 305. Λ, 339. κληῖδα, E, 579. Φ, 117. κύστιν, E, 67. λαιμὸν, T, 209. λαπάρην, Z, 64. Ξ, 447. μαζὸν, E, 393. Λ, 321. μηρὸν, Λ, 661, 809. Π, 27. ὦμον, E, 46, 98. Λ, 507. X, 133. Π, 343, 345. κατὰ καίριον, in letali loco, Λ, 439, ubi tamen alii ὑφὲν legunt, καταχαίριον, neutrum adverbialiter. κατὰ χρόα, M, 427, in corpore, *am leibe, (in the body.)* κατὰ μέσον, in medium, E, 8. Π, 285. ἦε ἰέναι κατὰ λαὸν, ibat per exercitum, Δ, 199. ἀρίστους κρινάμενος κατὰ λαὸν Ἀχαιϊκὸν, I, 517, postquam præstantissimos elegit ex copiis Græcis. κατὰ ἔθνος ἑταίρων, per globum sociorum, P, 680, et inter globum, in numero. καθ' ὕλην, in sylva, Γ, 151. K, 184. N, 102. κατὰ ἄστυ, per urbem, in urbe, Z, 287. H, 296, coll. 294. Σ, 286, Φ, 225. X, 1, 394, 409, 433, 434. Ω, 703, 327, 662, 740. κατὰ Τροίην, hic illic in Troade, I, 329. κατὰ Ἴλιον, in Ilio, Θ, 131, sc. διωκόμενοι παρὰ τοῦ Διομήδεος. κατὰ δῶμα, in domo, Δ, 386. Ξ, 257. X, 442, 478. δώματα, Ω, 512. μέγαρα, I, 459. οἶκον, Z, 56. ἀλωὰς, in areis, E,

499. ἀλωὴν, N, 588. κατὰ ὅμιλον, ad exercitum, in exercitum, Δ, 126. et 209, per exercitum, sic 445, iens per exercitum. et 490, 516. E, 334. Λ, 460. M, 467. N, 332, 338, in exercitu, in acie conferta. P, 462, 532. Ψ, 651. κατὰ ὑσμίνην, in pugna, E, 84. et 200, ὑσμίνας, in pugnis. 530, 627. H, 14, coll. 18. Λ, 190, 205. M, 347. N, 383, per locum pugnæ. O, 562. P, 15, 289. et 512, πόλεμον, in pugna. κατὰ ὠτειλὴν, per vulnus, Ξ, 518. P, 86, στόμα, ad os, circa os, O, 389, i. e. in extremitate sua: nam sermo est de hastilibus, armatis in extremitate altera ferro. sed, ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας, Π, 349, ubi sermo est de homine, cui sanguis per os et nares effluit largiter. et 331, κατὰ κλόνον, in turba. et 713, in turbam confertam. et 789, in turba. Φ, 422, i. e. ex prœlio conferto. ἵζοντο κατὰ στίχας, sedebant ordinibus, Γ, 326. E, 590, in ordinibus, inter ordines. Λ, 91. O, 353. P, 84. κατὰ ζωστῆρα, ad cincturam, E, 615. M, 189. P, 578. ζώνην, Λ, 234. ἀσπίδα, Γ, 347. E, 281, 537. H, 250. Υ, 274. Ψ, 818. αἰγίδα, Φ, 400, coll. 402, vulnerare volebat eam per ægidem, i. e. si ægidem, quam ipsa tenebat, perforasset. κατὰ ὀφθαλμοῖο θέμεθλα, Ξ, 493, ad fundamenta oculi, i. e. recta in oculum vulneravit eum. sic et, κατὰ θέμεθλα στομάχου, P, 47, in ipsam gulam, in guttur. κατὰ βένθος ἁλὸς, ubique in fundo maris, in mari, Σ, 38, 49. κατὰ Ἀχαιΐδα, Λ, 769. πτόλιν, in urbe, B, 130. H, 477. Ψ, 1. μόθον, Σ, 159, 537, in acie, per ordines densos et in pugna. κατὰ δίνας, in vorticibus, Φ, 11, 353. et 354, ῥέεθρα, in fluentis. ἐρχόμενον κατὰ πόντον, iens per et super mare, Δ, 276, 278. Ψ, 230. κατὰ πύλας, per portas, M, 469, ut viam notet qua quis it. κατὰ πληθὺν, contra copias, ad copias, E, 676. πιπόνητο κατὰ ἵππους, O, 447, multum laboris exantlabat in equis, et in curru. κατ' οὔρεα, per montes, in montibus, Φ, 485. πτύχας Οὐλύμπου, in jugis Olympi, Λ, 77. βωμοὺς, in aris passim, B, 205. Νυσσήϊον, per Nysseum, Z, 133. πρύμνας, ad et apud puppes, A, 409. κατὰ κλισίας, ad quævis tentoria, H, 466. nam est sæpe distributivum. sic, κατὰ πέλλας, ad mulctralia, Π, 642. πτώσσουσι καθ' ὕδωρ, timore aguntur in aquam, Φ, 14. κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, volvens se in pulvere immundo, præ luctu, X, 414. sic et Ω, 640. κρῖνε ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, discerne eos per tribus, B, 362, ubi quoque est distributivum. et 470, κατὰ σταθμὸν, per stabulum, undique. et 779, στρατὸν, per exercitum. sic A, 229. et 487, κατὰ κλισίας τε νέας τε, quisque ad tentoria et naves suas. κεδασθέντες κατὰ νῆας, B, 398. et 399, κάπνισάν τε κατὰ κλισίας. ναῦς ἔθεεν κατὰ κῦμα, navis currebat per undam, in unda, A, 483. et 484, ἵκοντο κατὰ στρατὸν, veniebant ad castra. ἔβη κατὰ νῆας, ibat per castra nautica, B, 47. et 345, ἄρχου Ἀργείοις κατὰ ὑσμίνας, impera iis in prœliis et ad prœlia ineunda, quod attinet prœlia. et 803, κατὰ ἄστυ, in urbe. οὔτι κατὰ ἡμέτερόν γε νόον, non sane ex nostra sententia, I, 108, *gewiss nicht nach unserm sinne, (certainly not in our opinion.)* ἐμὲ κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, Γ, 59. Z, 333, jure reprehendis me. οὐ κατὰ κόσμον, non ordine et juste, B, 214. M, 85, εὖ κατὰ κόσμον, bene et ex solito ordine. σὸν κατὰ θυμὸν, in animo tuo, Ω, 518, 549. et 691, ἔλαυνε κατὰ στρατὸν, agebat ad castra, versus castra; ut viam eo ferentem notet. κατ' αὐτὸν, hic et illic in eo, Φ, 344, 236. et 25, κατὰ ῥέεθρα, ad fluenta, hic et illic. ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν, ad æs extremum, H, 246, *traf auf den äussersten überzug von eisenblech, (hit the outer covering of sheet-iron.)* sic, κατὰ ἀσπίδα, P, 43. κατὰ ἄρουραν, per arvum, Λ, 68, *des feld entlängs, (on the ground,)* in arvo. et 424, κατὰ πρότμησιν ἔνυξεν αὐτὸν, ad umbilicum, in umbilicum vulneravit eum. sic Υ, 397, κρόταφον. ἱεμένω (βόε) κατὰ ὦλκα, vadentes connixe per sulcum, N, 707. θεοὶ κατὰ Ὄλυμπον, dii in cœlo, hic illic, O, 21. τοὺς ἐδάϊξε κατὰ ῥόον, hos occiderat in fluvio, Φ, 147. κατὰ κέρας, ad cornu et una cum cornu, Ω, 81, ad cornu alligata, *an dem horne, (to the horn.)* κατὰ ὠτειλὰς, in vulnera, T, 25. et 93, κατὰ κράατα, per capita. κατ' ὄσσε ἰδὼν, oculos intuens, *in die augen sehend, (looking him in the face,)* P, 167, et ibi δηΐων pertinet ad ἀϋτῇ, in pugna cum hostibus. κατὰ ἶσα, secundum æqualitatem, Λ, 336. ἐμαχόμην κατ' ἐμαυτὸν ἐγὼ, A, 271, pugnabam ego secundum vires meas, pro mea virili parte, quantum poteram: non quidem quantum alii. κατὰ αὐτοὺς ἐστρωφᾶτο, N, 556, inter eos versabatur, apud eos. κατ' αὐτοὺς ὅρα, spectabat ad eos, Π, 646. ὅτε Αἴαντε κατ' αὐτοὺς σταίησαν, cum Ajaces duo contra eos et ad eos conversi constitissent, P, 732. sed, κατ' αὐτοὺς, inter eos, Σ, 604. et 605, κατὰ μέσσους, in medio eorum. κατὰ πάντας, apud omnes, circa omnes, K, 117. κατὰ αὐτὰς (πύλας) ἱστάμενοι, ad portas et contra portas adstantes, M, 340. λαοφόρον κατὰ ὁδὸν, O, 682, in via et per viam publicam, *die heerstrasse entlängs, (along the high road.)* sic, κατὰ ἀταρπὸν, P, 743. κατὰ κῦμα, per undam, Φ, 126. κατὰ φρένα, in animo, A, 555. B, 3. E, 406. T, 125. ω, 352. κατὰ θυμὸν, B, 5. κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, utrumque idem, mente et animo, Δ, 163. Z, 447. Θ, 169. Λ, 411. O, 163. Σ, 15. Υ, 264. α, 294. υ, 10. κατὰ στρατὸν, in castris, Υ, 352. κατὰ τείχεα Ἰλίου, in muris Ilii, Φ, 295. sic et, κατὰ νῆας, in castris his nauticis, B, 438. κατὰ πληθὺν, ipse in acie et inter ordines tuos stans, non vero procurrens solus, Υ, 377. et 469, καθ' ἧπαρ, in hepate vulneravit eum, in hepar. κατὰ ῥέεθρα, in fluvio, Φ, 238. et 310, κατὰ μόθον, in pugna. κατὰ σφέας μαχήσονται, B, 366, quique pro se, et separati ab aliis pugnabunt: et mens est, ἐπεὶ, καθ' ἑαυτοὺς κεκριμένοι, μέλλουσι μάχεσθαι, φανήσονται οἵ τε ἀγαθοὶ λαοί τε καὶ ἡγεμόνες, καὶ οἱ μὴ ἀγαθοί: nam quisque reveretur suos qui eum noverunt, et laus vel vituperium certam aliquam partem exercitus, non vero confuse omnes, ornat vel premit. in *compositione* cum verbis, hoc κατὰ sæpe avellitur, et *postponitur.* e. c. εἰ μέν κε λίπω κατὰ τεύχεα, pro καταλί-

πω, P, 91, si reliquero arma. δύσετο ἁλὸς κατὰ κῦμα, pro κατεδύσετο, Z, 136, subiit undam maris. ἔχῃ κάτα δῆμον, pro κατέχῃ, ι, 6, ipsa etiam *præpositio*, extra compositionem cum verbo, *postponitur*. e. c. πεδίον κατὰ, pro κατὰ πεδίον, in campo, Φ, 217. Πύλον κατὰ, in Pylo, Λ, 715. sic, δόμον, in domo, β, 322. πόλιν, in urbe, ο, 408. δῶμα, in domo, κ, 349. et apud accuratiores in ejusmodi postpositione retrahitur accentus, ut scribatur κάτα. *avulsum* κατὰ, etsi non postpositum, non minus frequens est. καθ' ὅμιλον ἔδυ, pro κατέδυ, Γ, 36, in ordines se recepit. κατὰ τεύχεα ἔδυν, pro κατέδυσαν, Δ, 222, i. e. ἐνεδύσαντο, induebant arma: et verbum est metaphoricum, ἀπὸ τῶν εἰς βάθος δυνόντων: subibant arma. sic, δύνειν πόλιν, πόλεμον, etc. κατὰ ὄσσε ἔλαβε θάνατος, pro κατέλαβε, E, 82, plura exempla τοῦ κατὰ *avulsi* sunt N, 138, pro κατώσῃ, et ibi est κατὰ cum genitivo. et 737, pro κατέβησαν τεῖχος, transcenderunt murum. O, 373, καταναίων. Π, 11, pro καταλείβεις, effundis. P, 535, pro κατέλιπον. et 542, κατεδηδὼς, qui comedit. et 619, pro κατέχευεν. et 594, pro κατεκάλυψε. T, 12, κατέθηκε. et 27, κατασαπείη, computresceret, ad quod pertinet absolutus accusativus χρόα, pro κατὰ χρόα, quod attinet corpus omne: qui Græcismus est notus, quo ad passivum ponitur accusativus absolute. et 323, pro κατείβει, quod pro καταλείβει, effundit guttatim. (sic Ω, 9.) et 334, pro κατατεθνάναι. et 394, κατέτειναν, retro tetenderunt. Υ, 149, pro καθέζετο. Φ, 63, κατερύκει, detinet. et 201, κατέλειπε. et 327, pro καθήρει, a καθαιρέω, tollo in altum, tollere conor. X, 354, καταδάσονται. Ψ, 237, pro κατεσβέσατο. sic 250. et 341, κατάξῃς, confringas. et 436, καταπέσοιεν. et 623, κατεπείγει, urget et 700, κατέθηκε. et 715, κατέρρεεν. et 798, κατ' ἔθηκε. et 799, ubi κατὰ solum repetitum, ex præcedente composito verbo. sic et 884, 885. Ω, 470, κατέλιπεν. α, 8, κατήσθιον. β, 376, καταιάπτῃ, prorsus deformet et lædat. et 425, κατέδησαν. γ, 315, καταφάγωσι. quæ exempla satis docebunt tironem. ut et alibi attendat, an, ex hac analogia, præpositio ad verbum pertineat. si hoc avulsum κατὰ sequitur δὲ, sæpe *apocopatur*, et τ *mutatur* in δ. e. c. κὰδ δ' ἐν Ἀθήναις εἷσε, pro καθεῖσε, sedere fecit, collocavit, B, 549. sic Γ, 382, ἐν θαλάμῳ et Ψ, 698. κὰδ δὲ κτήματα, E, 481, ubi avulsum et mutatum κατὰ solum repetitum ex κατέλιπον. κὰδ δ' ἔπεσεν, pro κατέπεσε, Λ, 675. κὰδ δέ οἱ ὕδωρ χεῦαν, pro κατέχευαν, Ξ, 435. et 438, κὰδ δέ οἱ ὄσσε νὺξ ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. κὰδ δέ μιν αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοις, pro κατειλύσω, obvolvam, Φ, 318. et 348, κὰδ δ' ἄρα νεκροὺς κῆεν, pro κατέκηε, combussit. et 520, κὰδ δ' ἵζον, adsidebant. sic T, 50, κὰδ δ' ἵζοντο, pro καθίζοντο. κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο, Υ, 282, pro κατέχυτο, offundebatur. κὰδ δέ με χήρην λείπεις, pro καταλείπεις, Ω, 725. imo ipsa præpositio non avulsa a verbo, apocopatur, et mutat suum τ in consonam sequentem. e. c. κὰδδ' ἄρ' ἀκτῆς, in littore, pro κατὰ ἀκτῆς, Ψ, 125. κὰδ δὲ μέσον, et in medio spatio, I, 87. κὰδδ' ἄρα κεφαλῆς, Ψ, 765. καππεδίον, pro κατὰ πεδίον, in campo, Λ, 166. et 172, καμμέσον pro κατὰ μέσον, in medio, per medium campum. κακκεφαλὴν, Π, 412, in capite. sic et Υ, 387. κακκορυφὴν, pro κατὰ κορυφὴν, Θ, 83. κακκόρυθα, ad galeam, Λ, 351. κακκεφαλῆς, Σ, 24, quod et divisim, sicut in aliis talibus, scribi potest κὰκ κεφαλῆς; sed præstat jungi ὑφέν. κὰπ φάλαρα, ad clavos cassidis, Π, 106, ubi π loco φ, quia nulla Græca vox duplicat eandem adspiratam consonam, præter unam Latinam vocem ὀφφίκιον, officium. κὰρ ῥόον, M, 33, in alveum fluvii, *in den vorigen gang, (in its former channel.)* κάρ ῥά οἱ ὀφθαλμῶν κέχυτο ἀχλὺς, pro κατὰ ὀφθαλμῶν, ob oculos, Υ, 421. et 458, καγγόνυ, pro κατὰ γόνυ, ad genu. καλλαπάρην, pro κατὰ λαπάρην, ad ile, Ξ, 517. id eo magis fit in compositione cum verbis, e. c. κακκείω pro κατακείω, decumbere volo, κάππεσε pro κατέπεσε, κάλλιπον pro κατέλιπον, καῤῥέζειν pro καταρέζειν, κάββαλε pro κατέβαλε, κάτθανε pro κατέθανε, etc. ἐρχόμενον κατὰ ἄστυ, vadentem, euntem in urbe, η, 40. ἄστυ κατὰ, in urbe, ρ, 246. sic et β, 78. σ, 1. χ, 223. κατὰ πτόλιν, in urbe, huc illuc per urbem, β, 383, 397. ο, 310. ρ, 18. ω, 108, 412. κατὰ δῶμα, in domo, α, 228. β, 247. δ, 15, 44, 46, 715, ad domum. ρ, 329, 332, 501, 566. σ, 152. υ, 369. χ, 22, 23. κατὰ δώματα, in domo, α, 116. γ, 428. π, 109. ρ, 531. υ, 122. ω, 182, 187. δόμον κάτα, φ, 298. χ, 199, 291, 381. κατὰ οἶκον, δ, 717, in domo. τ, 18, 67, 536. ω, 271. κατὰ οἴκους, α, 375, ubi est distributivum, quisque domi suæ. sic β, 140. κατὰ δῆμον, ν, 14, in populo, per populum, distributive. sic σ, 362. κατὰ κῆπον, ubique in horto, ω, 245. μέγαρον, per conclave magnum, χ, 299. μέγαρα, ubique in conclavi magno, *im saale, (in the hall,)* ν, 2. υ, 167. ὕλην, in sylva, ι, 120. νῆα, in nave, θ, 232. μ, 151. νῆας, in navibus omnibus, κ, 122. νομὸν κάτα, in pascuo, ι, 217. πόντον, in mare, δ, 510, ubi κατὰ est pro, κάτω εἰς, *hinab ins, (down to.)* ὁδὸν, in itinere, θ, 444. ὁδὸν κάτα, per viam, ρ, 204. κατὰ μέσον, in medio, δ, 19. στόμα ποταμοῦ, ad ostium, ε, 441. et 327, ῥόον, per fluenta. μ, 204, in aqua. ξ, 254, in secundo fluvio, *den strom ab, (down the river.)* ἀγροὺς, in agris, π, 150. πρῆξιν, negotiorum causa, ad negotiandum et lucrandum, γ, 72. ι, 253. ληΐδα, prædæ causa, γ, 106, *der beute nach, (for the sake of plunder.)* κατὰ θυμὸν, in animo, α, 29. ξ, 46, secundum appetitum tuum. π, 237, in animo. σ, 202. χ, 373. ὃν κατὰ θυμὸν, α, 4, in animo suo. ε, 444. ν, 90. υ, 59, ex animi sui sententia. κατὰ κόσμον, γ, 138. ξ, 363. μοῖραν, β, 251. ρ, 580. κατὰ ἀγῶνα, in certaminis loco, θ, 379. γουνὸν, in culto loco, λ, 192. et 538, λειμῶνα, per pratum. et 638, ὠκεανὸν, in oceano. νῶτον, ad tergum, ρ, 463. ὦμον, τ, 452, in humero. λαιμὸν, χ, 15. et 328, αὐχένα. Ὄλυμπον, in cœlo, ω, 350. ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε, considebant in sellis, α, 145. γ, 389. κ, 233. ο, 134. ρ, 86,

κέλλω, f. æolice κέλσω. (Κέλω) appello, promoveo cum hortatu et impetu. est a κέλω, quod proprie est, ad currendum vel strenue agendum hortor. est ergo, τρέχειν ποιῶ. κέλσαι νῆα, appellere navem, κ, 511, sc. memento. nam est infin. pro imperativo. et h. l. est activo sensu. de ipsis quoque navibus hoc verbum ponitur, quasi ipsæ promoverent se in littus, ι, 149, κελσάσαις νηυσὶ, navibus appellentibus se, i. e. ἐλλιμενισθείσαις, καταπλευσάσαις. νῆα μὲν ἐκέλσαμεν, ι, 546. λ, 20. μ, 5. ab hoc verbo est ὁ κελεὸς, avis quædam pernix, *ein stosvogel, (a bird of prey:)* et ὁ κόλπος, sinus maris, ὅπου νῆες κέλλουσι: et κοῖλος, η, ον: et verbum ὀκέλλω, quod idem notat ac κέλλω, et apud prosaicos est communius, in futuro habens ὀκελῶ, aor. 1. ὤκειλα, et ponitur de nave. ὁ σκαλμὸς sine dubio hinc est, lignum ad quod applicatur remus quando remigatur: nam hujus ligni ope remus habet vim propellendi navem. ἔχοντες πλάτας ἐπὶ σκαλμῶν, Eurip. Iph. Taur. 1347, adolescentes tenentes remos ad scalmos, vel ad struppa, ut Vitruvius ea ligna appellat.

ΚΈΛΩ, et in medio, κέλομαι. jubeo, hortor; proprie, clamore et voce clara et verbum ipsum factum est ex sono claro et nitente hortantis: *ich mahne durch lautes und ernstliches zuschreien an, (I admonish by loud and earnest cries.)* deinde in genere, jubeo, consulo, suadeo, auctor sum, excito. nusquam vero habet vim imperandi, sed hortandi solum. futurum format quasi a κελέω, κελήσω et κελήσομαι, sicut a θέλω fit θελήσω. hoc præterea probe tenendum, sonum clarum et serium primario exprimi hoc verbo. Germanorum *die kehle, (the throat,)* guttur, quo clamamus vel clare eloquimur, ejusdem eum Græco est originis; sicut sunt sorores, Græcus et Germanicus antiquus sermo. ἀλλά σε ἔγωγε παύσασθαι κέλομαι, at ego serio hortor ut tu cesses a pugnando, Γ, 434, nolo enim te occumbere in pugna ista. προφρονέως κέλομαί σε μάχεσθαι, prudenter hortor ut tu pugnes, E, 810, non temere aut negligenter. κέλομαί σε μεθέμεν χόλον υἷέος, suadeo, ut tu missam facias iram de filio tuo, O, 138. κέλομαι γὰρ ἔγωγε ἄστυδε νῦν ἴεναι, nam equidem auctor suasorque sum, ut jam in urbem nos recipiamus, Σ, 254. κέλομαι γὰρ ἔγωγε, ego enim suasor tantummodo sum. tu fac ut lubet, Ψ, 894, qui locus maxime illustrat notionem hujus verbi: *das ist mein rath im ernste, (that is my serious opinion.)* sic et ρ, 400. ἐγὼ κέλομαι καὶ ἄνωγα, γ, 317, quæ duo verba h. l. nihil differunt. κέλομαί σε μνήσασθαι ἐμεῖο, hortor ut sis memor mei, λ, 71. ἀλλά σε παύσασθαι κέλομαι, at serio hortor, ut desinas, σ, 433. κέλεαί με μυθήσασθαι, jubes me proloqui, A, 74, *du beissest es mich, (thou commandest me.)* et 134, κέλεαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι, suades serio, ut ego hanc reddam. ὅς κέλεαι λαθέσθαι, qui auctor es ut obliviscar, M, 235. sic, νῆας ἕλκειν, qui suades ut naves deducamus, Ξ, 96. sic et Σ, 286. κατὰ ἄστυ ἀλήμεναι, qui hortaris, ut in urbem includamur. κέλεαι γὰρ, jubes enim, ε, 98. et 174, ἥ με κέλεαι σχεδίῃ περάαν μέγα λαῖτμα, quæ me jubes navigio parvo trajicere magnum mare. ὅς με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδίμεν ἢ ἀλέασθαι, ι, 274, qui hortaris, ut deos vel reverear vel caveam; inquit Cyclops ad obtestantem Ulyssem, tanquam *un esprit fort a la mode Françoise.* hæc secunda singularis Ionica, pro κέλεσαι, contrahitur attice in κέλῃ, jubes. ὅς με κέλῃ, Ω, 434. καί με κέλῃ, δ, 812. πῶς γάρ με κέλῃ, κ, 337, ubi vim rogandi habet. accusativus in his constructionibus pertinet ad infinitivum; sicut in Latinorum, jubeo. nam si casus personæ ponendus est, regit hoc verbum Græcum, dativum personæ, ut mox videbimus. ἄλλους μὲν κέλεται ἀποθέσθαι τεύχεα, Γ, 88. κέλεται δέ με θυμὸς, sc. ἐρεῖν τοῦτο, K, 534. δ, 140. sic T, 187, sc. ὀμόσαι. suadet animus, me hoc dicere vel jurare. κέλεται δέ ἑ θυμὸς, sc. ἐλθεῖν, M, 300. σφῶϊ ἐλθεῖν κέλεται Ζεὺς, jubet vos ambos venire, O, 146. πατὴρ, β, 114. ἑ γαστὴρ, ζ, 133, de leone, irruente in villam. γαστὴρ κέλεται ἔσθειν καὶ πίνειν, η, 220. μεταλλῆσαί τί ἑ κέλεται θυμὸς, quærere aliquid jubet eam animus, ρ, 555. κέλεταί σε κληῖσαι θύρας, jubet te occludere fores, φ, 381. Τρῶές γέ μιν κέλονται, sc. δοῦναι, Troës certe hortantur, dare eum, i. e. ut det, H, 393. κέλονται ἀλλήλοις, hortantur se invicem, K, 419, ubi vides dativum personæ. sic et M, 274, καὶ ἀλλήλοισι κέλεσθε, et adhortamini (imperativus) vos invicem: *muntert einander auf, heisset es einer dem andern, (encourage one another, let one stimulate the other.)* et quidem omnes ἑκόντες, non vero ὡρισμένοι ad imperandum quid aliis: συγκεχυμένως, ut solet inter pares. πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται Εὐρυμάχῳ γήμασθαί με, jubent et auctores mihi sunt ut nubam ego ei, ο, 16. ἕλκειν, σ, 12, jubent ut ego te traham pedibus. ἄλλοι κέλονταί με ἀγινεῖν αὐτὰς αὐτοῖς, alii jubent ut ego eas ipsis adducam, υ, 213. ἐγὼ πρῶτος ἐκελόμην, ego primus id consilii dabam, A, 386. κελόμην ἑταίρους ἐπιβαινέμεν νηῶν, jubebam ut

socii conscenderent naves, ι, 100. et 193, μένειν αὐτοῦ, ut exspectarent ibi. sic et ξ, 259. ϱ, 428. κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ἵππους ζευγνύειν, Ο, 119, jubebat Mars, ut hi duo ministri sui equos sibi jungerent ad currum. δμωὰς λοῦσαι (τὸν νεκρὸν) ἐκέλετο, Ω, 582. κέλετο μεγάλη ἴς, sc. τὸν κηρὸν ἰαίνεσθαι, μ, 175, magna vis et mea et solis jubebat ceram molliri. οὐκ ἂν ἔγωγέ σε κελοίμην ἀμύνειν αὐτοῖς, non sane ego jusserim, ut tu defendas eos, Ι, 513. sic, ἐπὶ νῆας Ἀργείων ἰέναι, ut ires ad castra Græcorum, Ω, 297. σὲ ἡμέτερόνδε ἔρχεσθαι, ut ires ad nos, ο, 512. σὲ κελήσεται εὐνηθῆναι, hortabitur, ut tu concumbas secum, κ, 296, ubi vides futurum medii. αὐτὸν δεῦρο κελέσθω ἐλθεῖν, jubeto eum huc venire, γ, 425, sic. Μελάνθιον αἶγας ἄγειν, φ, 265, ubi est κέλεσθε, jubete, ut is capras adducat. εὐφημῆσαί τε κέλεσθε, hortamini, ut linguis faveant, Ι, 171, i. e. ut bene precentur. ἀλλὰ κέλεσθαί (infin. pro imperat.) μιν ὅρκον ὀμόσαι, κ, 299, jube, ut juret. ab hoc verbo est ὁ ἵππος κέλης, *ein reitpferd, ein pferd zum rennen, (a saddle-horse, a running horse:)* et οἱ κέλητες, genus navigii celeris; etiam verbum κέλλω et ὀκέλλω, impello; et οἱ κελέοντες (a κελέω, idem quod κέλω) i. e. οἱ ἱστόποδες, καὶ πάντα τὰ μακρὰ ξύλα, vel et ξύλα quæ aliud quid stare faciunt. indidem est et κολάζω, i. e. διδάσκω, παιδεύω, doceo, castigo verbis aut expolitione accurata: unde dicuntur ἤθη κεκολασμένα, τὰ πεπαιδευμένα, et τὰ ἀκόλαστα, i. e. ἀπαίδευτα. et ὁ κέλωϱ, filius, natus; a clamore sic dictus, Eurip. Androm. 1033, Ἀγαμεμνόνειος κέλωϱ, i. e. Ὀρέστης.

κεμὰς, άδος. ἡ. (Μῆλον) hinnulus, τὸ τῆς ἐλάφου γέννημα, *ein hirschkalb, (a young stag.)* est nomen, κατὰ γλῶσσάν τινα, factum a μηκάω, μηκὰς, transposite et correpte, κεμάς. Κ, 361. Vide sub μηκάω.

κενεαυχής, έος. ὁ ἡ. (Ἄω) ὁ αὐχῶν κενά. qui inania jactat. κενεαυχέες, Θ, 230, magna sed inania gloriantes. tales vocantur et προδοσίκομποι, i. e. εἰς μάτην ὑποσχετικοί. οἱ τὰς ἑαυτῶν ὑποσχέσεις ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι, ἀλλὰ προδιδόντες αὐτὰς, *die ihr wort im stiche lassen, (who make empty promises and fail in them.)*

κενεὸς, ὰ, όν. (Χάω) vacuus, inanis, hians. *leer, (empty.)* idem quod κενὸς, sed magis Ionicum. sic est κουλεὸς pro κουλός. αἰσχρόν τοι, δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι, Β, 298, turpe sane, diu hic hærere, et inanem reverti domum, i. e. μὴ πράξαντα τὸ τέλος οὗ εἵνεκεν ἦλθε, *wenn er den zweck nicht erreichet um dessen willen er gegangen ist, (if he do not accomplish the business on which he is gone;)* μηδὲ ἐκτετελεκότα ὅπερ ὑπέσχετο: denique μὴ ἔχων λάφυρα, nullas prædas nactus. ὁ φιλότιμος horret primum, ὁ φιλαλήθης alterum, ὁ φιλοκερδὴς tertium. οὐδέ σε φημὶ ἄψ ἰέναι κενεόν, ο, 214, neque te puto reversurum inde esse inanem, non habentem dona. alii pro σὲ legunt ibi ἕ, eum, ut sensus sit, puto eum, patrem meum, non frustra reversurum esse hinc, sed amice irascendo et minitando coacturum esse te, ut secum venias in urbem: et verisimilis omnino videtur hæc lectio, si addas sequentia. οἴκαδε νισσόμεθα κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες, κ, 42, domum redimus vacuas nos universi manus habentes, *mit leeren händen, (empty handed;)* conf. σύν.

κενεὼν, ῶνος. ὁ. (Χάω) pars tota illa inferior corporis humani quæ caret ossibus, et est quasi inanitas, *der hole unterleib, (the abdomen,)* ἡ λαπάρη. dicitur παρὰ τὸ κενὸς εἶναι ὀστέων. cæterum habet formam περιεκτικοῦ a κενεὸς, sicut ὁ φηγὼν, ὁ πλατανὼν, etc. et cum interserto ε, ὁ πυλεὼν, ὁ ἀκανθεὼν, etc. dicitur et ὁ κενών. νείατον ἐς κενεῶνα βαλὼν, in ventrem imum (quia is est inferior cavitas corporis humani) jaculans hasta, Λ, 381. sic, οὖτα δὲ δουρὶ ἐς, vulnerabat eum hasta in ventrem, Π, 821. sic, μέσον, vulnerabat eum hasta medium ventrem, χ, 295, ubi deest εἰς. βέβληαι κενεῶνα διαμπερὲς, transfixus es per ventrem, Ε, 284. et 857, ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη νείατον ἐς, ubi sermo est de Marte, vulnerato per Diomedem, cujus hastam Minerva firmius etiam infixit corpori Martis: i. e. Diomedes mediam Trojanorum aciem est aggressus, et perrupit ibi ordines cum suis, et cædem magnam edidit. sicut idem Venerem vulnerarat paullo ante, i. e. aliquot formosos nobiles juvenes vel occidit vel graviter vulneravit, qui erant ex cohorte Æneæ. Vide sub λαπάρα.

κενήριον, τό, vide sub σῆμα, ad medium.

κενὸς, ἡ, όν. (Χάω) vacuus, inanis, hians. *leer, (empty.)* ob metrum et ionice est κεινός. κεινὰ εὔγματα, vanas gloriationes, vel, inania vota, χ, 249. κεινὴ τρυφάλεια, cassis vacua, Γ, 376. σὺν κειναῖς νηυσὶ, navibus inanibus, Δ, 181, ut neque prædam ex Troja, nec Helenam, imo ne fratrem quidem suum, secum reportaret domum. κεινὰ ὄχεα, vacuum currum, Λ, 160. Ο, 453.

κεντέω, vide ΚΕ´ΝΤΩ.

κεντρηνεκὴς, έος. ὁ ἡ. (Χάω) qui a calcaribus aut stimulis fertur et agitur. est a τὸ κέντρον, et ἐνέγκω, fero, suffero, pro ἐνέχω. δι' αὐτάων (πυλάων) κεντρηνεκέας ἔχον ἵππους, per eas portas dirigebant equos stimulo parentes, Ε, 752. Θ, 396, et Homerus loquitur ex usu communi de equis, qui aguntur et impelluntur scutica: Pindarus vero laudat equum, non κεντρηνεκέα, sed ἀκέντητον δέμας præbentem cursui.

κέντρον, ου. τό. (Κέντω) stimulus, aculeus, scutica. nam si de *equis* dicitur, est idem quod ἡ ἱμάσθλη: στίζειν enim sæpe idem est quod κεντεῖν, et ab ἱμὰς καὶ στίζειν composita est ἡ μάστιξ. Sed si de *bubus* sermo est, longe aliud notat instrumentum, quod dicitur τὸ βούκεντρον, ferreus aculeus ad longam ῥάβδον affixus; πρὸς ὅπερ ὁ ἀντιβαίνων (pede calcitrante adversans,) βοῦς, λακτίζειν πρὸς κέντρα λέγεται. οὔκουν πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, Æschyl. Prom. 323, nequaquam contra stimulos pedem proteudes. etiam τὸ περὶ πτέρναν σιδήρειον, ᾧ νύσσονται ἵπποι ab equite, dicitur κέντρον, cal-

car, *der sporn, (the spur.)* imo et aculei bestiarum, e. c. σκορπίου, σφηκὸς (vespæ) etc. a Comico etiam pro virili membro positum, ut: εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖ. κέντρου, i. e. μάστιγος, Ψ, 387, 430. hinc est τὸ ἐγκεντρίζειν, inserere surculos stirpi, *einpfropfen, (to graft,)* ἐπὶ φυτῶν, de arboribus. et οἱ κέντρωνες, (quos Romani, abjecto r. vocant centones) qui sunt proprie τὰ ἐκ διαφέρων χροιῶν συνεῤῥαμμένα εἰς ἓν, quando panniculi coloris diversi consuuntur. tales κέντρωνες sunt vel ῥαπτοὶ, consuti, οἷσπερ ὡσανεὶ παρακεντοῦνται διάφοροι χροαὶ ὑφασμάτων, quibus quasi inseruntur (*eingepfropfet werden) (grafted)* varii colores pannorum: vel γραπτοὶ, conscripti, οἷς παρατίθενται, τοιούτου παρακεντήματος δίκην, μέρη ποιημάτων (particulæ poëmatum) καὶ στίχων ἄλλοθεν ἄλλα, quando versus hinc inde colliguntur et junguntur. sic τὰ Ὁμηρόκεντρα, i. e. οἱ Ὁμηρικοὶ κέντρωνες, si ex Homero varie collecti versus in unum corpus conjunguntur. Vide sub ἱμάσθλη.

ΚΕ'ΝΤΩ, et κεντέω, f. κεντήσω et κένσω. pungo, stimulo, fodico, insero. δεξιὸν ἵππον κένσαι, Ψ, 337, ubi est infin. a. 1. pro imperativo: stimula equum dextrum.

κέντωρ, ορος. ὁ. (Κέντω) stimulator, qui stimulo bene utitur. in poëta κέντορες ἵππων sunt iidem qui ἐλατῆρες ἵππων, ἢ ἱππόδαμοι, ἢ εὖ πωλοδαμνοῦντες, ἢ τεχνικῶς ἡνιοχοῦντες, qui apte equos regunt, boni equites vel aurigæ. Δ, 391. Ε, 102.

κεραελκὴς, κεραία, ἡ, vide sub κέρας, aliquanto sub medio.

κεραΐζω, f. ίσω. (Κάρα) incurso et contundo cornibus. dicitur proprie ἐπὶ φθορᾶς τῆς ἐκ τῶν ζώων κερασφόρων. deinde metaphorice est, φθείρω, βλάπτω, incurso ut perdam aut lacerem, vasto, depopulor; occido, dejicio. ὅθι Τρῶας κεράϊζε (ἐκεράϊζε) καὶ ἄλλους, Β, 861, ubi Trojanos incursando perdebat et trucidabat, aliosque. σταθμοὺς ἀνθρώπων κεραΐζετον, (ἐκεραΐζετον) de leonibus duobus, Ε, 557, villas hominum incursabant. ergo hic valde improprie, cum proprie ponatur de animalibus, quæ damnum inferunt cornibus suis. sic et Π, 752, λέων σταθμοὺς κεραΐζων. et 830, πόλιν κεραΐζειν, urbem incursando vastare, φθείρειν καὶ ἀφανίζειν. confer huc ex sacris 1 Reg. xxii, 11. ὄπιθεν κεραΐζων, a tergo incursans et configens, quasi cornibus, Φ, 129, *von hinten niederstossend, (knocking down from behind.)* ἄλλον ἄλλῃ κεραΐζειν πόλιν, Θ, 516, aliam alibi perdere urbem. πόλιν κεραϊζομένην, Ω, 245, urbem vastatam et dejectam. θαλάμους κεραϊζομένους, Χ, 63, habitationes ab hoste incursatas et dejectas. ubi ergo ἁπλῶς φθορὰν καὶ βλάβην δηλοῖ. hinc est ὁ ἀκέραιος, in sensu *activo*, ὁ ἁπλοῦς καὶ πραΰθυμος καὶ ἀόργητος, ὁ μή τινα κεραΐζων, i. e. βλάπτων καὶ φθείρων, qui neminem incursat et incessit et damno adficit. Matth. x, 16, qui contra neminem hostiliter agit. ponitur etiam in sensu *passivo*, ἀκέραιος, non adfectus damno hostili, non incursatus, apud Isocr. περὶ ἀντιδ. ubi πόλις ἀκέραιος et ἀνάστατος opponuntur. in Herodoto frequens est hoc verbum, e. c. κεραΐσας τὰ οἰκία τοῦ ξείνου, hospitis activi domum expilans. et, κλέπται κεραΐζοντες χρήματα fures involantes in bona. et, πλῆθος τῶν νεῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο, multitudo navium perdebatur. sic et κείρω adhibetur. e. c. ἔκειρε τοὺς χώρους, i. e. ἐπέφλεγε καὶ ἔφθειρε. ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ, i. e. ἐλαφυραγωγεῖτο, vastabatur populando. *non tamen* κεραΐζω et κείρω sunt ejusdem originis.

κεραΐπες, οἱ, κεραΐς, ἡ, vide sub ἴψ.

κεραίρω, f. αρῶ. (Κάρα) infundo. idem quod κεράω. ζωρότερον κέραιρε, infunde vinum generosius et plurium spirituum, Ι, 203. alii legunt h. l. κέραιε, a κεραίω, pro κεράω: nam et ista forma verbi in usu fuit.

κεραίω, vide supra.

κεραμεὺς, έως. ὁ. (Ἔρα) figulus, qui fingit vasa ex argilla. ἑζόμενος κεραμεὺς τροχὸν πειρήσεται, Σ, 601, sedens figulus rotam tentare solet. hinc est ἡ κεραμεία, sc. τέχνη, a qua est proverbium, κεραμεία τὸν πίθον. et τὰ κεράμεια, vasa figulina, quæ dicuntur per ænigma Γῆς καὶ Καμίνου γόνος, filii terræ et fornacis. ὁ κέραμος Atticus (argilla, et vasa ex ea facta) erat olim celeberrimus.

Κέραμος, ου. ὁ. (Ἔρα) vas fictile, amphora a figulo facta. deinde et, argilla, terra ex qua ejusmodi vasa fiunt, nam est ab ἡ ἔρα, præfixo κ. denique et, κατὰ γλῶσσαν Κυπρίων, carcer subterraneus vocabatur κέραμος. Ἄρης χαλκέῳ ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας, Ε, 387, ubi iste κεράμος est ejusmodi δεσμωτήριον, subterraneum, χάλκεον, i. e. valde firmum et πάνυ στεῤῥὸν, quale fuerunt Lautumiæ apud Syracusanos, a Cicerone in Verrinis memoratæ. quanquam alii, et fortasse saniores, intelligunt h. l. urbem Cariæ valde munitam, quæ vocata fuit Κέραμος: nec obstat genus adjectivi; nam id est ionice generis communis. πολλὸν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο, multum vinum ebibebatur ex amphoris, Ι, 465, nam antiqui servabant vina sua ἐν πίθοις κεραμέοις.

κεραοξόος, ου. ὁ. (Ξέω) cornua radens et elaborans artificiose; faber arcuum. a τὸ κέρας, ατος et αος. nam arcus potissimum fiebant ex cornibus. κεραοξόος τέκτων, Δ, 110. sic λαοξόος, *ein steinmetz, (a stone-cutter.)* et λιθοξόος. δουροξόος, faber hastilium, etc.

κεραὸς, ὰ, όν. (Κάρα) cornutus. ἔλαφος κεραὸς, cervus cornutus, *ein hirsch der schon aufgesetzet hat, (a stag that has got his horns.)* ἤδη τέλειος καὶ μηκέτι νεβρὸς, Γ, 24. Ο, 271. Π, 158. ἄρνες κεραοὶ, agni cornuti, in Libya, δ, 85.

κέρας, αος et ατος. τό. (Κάρα) cornu, *ein horn, (a horn.)* est a τὸ κάρα, caput, a quo est et ἄκρος, supremus, extremus. nam κέρατα sunt extremitates in capitibus quarundam pecudum. κέρας βοὸς μετὰ χερσὶν ἔχων, Ψ, 780, tenebat bovem cornu. κατὰ κέρας βοὸς, Ω, 81, ubi sermo est de hamo piscatorio, cui superne

addita est fistula cornea, ne piscis deglutito hamo arrodat linum; et ad quam pendebat globulus plumbeus. notat ergo κέρας h. l. materiam, ex qua fistula illa erat facta; sicut alibi ὁ ἐλέφας notat ὀστοῦν ἐξ ἐλέφαντος. ἦν γὰρ σύριγξ κερατίνη ἐκ βοὸς, *eine hörnerne kleine röre, (a small tube of horn.)* ἣν προσῆπτον μεταξὺ ὁρμιᾶς καὶ ἀγκίστρου (inter funiculum et hamum) διά τε τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν ὁμόχροον (ob eundem corneæ illius fistulæ colorem cum aqua marina, ut piscis eo facilius deciperetur) τοῦ κέρατος, καὶ ὅπως μὴ ἀποτρώγωσιν οἱ ἰχθύες τὸν λίνον. recentiores quidem etiam κέρας vocarunt, συμπλοκὴν τριχῶν, *eine art von flechte, (a kind of tress;)* ut κέρας βοὸς posset esse πλέγμα βοείων τριχῶν, οἷα (quasi) τοιαύτης πάλαι ποτὲ οὔσης τῆς ὁρμιᾶς. sed, præterquam quod hic significatus est recentior; et quod potius equinos pilos ad ejusmodi contortum tenuem funiculum adhibere soliti sunt quam bovinos: poëta alibi dicit, λίνῳ καὶ χαλκῷ captos pisces; ut appareat, usos antiquissimos λιναῖς ὁρμιαῖς. sic μ, 253, ἐς πόντον προΐησι κέρας βοὸς, ubi eadem intelligitur cornea fistula prope hamum, τὸ κεράτινον συρίγγιον, προτιθέμενον τοῦ ἀγκίστρου, εἰς ἀσφάλειαν τῆς ὁρμιᾶς. solebant enim piscatores μεταξὺ τοῦ ἀγκίστρου καὶ τῆς σπάρτου, κέρας βόειον προσάπτειν, ἵνα καταπιόντες τὸ ἄγκιστρον οἱ ἰχθύες μὴ ἀποτρώγωσι τὴν σπάρτον. κέρα (pro κέρατα) ἐκ κεφαλῆς πεφύκει, Δ, 109. κέρα ἀγλαὲ, Λ, 385, conspicue cornibus; quod est vel, τόξοις ἀγλαϊζόμενε, qui te jactas et gloriaris arcu, ut κέρατα sint οἱ πήχεις τοῦ τόξου, coll. 375, *die arme,* i. e. *enden, des bogen, (the arms,* i. e. *the ends of the bow;)* et hæc interpretatio est vera, nam plurimum poterat arcu, quod genus pugnandi non nimis regium putabatur; arcus autem plerumque erat corneus, vide τόξον. aliis vero, quibus recentiora in animo hærent, placet magis, sic exponere, κάλλιστε τὴν τρίχα, ut κέρας sit ἡ ἐμπλοκὴ τῶν τριχῶν: nam erat species quædam comationis εἰς κέρατος τύπον; quo sensu sequens statim adjungi debet, in deceptionem mulierum, κομῶν ἐπὶ τῷ παρθένους ὑπάγεσθαι. Atticis vocabatur talis delicatior cincinnus ὁ κρώβυλος. alii, lubricius etiam, per κέρας h. l. intelligunt τὸ αἰδοῖον: quo sensu Archilochus penem vocavit κέρας ἁπαλόν. mirum igitur non est, si et sanctiores scripturæ, ab hominibus suo sensu abundantibus, miris modis distorquentur, et interpretamentis quæsitis fœdantur. ὀφθαλμοὶ ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, τ, 211, pro, κέρατα. et tertium comparationis est: sicut cornu est natura siccum, sic et oculi nulla lacrimula humidi erant. μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν, ne vermiculi arrosissent cornua in arcu, φ, 395, coll. 393, ut κέρατα et τόξον notent idem. κόψας ἐξόπιθεν κεράων βοὸς, Ρ, 521, de mactatione bovis. βοῦν ἀγέτην κεράων, γ, 439, duo ducebant bovem cornibus. διὰ ξεστῶν κεράων, per polita cornua, τ, 566, ubi sermo est de duabus portis somniorum, coll. 563. χρυσὸν κέρασιν περιχεύας, Κ, 294, ut solebant hostiæ majores. sic et de eadem re est γ, 426, 437, s. 384. πρυμνοῖσι κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρὼς, Ν, 705, ad extrema cornua in capite multus erumpit sudor, bubus aratrum trahentibus; et innuit τοὺς κεραελκέας ταύρους, boves qui trahunt plaustra capite, οἷς διὰ τὸν περὶ κεφαλὴν κάματον ἱδροῦσι τὰ ἐκεῖ. et is mos etiam hodie in Hungaria obtinet. hinc et post ejusmodi durum laborem inungere solebant cornua κηρῷ ἢ ἐλαίῳ ἢ πίσσῃ. potest tamen et innuere, ὅτι συμπαθεῖ τοῖς ποσὶ τὰ κέρατα, τῇ διατάσει τῶν νευρῶν. sed prius præstat. κεράεσσι τετεύχαται, corneæ sunt portæ, τ, 563. a τὸ κέρας est ἡ κεραία, antenna, it. quævis eminentia. fluviorum præsides pinguntur cornuti, quia brachia fluviorum, et plerumque plura ostia, quoque dicuntur κέρατα. imo et καμπαὶ eorum et errores curvi, sic dicuntur. κέρας αἰγὸς ἀμαλθείας ex fabulis notum. capra ea nutrierat Jovem. id qui haberet, omnia bona ex eo effundere posse putabatur. nonnunquam κέρας de loco alto et cacuminato ponitur, e. c. ὑψίκερας πέτρα. etiam ἐπὶ ἰσχύος, de vi et robore: quo sensu in sacris frequens vox. et de exercituum positionibus, ut ἀριστερὸν, δεξιὸν, κέρας. etiam poculi species κέρας dicebatur, quia antiquissimi ex cornibus biberant, maxime taurorum, qui magni valde sunt apud Molossos et Pæonas, et quorum labra incluserant argento. conf. Cæsarem, VI, 28, in fine. erant cornua boum sæpe, quorum εὐρύτης capiebat τέσσαρας χόας Atticos. hinc ipse Διόνυσος seu Bacchus fingebatur κερατοφυὴς, et appellabatur ταῦρος, et bovino capite statuebatur ἐν Κυζίκῳ. ab hoc significatu τοῦ κέρατος est ὁ κερατὴρ, ex quo ὁ κρατὴρ, et κεράσαι οἶνον. faciebant deinde pocula argentea, figura talium cornuum, *nach art unsrer stumpfschwanze oder stutzglaser die keinen fuss haben, (like drinking glasses of which the foot has been broken off,)* ne ex manu deponi plena possent. et Philippus rex, cui ἐφιλοφρονεῖτο, (quem familiariter et amice tractare vellet) κέρατι προύπινεν αὐτῷ, ex ejusmodi poculo, acuto infra, præbibebat ei.

κεράς, ἡ, vide sub πρόβατον.

Κεραυνὸς, οῦ. ὁ. (Ἄω) fulmen cum tonitru, quod lædere potest. ἀστραπὴ est fulgur tantum, *der zündende oder einschlagende blitz, (lightning.)* vox est a κείρειν, et αὔειν, i. e. καίειν, composita; ὁ φθείρων ἐν τῷ αὔειν. afflatu et igne suo destruens. hinc aliquis πολυφάγος dictus erat ὁ Κεραυνὸς, quia fulminis instar statim dissipabat dapes, aliosque convivas abigebat suâ voracitate. βροντήσας δ' ἄρα δεινὸν, ἀφῆκε ἀργῆτα κεραυνὸν, Θ, 133, candens fulmen. et 405, ἕλκεα (vulnera) ἅ κεν μάρπτῃσι κεραυνὸς, quæ deprehensa inusserit fulmen. et ea difficulter curantur. sic et 419. nam a deo irato immissa, ab hominibus non facile tolluntur. et 455, πληγέντε κεραυνῷ, vos duæ percussæ. εἴπερ μοι καὶ μοῖρα, Διὸς πληγέντι κεραυνῷ κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσι, Ο, 117. χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνὸς, Ξ, 417, coll. 415, nam ictus fulmine olet sulphur. δείδοικε Διὸς μεγάλοιο κεραυνὸν, Φ, 198, et 401, αἰγίδα, ἣν οὐδὲ Διὸς δάμνησι κεραυ-

νὸς nam *αἰγὶς* physice est ipsa nubes fulmen continens. *Ζεύς μιν κατέπεφνε, βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ*, ε, 128. et 131, *νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ Ζεὺς ἔλσας ἐκέασε.* sic et η, 249. μ, 387. *Ζεὺς δ' ἄμυδις βρόντησε, καὶ ἔμβαλε νηΐ κεραυνὸν, ἡ δ' ἐλελίχθη πᾶσα, Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ*, μ, 415. s. ξ, 305, s. *νῆα ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ Ζεὺς ὑψιβρεμέτης*, ψ, 330. *ἀφίει Ζεὺς ψολόεντα κεραυνὸν*, ω, 538.

κεράω, f. *άσω.* (Κάρα) infundo in pocula, cornuum figuram habentia: præbeo bibendum ex ejusmodi poculis. vide *κέρας*, in fine. præsens per usum dicitur et *κεραννύω. κεράννυμι.* et quia potus vini solebat temperari: hinc hoc verbum non solum in genere notat, infundo potum; sed et, misceo, tempero. posterior tamen miscendi notio est recentiorum magis. *κερῶντας οἶνον*, ω, 363, i. e. *ἐμβάλλοντας εἰς κρητῆρα.* nam *κερᾶν* est proprie, infundere in cornu, i. e. corniforme poculum, *ἐγχέειν.* nam antiquissimi, *κέρασι ζώων ἐγχέοντες ἔπινον. κέρασε δὲ νέκταρ ἐρυθρὸν*, ε, 93, in pocula infudit vinum dulce rubrum. *θυμῆρες κεράσασα*, κ, 362, ubi de lavatione calida sermo est; gratum at animo aptum infundens: i. e. sic calidam, ne offenderet lavantem. et quia recentiores crediderunt, aquam fervidam non nisi affusa frigida sic temperari posse: hinc sumsere notionem miscendi et temperandi, affuso quo alio. *κεράασθε οἶνον*, infundite vinum, γ, 332, pro *κερᾶσθε.* et media forma ponitur attice pro activo. *κερόωντο οἶνον*, θ, 470, pro *ἐκερῶντο*, infundebant vinum. sic, *κερῶντό τε οἶνον*, ο, 499. *κρητῆρα κεράσατο*, pro *ἐκεράσατο*, infundebat magnum poculum, γ, 399. σ, 422. et quidam libri *τὸ σ* in medio duplicant: præter necessitatem, ut videtur. nam terminatio quidem ipse aor. 1. brevis est: sed α radicale potest anceps esse, imo longum semper, si concipiatur positum loco η in aor. 1. sic, *κερασάμενος κρητῆρα*, η, 179. ν, 50. pro *κεράω* dicitur ionice *κράω*, f. *κρήσω. ὅτε οἶνον ἐν κρητῆρσι κέρωνται*, quando vinum poculis infundere solent, Δ, 260, i. e. quando vinum bibere solent, posito antecedente pro consequente. potest esse aor. 2. conj. med. potest tamen et forma esse *κέρω*, pro *κεράω.*

κερδαλέος, *έα, έον.* (Χάω) prudens, attentus ad commodum et utilitatem, dexter valde, vafer, callidus. *κερδαλέος κε εἴη*, ν, 291, sane valde prudentem et perspicacem eum esse oporteat. *κερδαλέον ἔφατο μῦθον*, ζ, 148, utilem sibi et callidam habuit orationem, qua sibi multum proderat: nam adulans utebatur verbis laudum amplissimarum plenis, modeste tamen et dextre; *eine geschickte kluge anrede, (an artful, clever speech.)* *κερδαλέον παῖδα*, ο, 450, ingeniosum puerum et facetum; immo et, qui prodesse vobis possit si venderetis eum. *νοήμασι κερδαλέοισι*, θ, 548, ingenio vafro et dissimulante. *κερδαλέη βουλὴ*, Κ, 44, consilium utile, *ἡ σωστικὴ, ὡς ἐρύουσα*, i. e. *φυλάττουσα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπικερδής.* ergo et hoc nomen in sensu optimo. apud recentiores *τὸ κέρδος* magis determinatum est ad lucri notionem: apud Homerum signat latius et honestius.

κερδαλεόφρων, (Φέρω) qui de lucro cogitat et de commodo suo, *ein eigennützigcr, (a selfish man.)* deinde et, vafer, astutus, *listig, (crafty,)* *ὕπουλος, δίκην κερδοῦς τῆς δολιᾶς* (*ἡ κερδὼ* est *ἡ ἀλώπηξ*) *ὁ τὰ πρὸς κέρδος ἤτοι δόλον φρονῶν. ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον*, impudentiam indute, proprii commodi studiose, Α, 149, *φιλοχρήματε, du habsüchtiger, (thou rapacious man:)* et tales natura sunt impudentes, nec nimis gloriæ appetentes. *σὺ κακοῖσι δόλοισι κεκασμένε, κερδαλεόφρον*, inquit rex, pœne jocans, ad Ulyssem, Δ, 339, tu ignavis dolis instructe, astute; et id proprie jocose dicit h. l. qui extra periculum esse vis. est ergo a *τὸ κέρδος*, commodum; unde *κερδαλέος.*

κέρδιστος, *η, ον.* (Χάω) callidissimus, prudentissimus. *κέρδιστος ἦν ἀνδρῶν, ὁ Σίσυφος*, Ζ, 153, i. e. *ὁ συνετώτατος, ὁ εντρεχέστατος.* nam in se est *λέξις μέση*, magis tamen in sensu optimo intelligenda, si simpliciter ponitur. Sisyphus iste adeo vafer fuisse narratur, ut Mortem ad se missam, captam in vinculis detinuerit, sic ut nemo hominum intra aliquot multos dies moreretur, donec Mars Mortem liberaret: i. e. fuit prudentissimus, qui consiliis suis bella omnia sopierit, donec tandem importunitate aliorum, ad bellum suscipiendum cogeretur. conf. *Σίσυφος* in R.

κερδίων, *ίονος, ὁ ἡ. τὸ κέρδιον.* (Χάω) utilior, commodior, *vortheilhafter, (more advantageous.)* forma comparativi, a substantivo facta, ex more Græco. neutrum ponitur adverbialiter. *καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν*, Γ, 41, et sane multo utilius id fuisset: nam multi volunt quid, quod tamen non est utile. Ε, 201. *ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη*, Ζ, 410, mihi certe magis proficuum esset. sic porro, Η, 28, 352. Ν, 458. Ξ, 23. Ο, 197, 226. Π, 652. Τ, 63. Χ, 103, 108. β, 74, 320. ε, 474. ζ, 145. ι, 228. κ, 153. λ, 357. ξ, 355. ο, 204. σ, 92, 165. τ, 283. υ, 304, 316, 331, 381. χ, 338. ω, 238.

κέρδος, *εος. τό.* (Χάω) utilitas, commodum, *vortheil, (advantage.)* dexteritas, *geschickligkeit, (dexterity.)* consilium utile et prudens, *kluge vortheilhafte entschliessung und angreifung der sache: ein kluger griff, (a prudent resolution, cunning device.)* est indidem ab *ἡ χεὶρ*, quasi *χέρδος* si manum dextre et cum bono effectu operi admovere scimus. nam compositum dicere a *τὸ κῆρ ἥδειν ἢ ἡδύνειν*, cor delectare, quia omne commodum valde delectet; ingeniose magis cogitatum est, quam vere. ponitur apud poëtam semper in sensu laudabili, nisi expresse *κακὸν* addatur. *οὐ τόδε κέρδος ἡμῖν ἔσσεσθαι οἴω*, π, 311, non istud commodo nobis futurum puto, *es wird uns das nicht vortheilhaft seyn, (that will not be advantageous to us.)* et sensus hujus loci est: si tu velis obire servos mares, et villas eorum, longum id erit; interim vero, dum tu sic obambulas, proci omnia tua

exhaurient epulando: tenta potius ancillas in domo nostra, servos autem omitte in præsentia. ἀκερδὲς ἔστι τὸ, πειρᾶσθαί σε τῶν ἀνδρῶν, ὧν οἱ πλείους ἔξω τῆς νήσου περὶ τὴν ἤπειρον: ἐν ὅσῳ γὰρ αὐτὸς μετέρχῃ τὰ ἐκείνων ἔργα, (stabula eorum et res quibus operam dant) ἐν τοσούτῳ οἱ μνηστῆρες τὰ κατ' οἶκον ἐκκενώσουσι. vides simul, poëtam innuere tecte, Ulyssem valde adjutum fuisse operâ mulierum, quas per nutricem suam disponi ad loca apta curaverat, ne quis procorum elabi aut clamorem foras ciere poterit. ἔνθα δὲ φρασόμεθα, ὅ, τι κέρδος Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξῃ, ψ, 140, ibi enim considerabimus, quod utile consilium exsequendum deus nobis præbuerit in manus, *was er uns vortheilhaftes zu thun an hand geben wird, (what useful counsel he will suggest to us.)* ὅπως κέρδος εἴη, quomodo commodum et utile sit, K, 225, ὅπως ἂν εἴη κερδαλέον, *wie es etwa vortheilhaft seyn könne, wie man was mit vortheil angreifen könne, (how it can be advantageous, how one might undertake something with advantage.)* ὃς δέ κε κέρδεα εἰδῇ, Ψ, 322, qui vero utilitates noverit, *wer aber die vortheile und rechten handgriffe inne hat, (but he who is acquainted with the advantages and the proper mode of proceeding.)* nam sic vocantur omnes κερδαλέαι καὶ ἐπωφελεῖς ἐπίνοιαι. sic, Ὀδυσσεὺς κέρδεα εἰδὼς, plenus consiliorum utilium, Ψ, 709, peritus artis. et de Penelope, cui datum erat κέρδεα ἐπίστασθαι, β, 118, i. e. ἐπινοίας, μηχανὰς, inventiones callidas perspicere et adhibere posse. et 88, ἥ τοι πέρι κέρδεα οἶδε, quæ sane nimium quantum intelligit consilia callida, ad rem suam facientia, *künstliche griffe, (cunning tricks,)* coll. 121, νοήματα. εἰδότες κέρδεα, ν, 297, inquit Minerva de se et Ulysse, coll. 298. et 299, ἐγὼ κλέομαι μήτι καὶ κέρδεσιν ἐν πᾶσι θεοῖς. ἐνὶ φρεσὶ κέρδεα ἐνώμας, σ, 215, in pectore utilia consilia versabas, *hattest gute anschläge, (wast fertile in stratagems,)* κερδαλέος ἦς, *warest witzig, (wast cunning.)* πέρι κέρδεα πολλὰ ἀνθρώπων οἶδε Ὀδυσσεὺς, τ, 285, supra homines alios sciebat multa callide cogitata. νωμῶν, volvens animo calliditates, υ, 257. πολλοὶ γὰρ κακὰ κέρδεα βουλεύουσιν, ψ, 217, multi enim malas calliditates consultant, *haben böse ränke im sinne, (harbour bad designs.)* κερδέων ἁρπαλέων, θ, 164, ubi quoque epitheton insinuat fraudes, quibus quis lucrari quid studet, περισπουδάστων. κέρδεσιν ἤλασεν ἵππους, arte agitavit equos et compendiis dextris, Ψ, 515, *durch wolbeobachtete vortheile, (with dexterous management.)* Vide sub δόλος.

κερδοσύνη, ης. ἡ. (Χάω) prudentia, calliditas. κερδοσύνῃ ἡγήσατο Ἀθήνη, X, 247, calliditate præibat Minerva: ubi in sensu mythico posita omnino vox est ἐπὶ δόλου καὶ ἀπάτης: sed quatenus ista Ἀθήνη est consilium et prudentia ipsius Hectoris, confidentis adfuturum sibi in tempore Deiphobum; vox est in bono sensu, dum judicat id sibi maxime conveniens esse quod facturus erat, etsi id consilium postea reprehendit, coll. 298, 299, i. e. spes mea me fefellit de fratre. sic ex sensu mythico hujus loci, ἡ ἀλώπηξ dicitur ἡ κερδὼ, i. e. ἀπατητικὴ, δολερά: ex vero autem sensu, quatenus κέρδεα sunt βουλεύματα, ὁ Ἑρμῆς dicitur κερδῷος, in optimo significatu, qui et περιφραστικῶς dicitur κέρδιστον νόημα. hinc intelligis, quid significet Mercurius missus ad Calypso de dimittendo Ulysse, i. e. heros ipse intellexit, jam tandem tempus esse abeundi, et non destitit orare eam ut se dimitteret; ipsa etiam Calypso id ita judicavit utilius esse amato a se heroi. ὁ δὲ κερδοσύνῃ ἀλέεινε, ille vero prudenter devitabat me et interrogationem, δ, 251, devitabat responsionem: nam κερδοσύνη est ἡ ἐπικερδὴς βουλὴ, consilium utile. αὐτὰρ ὁ ἕζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρὸς, ξ, 31, i. e. φρονήσει, assidebat humi prudenter, et baculum emisit e manu: nam aiunt, φυσικὸν βοήθημα εἶναι ἀνθρώποις πρὸς ἐκμείλιξιν κυνῶν, τὸ καθεσθῆναί τινα, καὶ προέσθαι τὸ ἐν χερσὶν ὅπλον, ὡς μὴ ἐπιτιθέμενον: ὅθεν τοὺς κύνας ἀνιέναι τὸν θυμὸν τοῖς τοιούτοις, ὡς καὶ ἐγγίσαντάς ποτε καὶ ὀσφρησαμένους, ἔστι δὲ οἷς καὶ προσουρήσαντας, ἀπαλλάττεσθαι, καὶ μάλιστα εἰ καὶ τὸ τῆς ἐκπνοῆς ἄθρουν ἐπέχοιεν. conf. ἐκπεσεῖν ad h. l. ergo ἡ κερδοσύνη est ἡ φρόνησις, quæ et ἡ κερδαλεότης dicitur. recentiores vero hoc nomen ponunt pro, ἡ δολιότης. cæterum ἡ κερδὼ, vulpes, facta est ab ἡ κερδοσύνη, sicut ab ἡ Εἰδοθέα est facta ἡ Εἰδὼ, ab ἡ Ὑψιπύλη ἡ Ὑψώ. nimirum per apocopen, et producte in ultima. Schol. Aristoph. Equ. 1065. Vide sub δόλος.

κερκὶς, ίδος. ἡ. (Κρῶ) radius textorius. nam ejus capita sunt curvata, velut rostra τῶν κίρκων: vel et ab ave ἡ κρὲξ, vel verbo κρέκω, i. e. ἠχέω aliquo modo. χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκὶς, sc. Andromachæ texenti, cum audiret luctum, X, 448. χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινε, ε, 62, sc. Calypso. nam fœminæ etiam nobilissimæ, texebant studiose apud vetustos.

κερόωντο, vide sub κεράω.

κερτομέω, f. ήσω. (Τέμω) cor pungo et vellico alicujus. idque fieri potest vel contumeliose, vel facete et jocose. est compositum ex τὸ κέαρ, cor, et τέμνω, cujus perf. med. est τέτομα: et mitissime plerumque notat apud poëtam. fictis quibusdam verbis animum alterius commoveo vel commovere volo, ludo jocose, cavillor, derideo, jocose et ironice mentior. *ich scherze, thue hönisch, spotte, (I jeer, deride, banter.)* οἱ δ' ἐπελώβευον καὶ ἐκερτόμεον ἐπέεσσιν, illi vero illudebant id dictis et jocabantur, β, 323, et in sequentibus narrantur ii joci salsi. μή μιν κερτομέωσιν, π, 87, ne eum acerbe ludant et exagitent: ubi tamen in sensu duriori ponitur. nam loquitur ibi Telemachus, metuens, ne pater suus personatus et sub mendici specie, contumeliose ludatur a procis petulantibus. μή τις Φαιήκων κερτομέοι ἐπέεσσιν, η, 17, ne quis Phæacum jocosa dicta proferat de hac re; inquit regia virgo, adducens ignotum hospitem facie honesta: *darüber spöttische scherz-*

reden führe, (should make sarcastic remarks on the subject.) κερτομέων Ὀδυσῆα, σ, 349, ludens verbis in Ulyssem, coll. 352—363, *über ihn spottend, (rallying him.)* σὺ δὲ κερτομέων ἀγορεύεις, Β, 256, tu exprobratorie loqueris; tu acerbe ludens regem loqueris; coll. 255, ubi videtur esse oppositum: nos regi multa damus, tu, qui in id inveheris, nihil aliud nisi verba confers: δακνηροὺς μόνον λόγους τῷ βασιλεῖ δίδως, καὶ οὐδὲν ἄλλο. σὲ δὲ κερτομέουσαν ὀΐω ταῦτα ἀγορεύειν, ἵνα ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς, ν, 326, te jocantem, jocose mentientem, puto ista loqui, ut me decipias. παῖδες ἀεὶ κερτομέοντες, pueri semper illudentes vespis illis, Π, 261, ubi sermo est de pueris qui nidum vesparum vel crabronum sæpius incessunt, eosque irritant: et maxime τὸ ψεκτὸν inest τῷ, ἀεί. τί με ταῦτα κελεύετε κερτομέοντες, Θ, 153, quid me ad ista hortamini illudentes me? inquit Ulysses ad provocantes eum ad certamen ludicrum; putabant autem, eum esse senem imperitum ludorum nobilium: *sie forderten ihn also spöttisch auf, (they invited him therefore tauntingly.)*

κερτομία, ας. ἡ. (Τέμω) irrisio faceta, *ein feiner spott, ein gesalzener scherz, (delicate raillery, a witty jest.)* οἶδα καὶ αὐτὸς ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι, Υ, 202, inquit Æneas ad Achillem, novi et ego scommata et flagitiosa loqui. sic et 433, ubi idem dicit Hector Achilli. κερτομίας δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ καὶ χεῖρας ἀφέξω μνηστήρων, υ, 263, *ich will dich vor den spotten und gewaltthätigkeiten der freier schon schützen, (I will protect thee from the gibes and jeers of the suitors.)* quibus locis injuriosa dicacitas intelligitur.

κερτόμιος, ου. ὁ ἡ. (Τέμω) dicax, jocosus, facete mordax: *spöttisch, scherzend, hönisch, (jeering, jocose, taunting.)* et in genere, fictus animi causa. dicitur et κέρτομος. ἱλάσκοντο τὰς θεὰς θυσίαις, καὶ χοροῖς γυναικείοις κερτόμοις, Herodot. V, 83, ubi γυναῖκες γυναῖκας per jocum κακῶς ἠγόρευον τὰς ἐπιχωρίας. αὐτίκα κερτομίοις Δία προσηύδα Ἥρη, sc. ἔπεσι, Α, 539, statim salsis verbis allocuta est eum, ipsa renidens, ne videretur increpare eum, cum verba ipsa essent increpatotia. sic, κερτομίοις ἐπέεσσιν παραβλήδην, Δ, 6, verbis salsis et jocose severis, comparative loquens: nam comparat facta duarum dearum factis unius deæ, et hanc præ illis laudat; ut hac leni derisione earum, excitet eas: comparat deinde et bellum et pacem, 15, 16, et simulat, se omino pacem malle, 18, quo ficto consilio maxime eas pungit. en ibi jocos cœlestes. sic et Ε, 419, ubi Juno et Minerva κερτομίοις ἐπέεσσιν Δία ἐρέθιζον, jocosis dictis Jovem provocabant; et effectus eorum erat, ut subrideret pater deorum, *dass er über ihre spöttische reden lächelte, (that he smiled at their sarcasms.)* sed in sensu acriori est ι, 474, ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων κερτομίοισι, ubi Ulysses procul ex navi sua Cyclopem increpat. Ὀδυσῆα προσηύδα κερτομίοισιν Μελάνθιος, υ, 177, *mit spöttischen worten, (with taunting words:)* et ἀνέρας ibi est κατ' ἐξοχὴν, *diese herren, (these nobles.)* hos homines nobiles: præterea verba ipsa sunt acria et acerba. πρῶτον κερτομίοις ἐπέεσσιν πειρηθῆναι, ω, 239, primum verbis cor pungentibus experiri eum; et ibi Ulysses personatus adloquitur patrem suum *fictis* verbis, quibus eum valde commovet et varie. hoc loco ergo maxime proprie positum nomen.

κέρω, (Κάρα) idem quod κεράω, q. v. infundo, bibo. ὅτε οἶνον κέρωνται ἐν κρητῆρσι, Δ, 260. nam κρατὴρ est a κέρω vel κεράω.

ΚΕΡΩ et κείρω, f. κερῶ, et æolice κέρσω. demeto, deseco, everro; *ich kehre mit dem besem weg, (I sweep away with a broom:)* et metaph. consumo, absumo, *ich zehre, verzehre, (I consume, devour.)* est factum a sono mordentium e terra herbas vel gramen. κείρει λήϊον, depascitur segetem, de asino, Λ, 559, i. e. εἰς κόρον ἐσθίει, satiat se segete, quam invasit. et ab hoc κείρειν est ὁ κόρος. δημὸν (pinguedinem) κείροντες, Φ, 204, i. e. ἀπλήστως ἐσθίοντες κόμην κερέειν, pro κερεῖν, comam abscissurum me esse, tibi in honorem, Ψ, 146, conf. κόμη. δοῦρα ἐλάτης κέρσαντες, cædentes ligna abietis, Ω, 450. ergo et de lignis ponitur, si cæduntur. unde est ὁ κορμὸς, truncus, *der stamm, (the stem.)* et Germani dicunt, *abstämmen, (to fell a tree,)* i. e. infra ad radicem cædere arborem. κείρετε, absumite, *verzehret es, zehret, (consume,)* α, 378. β, 143. et vides in hoc significatu similitudinem vocum, Græcæ et Germanicæ, κέρειν, *zehren, aufzehren, (to consume.)* hinc potest esse ἡ κὴρ, i. e. ἡ θανατηφόρος μοῖρα, quam supra sub τὸ κάρα inseruimus: et cui hæc etymologia verior videtur, revocet eam vocem cum suis derivatis huc. ἐκείρετε ἐμὰ κτήματα, β, 312, absumebatis bona mea, *zehretet sie auf, (consumed them.)* sic, ἔκειρον αὐτῷ κτήματα, χ, 369. κτήματα κείροντας, σ, 143. ω, 458. γῦπε ἧπαρ ἔκειρον, duo vultures hepar depascebantur, λ, 577. ἐκείροντο χαίτας, desecabant sibi capillos, ω, 46, quod in luctu magno fieri solebat; et istæ abscissæ vivorum comæ imponebantur mortuo. sic, κειρόμενοι, Ψ, 136, de capillis luctus causa desectis. sic, κείρασθαι κόμην, *sich die haupthaare abzuschneiden, (to cut off one's hair,)* δ, 198. Ψ, 46, mortui causa. in specie τοῖς ποταμοῖς τὰς πρώτας κόμας ἀπεκείροντο οἱ ἀρχαῖοι. conf. Σπερχειὸς in R. sed h. l. iste, sicut Achilles, τὴν πρώτην κόμην οὐκ ἐκείρατο θεοῖς εἰς ἀπαρχὴν, ἀλλὰ νέος ἦν πρωτοκόμης.

κέσκετο, vide sub Κέω, pono.

κεστός, ἡ, όν. (Κέντω) acu pictus, *gesticket, (embroidered:)* variis insitionibus colorum pretiosorum et artificiose distinctus. est a 3. præteriti passivi κέκενσται, a κέντω: abjecto ν. ἀπὸ στήθεσι ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα, a pectore suo solvebat artificiose pictum cingulum, Ξ, 214, seqq. ubi istud cingulum Veneris, quod illa infra mammas gestabat, egregie describitur: *den gesticketen gürtel, (the embroidered*

cestus.) is enim figuram corporis venustiorem reddebat, et ubera supra eum prominentia. et h. l. plene dictum. si ergo alibi κεστὸς simpliciter exstat, subintelligendum est substantivum. sic, ἡ διπλόη, sc. χλαῖνα, et multa alia adjectiva substantive posita. cæterum iste κεστὸς conciliabat tantum amorem venereum, non vero iram omnem omnino prohibebat: efficiebat tamen, ne quid gravius ab irato pateretur is, qui hunc κεστὸν gestabat, quæ omnia ex indole virili, et fœmineis illecebris, vere sunt desumta. conf. O, 18—33. hinc est et τὸ κέστρον, vel ὁ κέστρος, vel ἡ κέστρα, instrumentum, quo quid cavatur, ut inseri possit aliud: etiam teli species. cæterum κεστὸς in genere est, punctus, foraminibus parvis confossus et compunctus.

κεστρεὺς, ὁ, vide sub νῆστις.

κευθαίνω, f. 2. ανῶ. (Κῶ) depono in occultum, occulo, infodio. idem ac κεύθω. οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γε ἐκεύθανον, εἴ τις ἴδοιτο, Γ, 453, non enim sane ex favore occultarent eum, si quis vidisset vel videret eum. *sie hätten ihn gewiss nicht aus liebe verhehlet, (they would certainly not have secreted him out of affection.)*

κευθμὸς, οῦ. ὁ. (Κῶ) latebra. ἐκ κευθμῶν, N, 28, et sermo est ibi de piscibus marinis, prodeuntibus ad salutandum quasi Neptunum.

κευθμὼν, ῶνος. ὁ. (Κῶ) idem. σύες, πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχοντες, κ, 283, i. e. συφεοὺς, *koben, (pig-styes.)* μαιομένη κευθμῶνας ἀνὰ σπέος, ν, 367, quærens latibula per speluncam, in quibus occuli possent res pretiosæ.

κεῦθος, εος. τό. (Κῶ) locus subterraneus quo quid occulitur et reponitur; deinde et, quævis occultatio rei; specus obscurus. νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης ἔρχεαι, X, 482, at nunc tu quidem abis ad domos Plutonis sub occultis terræ sinubus sitas: inquit Andromache de mortuo suo Hectore. ἐσταότε εἰν Ἀΐδαο δόμοις ὑπὸ κεύθεσι γαίης, ω, 202, Agamemnonis et Amphimedontis anima. ista κεύθεα sunt eadem quæ δόμοι Ἀΐδου: nam ea domus est ὑπόγαιος, et hanc ob causam κεκρυμμένη.

κεύθω, f. εύσω. (Κῶ) depono in occultum, occulo, infodio. est quoque a κέω, jacere facio. Germanorum, *eine kuthe, (a hole, or grave,)* fossa, in quam mortuus infoditur, aut arbor inseritur, ejusdem est originis. est ergo κεύθω. jacere in occulto facio, deprimo, obruo: *ich verhehle, (I conceal)* vel *verhöle, (bury,)* quod verbum Germanicum ab *hölc, (a hole,)* specus, oritur. ἔπος τί κε μυθησαίμην; ἦ αὐτὸς κεύθω; φάσθαι δέ με θυμὸς ἀνώγει, φ, 194, eloquar? an sileo? at animus me jubet proloqui. τί νύ σοι νόος ἔνδοθι κεύθει; ω, 473, inquit Minerva ad Jovem: quæ est animi tui sententia occulta? quid mens tua secum statuit? μαίνεσθε, καὶ οὐκέτι κεύθετε θυμῷ βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα, σ, 405, ubi sensus est: nimis palam ostenditis consilium vestrum de occidendo hospite; hinc addit θυμῷ: sed ἀστείως id rursus obvolvit, addens, quasi cibum et potum evomerent ebrii vel evomituri sint, nam hoc est οὐ κεύθειν βρωτύν. *ihr könnet es nicht mehr bey euch bergen und beherbergen, was ihr gegessen und getrunken habt, (ye can no longer conceal or retain what ye have eaten and drunk.)* οὐδέ σε κεύσω, γ, 187, nec te celabo quidquam. ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, eloquere, ne cela et occule in animo, A, 363. Π, 19. Σ, 74. μηδὲ σὺ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισι, ὅ,ττι κέ σε εἴρωμαι, φάσθαι δέ σε κάλλιόν ἐστιν, Θ, 548, ne occule ingenio vafro, quodcunque te interrogavero, nam proloqui te id melius est. ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει, aliud cogitat apud se, aliudque loquitur, I, 313. δάκρυα ἔκευθε, lacrimas continebat ne prosilirent, τ, 212. νοήματα πατρὸς ἔκευθεν, ψ, 30, cogitationes patris, cognitas sibi, occulebat apud se. ὅσα πτόλις ἥδε κέκευθε, X, 118, quascunque opes hæc urbs abditas habet vel habebat huc usque: et est imperf. Ionicum pro ἔκευθε, i. e. ἔνδον ἔκρυπτε. nisi mavis, esse præteritum medii, κέκευθα, ας, ε, pro κέκυθα, et id omnino præstat. εἴδομεν, ἥν τινα μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε, γ, 18, pro εἰδῶμεν, videamus, quod consilium in mente habeat. ὄφρα εἰδῇς, οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει ἡμετέρη, ι, 348, ut cognoscas, qualem potum istum navis nostra continuerit: ubi vides plusquamperf. med. et notionem περιοχῆς τῶν ἐντός. ὅπου κύθε γαῖα, i. e. ἔκρυψε, γ, 16, ubi terra eum inclusit, i. e. ubi mortuus et sepultus sit; et est aor. 2. pro ἔκυθε. nam f. 2. est κυθῶ. ὁπότε ἄν σε δόμοι κεκύθωσι καὶ αὐλὴ, ζ, 303, si domus et aula te continuerint intra se; et est vel perf. m. conj. vel est aor. 2. a. conj. ionice: Iones enim et ibi addunt augmenta et reduplicationes, ubi aliæ dialecti id negligunt. εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼ ἄϊδι κεύθωμαι, donec ipse ego in sepulcro condar, Ψ, 244. hinc dicuntur οἱ κευθμῶνες ᾅδου, καὶ νεκρῶν.

κεφαλὴ, ῆς. ἡ. (Κύβω) caput. est quasi κυφαλὴ vel κυβαλὴ, a κύβω vel κύπτω, inclino, curvo. nam caput est convexum. hinc omne convexum eminens vocatur κεφαλὴ, ut os cubiti extrorsum eminens si curvatur cubitus, etc. dicitur et κεβαλὴ, et κεβλὴ, apud Callimachum in Fragm. 41, ἀμφὶ δὲ κεβλὴν εἱρμένος, ἀγλίθων οὖλον ἔχει στέφανον, circa caput redimitus alliorum crispam habet coronam. antiqui non soliti sunt tegere caput extra prœlium. hinc in Homero nusquam fit mentio πίλου ἢ καυσίας: et hæc καυσία erat pileus albus Macedonicus, cui reges circumplicabant suum διάδημα. mundum muliebrem in capite, Græci vocabant κεφαλὴν περίθετον, quæ et ἡ περικεφαλαία dicebatur. hujus mundi species sunt X, 468, seqq. στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, constitit supra ad caput dormientis, et sermo est de somnio, B, 20. Ψ, 68. Ω, 682. δ, 803. ζ, 21. υ, 32. conf. ὄνειρος. Sed ψ, 4, sunt eadem verba de ancilla, excitatura heram dormientem. κέρα ἐκ κεφαλῆς πεφύκει, Δ, 109. κατὰ ἰνίον κεφαλῆς, E, 73. ἐκ κεφαλῆς εἵλκετο χαίτας,

κῆρυξ, υκος. ὁ. (Κρῶ) præco publicus, *ein ausrufer, heerold, staatsbote, (a cryer, herald, ambassador.)* in sensu certo. erant plerumque ministri regii; unde et sacri, et inviolabiles. τὸ υ in hoc voce semper est longum; hinc τὸ η nunquam habere potest circumflexum. est a γηρύω, i. e. φωνέω, et id a κρύω et κράω. Ταλθύβιον καὶ Εὐρυβάτην προσέειπε, (Agamemnon) τώ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὀτρηρὼ θεράποντε, A, 321, nam his utebatur rex ad imperia sua aliis nota facienda, *eine art von adjutanten, (a sort of aids-de-camp.)* et 334, χαίρετε (salvete) κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, Jovis, i. e. imperatoris, et virorum magnorum nuntii. et erant sacrosancti. κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευεν (Agamemnon) κηρύσσειν ἀγορήνδε (convocare ad concionem) Ἀχαιοὺς, B, 50, coll. 52. nam ea erat magna virtus eorum si essent ὀξύφωνοι. et 96, ἐννέα κήρυκες βοόωντες. et 280, Ἀθήνη, εἰδομένη κήρυκι, σιωπᾶν λαὸν ἀνώγει, i. e. prudens, et tractandæ multitudinis peritus, et autoritate præstans, præco aliquis. et est h. l. singularis collective, loco pluralis in re ipsa. et 437, κήρυκες κηρύσσοντες ἀγειρέτωσαν λαὸν Ἀχαιῶν κατὰ νῆας, i. e. per castra, in castris. et 442, κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσε κηρύσσειν πόλεμόνδε (edicere imperium ad pugnam ineundam) Ἀχαιούς. ubi vides, quale eorum proprie fuerit ministerium, sc. perferre imperium regis. hinc et ipsi erant viri nobiles, et conspicui in exercitu et primarii milites. Ἕκτωρ πρὸς ἄστυ ἔπεμπε δύω κήρυκας, *zwey von seinen flügeladjutanten, (sent two of his aids-de-camp.)* Γ, 116. et 245. κήρυκες ἔφερον ὅρκια θεῶν, adferebant. et 248, κῆρυξ Ἰδαῖος ἔφερε κρητῆρα. ministrabant ergo ducibus etiam in re divina facienda, militari more. et 268, κήρυκες ἀγαυοὶ, nobiles et illustres. et 274, Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἀρίστοις ἔνειμαν, τὰς τρίχας abscissas a capitibus victimarum; ubi genitivus pertinet et ad κήρυκες et ad ἀρίστοις, ideoque in medio interpositus. sermo est de eadem re divina militari. Ταλθύβιον θεῖον κήρυκα, Δ, 192, nam sacer est Jovi omnis κῆρυξ. φέρων ἀνὰ ὅμιλον ἔδειξε ἐνδέξια (in dextra manu gestans sortis signum) πᾶσιν, H, 183, ubi heroës sortiti erant, quis eorum cum Hectore pugnare debeat. et 274, εἰ μὴ κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν ἦλθον, ὁ μὲν Τρώων, ὁ δὲ Ἀχαιῶν, Ταλθύβιός τε καὶ Ἰδαῖος, πεπνυμένω ἄμφω, μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων σκῆπτρα σχέθον, ubi isti nobiles præcones dirimunt duos pugnantes. vides, gestasse eos scipionem aliquem insignem, signum ordinis sui et potestatis, et quod regio nomine mandata ferant; præterea fuisse eos viros rerum bene peritos et prudentes; omnesque reveritos esse imperium ejusmodi præconis regii. et 384, στὰς ἐν μέσσοις μετεφώνεε ἠπύτης κῆρυξ, ubi est legatus militaris ad hostes; et positum etymologice, nam γηρύειν (a quo est ὁ κῆρυξ) et ἠπύειν notant idem, clamare, clare loqui. κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ, Διῒ φίλοι, ἀγγελλέτωσαν, Θ, 517, nam sunt βασιλέων ὑπουργοὶ, οὓς (βασιλέας) δίους καὶ διοτρεφεῖς καὶ διογενεῖς ὁ παλαιὸς οἶδε λόγος: hinc et ministri horum sunt Διῒ φίλοι, i. e. sacrorum regum familiaritate utentes, et eorum imperia pronuntiantes. Jupiter enim politice est, majestas regia et imperatoria. si velis allegorice exponere τὸ, Διῒ φίλοι, i. e. φωνητικοὶ, quia physice Ζεὺς sit ὁ ἀὴρ, unde et ἠερόφωνοι dicantur: id frigeret mirum in modum. κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κελεύων, κλήδην (nominatim) εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν ἄνδρα ἕκαστον, I, 10. et 170, κηρύκων (ex præconibus regiis) δ' Ὀδίος τε καὶ Εὐρυβάτης ἅμα ἑπέσθωσαν, una eunto cum legatis ad Achillem, ut rex ipse quasi una ivisse videri possit, et ut testes essent, velut sacri et venerabiles viri, promissorum regis et responsorum Achillis: simul ut legationem ipsam magis venerabilem, et ut publico nomine missam, ostenderent. υἱὸς κήρυκος θείου, K, 315, ὁ Δόλων, ipse quoque κῆρυξ: θεῖος vero, i. e. ἱερὸς καὶ ἄσυλος. pater ejus igitur etiam aliquando fuerat magnus administer imperatoriæ majestatis: ergo non vilis aliquis homo, sed nobilis et clarus. κήρυκες δ' ἐλίγαινον, clare edicebant nomine regio, Λ, 684. ἐπὶ Αἴαντα προΐει κήρυκα Θοώτην, M, 342, ad Ajacem ablegabat Menestheus, imperator Atheniensium, præconem suum. et 343, ἔρχεο (vade, abi) δῖε Θοῶτα, θέων (currens) Αἴαντε κάλεσσον, advoca utrumque Ajacem, ut auxilium ferant huic parti laboranti, coll. 351, s. 355, s. ubi vides operam militarem κήρυκος in perferendo mandato imperatorio. Ἀπόλλων, δέμας Περίφαντι ἐοικὼς κήρυκι Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ (apud patrem ejus) γέροντι κηρύσσων γήρασκε, φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδὼς, P, 324, ubi vides, ejusmodi administrum imperii etiam in pace perpetuum esse solitum fuisse: et Apollo se ei adsimilat figura corporis, i. e. ex solis et diei ratione prudenter suadet hic præco Æneæ. κήρυκες λαὸν ἐρήτυον, cohibebant populum,

ut modestus esset in foro, Σ, 503, ubi sunt administri justitiæ etiam in pace, *eine art von friederichter, (a sort of magistrates.)* et 505, σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χερσὶ εἶχον (judices ipsi) ἠεροφώνων, per aërem clamantium. qui locus sic est intelligendus: judices publici sedentes non habebant sceptra, sed surgentes dicturique habebant; ideoque aderant præcones, tenentes sceptra sua ut insignia publicæ suæ auctoritatis, eaque in manum dabant dicturis. vides ergo morem antiquum loquendi ad concionem auctoritate publica: cujus moris reliquiæ etiam hodie sunt in Britannia apud pacis judices. et 558, κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυῒ δαῖτα πένοντο, βοῦν ἱερεύσαντες, ubi sermo est de hero aliquo nobili, qui administros rerum suarum habet ingenuos, et qui nomine ejus parant quæ jubet. κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσεν (Agamemnon) ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, Ψ, 39, ubi non mirum, tale ministerium administris magnis regiis imperari, cum et ipsi reges suis manibus soliti fuerint ministrare sibi talia. et 567, κῆρυξ ἐνέβαλε σκῆπτρον χερσὶ, σιωπῆσαί τ' ἐκέλευσεν Ἀργείους, ubi hic præco tradit sceptrum Menelao dicturo ad concilium. et 897, Ταλθυβίῳ κήρυκι δίδου περικαλλὲς ἄεθλον. κῆρυξ τίς οἱ (Priamo) ἕποιτο (comes sit) γεραίτερος, senior simulque honoratior aliis, Ω, 149. et 178, σοί. et 282, κῆρυξ καὶ Πρίαμος, πυκινὰ φρεσὶ μήδεα ἔχοντες. coll. 352. et 577, εἰσήγαγον κήρυκα καλήτορα (vocalem in imperiis perferendis ad alios) τοῖο γέροντος, sc. Πριάμου. hic ergo erat aliquis adjutor generalis, *ein generaladjutante des königes, (an adjutant-general to the king.)* nam rex hoc uno sacro viro comitatus ierat in castra Græca. coll. 674. et 701, κήρυκά τε ἀστυβοώτην. κήρυκες, καὶ ὀτρηροὶ θεράποντες, α, 109, ubi κήρυκες sunt ἐνδοξότεροι θεραπόντων, honestiores aliis ministris, præsentes, ut rei divinæ faciendæ præsint si opus sit, et ut alia quædam honestiora ministeria nobilibus viris, nomine regis sui, præstent. et 143, κῆρυξ (Telemachi et populi Ithacensis) αὐτοῖς θαμὰ οἰνοχοεύων ἐπῴχετο. ergo ad regiam mensam ministrare solebat talis præco, ex simplicitate antiqua heroica; et absente rege ipso id faciebat præco vel præcones, in gratiam Penelopes, hospitibus. imo et procis, 146, τοῖσι δὲ κήρυκες μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν, ubi sacri præcones id faciunt, ut reverentia eorum cohiberentur proci a tumultu. et 153, κῆρυξ δὲ κίθαριν χερσὶν ἐνέθηκε Φημίῳ. sic, ὕδωρ ἔχευσαν, γ, 338. φ, 270. quod et hodie obtinet, ut in aulis principum magnates præbeant aquam ad manus lavandas principibus viris. κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευσεν κηρύσσειν ἀγορήνδε Ἀχαιοὺς, β, 6. et 38, σκῆπτρον δέ οἱ ἔμβαλε χειρὶ κῆρυξ Πεισήνωρ, πεπνυμένα μήδεα εἰδὼς, ubi hic prudens et gravis vir dicturo ad populum Telemacho sceptrum vel caduceum tradit. ἀνέρες ἐσθλοὶ (i. e. κήρυκες) οἶνον ἐνοινοχοοῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσι, γ, 472. ξείνους ἐξῆγε κῆρυξ, δ, 301, ex triclinio regio hospites hos regios, honoris causa, ad locum ubi dormituri erant. et 677, κῆρυξ γάρ οἱ (Penelopæ) ἔειπε Μέδων, qui erat admodum fidus regibus suis. σὺ δὲ κηρύκεσσι κέλευσον οἶνον ἐπικρῆσαι, ἵνα Διῒ σπείσωμεν, η, 163. et 178, κήρυκα προσέφη μένος Ἀλκινόοιο: (i. e. rex Alcinous) Ποντόνοε, κρητῆρα κερασσάμενος μέθυ νεῖμον πᾶσιν, ἵνα σπείσωμεν Διΐ. sic et ν, 48, seqq. Ἀθήνη, εἰδομένη κήρυκι Ἀλκινόου, θ, 8, i. e. ipse Pontonous prudens, sine dubio a Nausicaa amicus factus Ulyssi. is convocabat principes Phæacum, nomine regis. et 399, πρόεσαν κήρυκα ἕκαστος, quisque horum principum mittebat suum administrum nobilem, ut peteret domo dona eximia, hospiti offerenda. sic et proci, σ, 290, ut dona afferret, Penelopæ danda. κήρυκες ἀγαυοὶ, utpote βασιλικοὶ, θ, 418. et 471. κῆρυξ ἄγων ἀοιδὸν, coll. 474, seqq. τρίτατον κήρυκα ἅμα ὀπάσας, tertium præconem simul cum iis mittens, ι, 89, ubi duobus legatis tertius additur κῆρυξ, ut appareat, regiam esse legationem, non privatam; qui præferebat suum σκῆπτρον, caduceum, ut agnosceretur: simulque ut legatio esset inviolabilis, ob sacrosanctum κήρυκα. sic et κ, 102. et 59, ἐγὼ κήρυκα ὀπασσάμενος καὶ ἑταῖρον, adsumens mihi comitem. sceptrum κήρυκος vocabatur τὸ κηρύκιον. αὐτοῖς ἅμα κῆρυξ Μέδων, π, 252. et 328, κήρυκα πρόεσαν, ἀγγελίην ἐρέοντα Πηνελοπείῃ. coll. 333, 336, 469, et erat is Telemachi administer. αὐτῷ κῆρυξ μοῖραν ἑλὼν ἐτίθει, ρ, 334, ubi ministrat is Telemacho. κρητῆρα κεράσσατο Μούλιος ἥρως, κῆρυξ Δουλιχιεὺς, σ, 423, qui erat vir honoratus. οὔτε κηρύκων, οἳ δημιοεργοὶ ἔασιν, τ, 135, qui publici sunt administri. et 244, κῆρυξ ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ εἵπετο, paullo senior eo sequebatur eum. κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην ἦγον, υ, 276, ad sacrificium pro populo faciendum. κήρυκα Μέδοντα σαώσομεν, χ, 357—380. ἔργον igitur horum κηρύκων erat, θυσίαις τε καὶ σπονδαῖς παντοίαις ἐπιστατεῖν, ἀγορὰς ἀθροίζειν, τοὺς λαλήσοντας ἐξεγείρειν καὶ προσοχὴν ἐμποιεῖν, (audientiam iis facere apud concionem) προβοῶντας τὸ, ἀκούετε λεῴ. i. e. λαοί: deinde et apud principes ministeriis quibusdam honestioribus fungebantur. erant igitur ἱεροὶ βασιλικοὶ θεράποντες. Στρατόνικος ὁ ἀστεῖος, κιθαρῳδὸς, ἰδὼν ἐν Μυλάσσῃ ναοὺς μὲν πολλοὺς, ἀνθρώπους δὲ ὀλίγους, στὰς ἐν μέσῃ ἀγορᾷ ἔφη, ἀκούετε ναοὶ, παρῳδήσας οὕτω τὸ, ἀκούετε λαοὶ, quæ erat solemnis proclamatio præconum ad populum, silere jubentium. idem ludens ad ὁμωνυμίαν κήρυκος, (siquidem et θαλάσσιον ὄστρεον, ἔχον ὀξύτητας κύκλῳ, κῆρυξ vocatur, *eine stachliche muschel) (a prickly shell)* cum in Ἀβδηριτικῷ ἀγῶνι inveniret multo plures κήρυκας κατὰ λόγον τῶν δημοτῶν. et ambularet ἐπ' ἄκρων ὀνύχων, δεδορκὼς ἀτενὲς εἰς γῆν, (spectans intente terram) interrogatus, τί πάθοι, *was ihm fehle? (what ailed him?)* respondit, τὰ μὲν ἄλλα ἐῤῥῶσθαι τοὺς πόδας *(er sey im übrigen ganz gesund an seinen füssen) (that for the rest nothing ailed his feet.)* ἀγωνιᾷν δὲ, μή ποτε, ἐπιβὰς κήρυκι, τὸν πόδα laceraret et configeret.

κηρύσσω, f. *ύξω*. (Κρῶ) solemniter proclamo, clara voce convoco, imperium regis pronuntio. *κηρύσσειν ἀγορήνδε*, B, 51. β, 7. et 8, *οἱ μὲν ἐκήρυσσον*. conf. *κήρυξ*. *λαὸν ἀγειρέτωσαν κηρύσσοντες*, B, 438. et 443, *πόλεμόνδε κηρύσσειν*, edicere imperatoris nomine ut pugnam capessant. *κηρύσσων γήρασκε*, *war alt worden bey seinen adjutantendiensten, (had grown old in the office of aid-de-camp,)* P, 325. Cæterum, si quem juvat nosse conjunctim nomina novem præconum Græcorum; hæc sunt: *Ταλθύβιος καὶ Εὐρυβάτης*, Agamemnonis *κήρυκες*: *Ὄδιος*, Ajacis; *Εὐρυβάτης ἕτερος*, Ulyssis; *Ἀσφαλίων καὶ Ἐτεωνεὺς*, Menelai: his addunt *Στέντορα τὸν εὐρυβόαν*, et *Θοώτην*, et *Κάλχαντα, μεγαλόφωνον καὶ αὐτὸν*, unde Neptunus assimilatus Calchanti (i. e. Calchas ipse a maris parte, a littore,) inclamavit Græcos ut fortiter pugnarent. *das waren lauter general und flügel-adjutanten. (these were merely aids-de-camp,)* ut nos hodie loqui amamus.

κήτειος, *α*, *ον*. (Κῶ) ad magna animalia maris pertinens. et metaphorice, valde magnus, vel et, ad maritimos pertinens. *πολλοὶ δὲ ἀμφὶ αὐτὸν (Εὐρύπυλον) ἑταῖροι κήτειοι κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων*, λ, 520, qui locus Homeri est unus ex vexatissimis, ob defectum historiæ. nam quidam exponunt, *μεγάλοι*: aliis est nomen proprium gentis in Mysia, qui postea *Ἐλεάται* dicti, et torrens ibi est *ὁ Κήτειος*, de quo vide Strabonem: alii scribi malunt *κήδειοι*, i. e. *κηδεσταὶ, συγγενεῖς*, necessarii, cognati; vel omnino pro, *κήδιστοι*, et conf. *κήδειος* sub *κήδω*. alibi et *οἱ μισθωτοὶ*, mercenarii, vocabantur *κήτειοι*, metaphorice, *διὰ τὸ ἀκόρεστον*, ob voracitatem. cæterum talia adjectiva a nominibus in *ος* neutrius generis descendentia amant terminationem *ειος*, sed ab *ος* masculini generis, terminantur in *ιος*.

κῆτος, *εος*. *τό*. (Κῶ) omne animal ingens marinum. vox est a *κέω* vel *κεῖμαι*: nam talia jacere solent in fundo maris; quasi *κεῖτος*. *ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο*, ut effugeret bestiam magnam marinam, Υ, 147, conf. *Ἡρακλῆς* in R. *ἤ κῆτός μοι μέγα ἐπισεύῃ δαίμων*, ε, 421, 422, inquit Ulysses natans in mari. *μεῖζον κῆτος, ἅ μυρία βόσκει Ἀμφιτρίτη*, μ, 97. *κήτεος ὀδμὴ*, odor bestiæ marinæ, δ, 446. et 452, *λέγε ἡμᾶς ἐν κήτεσιν*, recensebat nos et numerabat inter tales bestias. et 443, *κήτεϊ ἐναλίῳ*, quæ est circumscriptio *φώκης*, vituli marini. *κήτεα ἀτάλλει*, N, 27, exsultabant, ludebant.

κητώεις, *ώεσσα*, *ῶεν*. (Κῶ) magnis bestiis marinis frequentatus. fortasse et metaphorice, ingens; quia *κῆτος* est *τὸ μεῖζον τῶν ἐνύγρων*. in poëta est epitheton Lacedæmonis, *Λακεδαίμων κητώεσσα*, B, 581. δ, 1, quia mare circa eam regionem plenum est bestiis marinis magnis; unde et Herodotus id mare vocat *θάλασσαν θηριωδεστάτην*: ut ergo sit pro, *θαλασσία*. alii explicant per, *μεγάλη*. sed prior explicatio videtur verissima. alii scribi jubent *καιετάεσσα*, explicantque eam vocem dupliciter; ut sit vel pro, *καλαμινθώδης*, quia *ἡ καλαμίνθη*, planta illa, quæ et *καιετὸς* dicatur, ibi copiose crescat: vel pro, *ἡ πολλοὺς ἔχουσα καιετοὺς*, i. e. *σχισμὰς καὶ ῥωχμοὺς ἀπὸ σεισμῶν*, quia *ὁ καιετὸς* sit, fissura terræ a motu terræ orta; et *εὔσειστος* (multis terræ motibus exposita) *ἡ Λακωνικὴ* narretur. ab hoc significatu vocis *ὁ καιετὸς*, dictus est et *ὁ καιέτας* vel *καιάτας*, *ου*, vel et *ὁ καιάδας*, *ου*, carcer subterraneus Spartanus. et hujus nominis ortus est a *κέω*, findo, it. jaceo: unde et *οἱ κῶοι* sunt, specus. cæterum a planta illa paullo ante dicta, Callimachus dicit *ἵππους καιετάεντας*.

κηώδης, *εος*. *ὁ ἡ*. (Ὄζω) ex incensis odoribus bene olens. idem ac *θυώδης*. a *κάω* vel *καίω*, incendo. *κηώδεϊ κόλπῳ*, fragranti excepit sinu, Z, 483, ubi sermo est de nutrice filii Hectoris, quæ vel vestes induta erat bene olentes; vel cujus sinus ipse, ut in adolescentibus et rectissime valentibus solet, suavem spiritum exhalabat.

κηώεις, *εσσα*, *εν*. (Κῶ) egregie olens ex accensis odoribus. nam est a *κῆαι*, i. e. *καῦσαι καὶ θυμιάσαι*. *ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι*, Γ, 382, ubi posterius est ratio prioris, suaviter olebat quia odores in eo fuerant incensi. est ergo conclave regium, *τεθυμιαμένον, εὐῶδες ὄζον ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ καιομένων εὐοσμιῶν*. proprie sic vocatur *ναὸς ἢ βωμὸς, ἐν ᾧ ἐκαίοντο θύματα, ὧν ἡ κνίσσα ἐποίει ὀδωδέναι τὰ ἐκεῖ*. deinde in genere, bene olens. *ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα, ἔνθα ἔσαν αὐτῇ πέπλοι*, Z, 288, qui thalamus fortasse cedro ad parietes erat vestitus, ut oleret suave et salubre. sic et *ο*, 99. et sermo est de regiis domiciliis. sic Ω, 191, *αὐτὸς* (Priamus rex) *δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα, κέδρινον, ὑψόροφον, ὃς γλήνεα* (pretiosa) *πολλὰ κεχάνδει*, continebat; ubi vides conclave cameratum, *ein gewölbe, (a store-room,)* ad parietes cedro indutum, et inde olens egregie, in quo pretiosæ res adservabantur. cæterum adjectiva in *όεις* habent *ο* ante *εις*, si antepenultima est brevis; *ω* vero, si est longa: e. c. *ἀνεμόεις, ὠτώεις*.

κίδνημι et *κίδναμαι*, (Κῶ) diffundo, rumpo, dissipo. idem ac *κέδαζω*. media forma notat intransitive, spargo et diffundo me. *ὑπεὶρ ἅλα κίδναται ἠὼς*, Ψ, 227, *breitet sich aus, (spreads itself.)* *ἠὼς ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν*, Θ, 1. Ω, 695. hinc et *ἀκιδνὸς*, et *ἀκιδνότερος*, esse possit.

κίζω, f. *ίσω*, dorice *ιξῶ*. aor. *ἔκισα*, et dor. *ἔκιξα*. (Κῶ) findo, discerpo. it. jacere facio, abjicio. hinc est compositum *ἀποκίζω*, abjicio. *ἄνθεα τῆς γλήχωνος ἀπέκιξαν χαμαὶ* Aristoph. Ach. 869, ibique Bisetus, in Edit. Kusteri. Vide sub *κέω*, findo.

κιθαρίζω, f. *ίσω*. (Ῥέω) cithara cano. *ἱμερόεν ἐκιθάριζε*, Σ, 570, ubi sermo est de musica nuptiali et saltatione.

κίθαρις, *ιος*. *ἡ*. (Ῥέω) cithara, *eine harfe*

odər laute, (a harp or lute.) est a κιθάρα, ἡ, sicut ab ἡ χαρὰ est χάρις: ipsa κιθάρα vero ex κεύθω, foveo, abscondo, porto, et ὁ ἔρως, composita videtur; habens in se amores, et Cythereæ Veneri in primis sacra. vocales autem sunt mutatæ ex εὐφωνίας. sic et ἡ λύρα possit esse facta ex λίαν et ὁ ἔρος. οὐκ ἄν σοι χραίσμῃ κίθαρις, Γ, 54, non tibi auxilio sit cithara: et hæc Paridis est μωμητὴ, amatoria insidiosa canens. at Achillis φόρμιγξ, Ι, 186—194, est ἐπαινετὴ ἀείδουσα κλέα ἀνδρῶν, ὡς καὶ ἡ Ὁμήρου ποίησις. cæterum h. l. quidam scripsere κίδαρις, quæ est species πίλου elegantioris: sed sine consensu meliorum. δῶρα Ἀφροδίτης pertinent ad sequentia. ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδὴν, Ν, 731, ubi notat κιθαρῳδικὴν ἐπιστήμην: sed hunc versum integrum expungunt critici antiqui. conf. ὀρχηστύς. sic et τὸ τόξον sæpe notat τὴν τοῦ τοξεύειν τέχνην. κίθαριν περικαλλέα, α, 153, quæ adhibebatur in conviviis, ut musica exhilararet animos, et rixæ clamoresque prohiberentur. κίθαρις φίλη ἡμῖν, inquiunt Phæaces, Θ, 248, ubi et reliqua delectationum humanarum genera enumerantur.

κιθαριστὺς, ύος. ἡ. (Ῥέω) ars canendi citharа, κιθαρῳδικὴ τέχνη. ἐκλέλαθον κιθαριστὺν, Β, 600, oblivisci fecerunt eum hanc artem.

κικλήσκω, (Κέλω) est verbum distractum ex καλέω. voco, nomino, invoco. κίκλησκεν (omisso augm.) δὲ γέροντας ἀριστῆας, Β. 404, invitabat ad convivium. et 813, ἣν ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν, ἀθάνατοι δὲ σῆμα Μυρίννης, nominant. κικλήσκουσα Ἀΐδην, invocans ad auxilium, Ι, 565, ut non nude κλῆσιν notet, sed ἱκετικὴν invocationem. ὃν ἐπίκλησιν κίκλησκον, quem, quod cognomen attinet, nominabant sic, Η, 138. κλήδην κικλήσκειν, Ι, 11, nominatim convocare, ἀγορήνδε ἄνδρα ἕκαστον. τίπτε με κικλήσκεις, cur me advocas huc, Λ, 605, coll. 601, s. ψυχὴν κικλήσκων, Ψ, 221, animam defuncti advocans. ἑταίρου κικλήσκοντος, Ρ, 532, socio vocante eum. Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν, Ξ, 291. κικλήσκει σε πατὴρ ἐμὸς, vocat te ad se, χ, 397, *lässet dich rufen, (sends for thee.)* Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι, nominant, δ, 355. sic, Οὖτίν με, ι, 366. νέοι ἐκίκλησκον Ἶρον, σ, 6, nominabant. ἄμυδις ἐκικλήσκετο ἀρίστους, convocabat, Κ, 300. νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, nominatur, ο, 402.

κίκυς, υος. ἡ. (Ἔω) est ἡ τοῦ κίειν, i. e. πορεύεσθαι, δύναμις, vis movens corpus ad procedendum. οὐ οἱ ἦν ἴς ἔμπεδος, οὐδέ τι κίκυς, οἵη περ πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν, λ, 392, ubi sermo est de umbra regis Agamemnonis apud inferos. est ergo, vis corporea. Differt ab ἴς, quod confer ad medium.

κινέω, f. ήσω. (Ἔω) moveo, proprie corpus eundo: nam est a κίω, eo. deinde et quemvis alium motum corporeum notat, apud recentiores est κινεῖν γυναῖκα, coire cum fœmina, Aristoph. Nub. 1374. Ran. 148, 550. Pax, 1138. et κινεῖσθαι est, subagitari, Equit. 873, 875. quod alias βινεῖν dicitur. ἡ κινάβρα vel κινάυρα est ab hoc significatu, quod notat odorem gravem salacium animalium, qualia sunt hirci; a κινεῖν, et ἡ αὔρα, halitus, aura: unde est verbum κιναυράω et κιναβράω, ejusmodi odorem spiro, Aristoph. Plut. 294. nimirum υ sæpe transit in β, unde κιναβρῶντες αἶγες vel τράγοι. imo et ipsum κ et π vel β sæpe commutantur inter se: ut βινεῖν ab hoc κινεῖν possit ortum esse. ὅτε κινήσει νότος ἐλθὼν κῦμα σκοπέλῳ, quando ingruens notus admoverit fluctum scopulo, Β, 395. σφῆκας ὁδίτης κινήσει ἄκων, commovebit invitus, Π, 264, i. e. vespæ, a pueris solitæ irritari, si viatorem innoxium præterire vident, in eum faciunt impetum, etsi is nihil meruit. et 298, κινήσει νεφέλην Ζεὺς, facit ut procedat. notat ergo eum motum, quo quid ex loco suo movetur versus alium. κίνησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἀπὸ χθονὸς, Ψ, 730, dimovit eum perpaululum a terra. λὰξ ποδὶ κινήσας, Κ, 158. ο, 45, ubi λὰξ et ποδὶ sunt idem, ad pedem, sicut supra ablativus absolutus erat σκοπέλῳ: et sensus est, commovebat eum prebensum pede; et sermo est de dormiente, qui excitatur ab accedente alio, et pedem ejus tangente ut evigilet. κινήσας κάρη, Ρ, 200, movens caput, et 442, quod est signum indignationis, aut ejusmodi affectus. sic ε, 285, 376. ἀκέων κίνησε κάρη, ρ, 491, 465. υ, 184. οὐδέ τι κινῆσαι μελέων ἦν, οὐδ' ἀναεῖραι, Θ, 298, neque ullum movere membrum licebat neque attollere. κινήσας δὲ θύρην, et movens ostium, χ, 394, ubi sic vocat τὸ διασαλεῦσαι ἐπὶ κλήσει τινὸς τῶν ἔνδον, si percutitur et aperitur janua ad vocandum quem ex iis qui intus sunt. ἄγε κινήσας, ducebat vadere faciens, ω, 5, atque h. l. est in significatu omnium primo: *gehend machen, (causing to go.)* αὐτοῦ κινηθέντος, cum is progrederetur et moveret se inter eundum, Α, 47, ubi quoque vides significatum primum. κινήθη δ' ἀγορὴ, Β, 144, *die versammlung der soldaten kam in bewegung der leiber, (the assembled soldiers were set in motion;)* et 147, ὅτε ζέφυρος κινήσει λήϊον, et 149, ὡς τῶν πᾶσ' ἀγορὴ κινήθη. ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, ionice pro ἐκινήθησαν, fluctuare cœperunt ordines, Π, 280, ut in dubitatione et timore solet. ab hoc verbo est ὁ κίκινος et κίκιννος, ου, coma eleganter contorta, et mota quasi; capillus eleganter iens circa caput et humeros. Aristoph. Vesp. 1064. Theocr. Id. 11, 10. et 14, 4. scribitur enim et κικῖνος, ut appareat media natura longa, et duplicato ν, non sit opus.

κίνυμι, (Ἔω) idem quod κινέω, a quo κινύω, κίνυμι, κινύσσω, f. ξω, unde est τὸ κίνυγμα, ἀέριον εἴδωλον. ἐς πόλεμον κίνυντο φάλαγγες, ad pugnam vadebant phalanges, Δ, 281, 332, 427. οὐδέ σε λήθω κινύμενος, Κ, 280, inquit precans Ulysses ad Minervam: non lateo te procedens in expeditionem aliquam, tu me ibi comitari soles. nam sermo est de eundo ad aliquem laborem militarem. τοῦ καὶ κινυμένοιο, hujus commoti et agitati, sc. unguenti, Ξ, 173, ubi est tropice: si hoc oleum commovetur, ut va-

por ejus vadat latissimum spatium. κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας, κ, 556, strepitum sociorum ad abitum se commoventium audiens.

κινυρὸς, ὰ, ὸν, (Νέω) lamentabile sonans, querulus. proprie dicitur de hominibus, οἵ, κινύραις χρώμενοι, ἀοιδὰς ἐπὶ τοῖς κειμένοις ἔμελπον, quod et κινύρεσθαι dicitur. deinde in genere, miserabiliter sonans. μήτηρ κινυρὴ, Ρ, 5, cum fletu quasi defendens vitulum suum; nam sermo est de juvenca.

κίρκος, ου. ὁ. (Κρῶ) est species accipitris, *ein habicht, (a hawk.)* est valde ταχὺς, καὶ ἐλαφρότατος omnium avium; et fortasse *ein falke, (a falcon.)* est a verbo κρίζειν, quæ vox est ἤχου τινὸς μίμησις, unde est κρίκος, et transposite κίρκος. et quia ὁ κρίκος omne rotundum et curvatum denotat, πᾶν τὸ ἐπικαμπὲς, (unde fortasse et est Germanorum *ein kricke, [a crutch,]* ob curvitatem ejus cui axillæ inseruntur) et omne curvum instrumentum quo quid rapi et attrahi potest: habet fortasse avis ea nomen ab adunco rostro; nisi et a sono quem edit. est et alia avis, dicta ἡ κίρκη, etiam rapax. a κρίζω est et verbum κρικέω. et quia ὁ κίρκος etiam circulum vel annulum notat, pro κρίκος, hinc est verbum κρικόω, f. ώσω, annulo circumposito ligo, et κιρκόω, f. ώσω. κίρκος est etiam, circus, area rotunda vel ovalis, circulus oblongus; unde τὰ κιρκήσια sunt ludi circenses. avis ὁ κίρκος, ex genere τῶν ἱεράκων (ab ὁ ἱέραξ, ακος, ionice ἴρηξ vel ἴρηξ) erat sacer Apollini. ὅτε οἱ κολοιοὶ (graculi) προΐδωσιν ἰόντα κίρκον, ὅς σμικραῖς φόνον φέρει ὀρνίθεσσιν, Ρ, 757, ubi vides, involare eum minores maxime aves. κίρκος, ἐλαφρότατος πετεηνῶν, ῥηϊδίως οἴμησε (facili nisu et celerrimo impetum facere solet) μετὰ τρήρωνα πέλειαν, Χ, 139—142, adversus pavidam columbam; et est ibi parabola elegans de κίρκῳ, historiam ejus naturalem illustrans. οὐδέ κεν ἴρηξ (pro ἱέρηξ, extruso ε, ionice) κίρκος ὁμαρτήσειεν (adsequi posset) ἐλαφρότατος πετεηνῶν, ν, 87, de nave celerrima. et genus ibi additum speciei. ὄρνις κίρκος, Ἀπόλλωνος ταχὺς ἄγγελος, ἐν δὲ πόδεσσιν τίλλε πέλειαν ἔχων, ο, 525, ubi ὄρνις est, augurium.

κιρνάω et κίρνημι, (Κάρα) infundo, bibendum præbeo. misceo, tempero. idem quod κεράω. οἶνον ἐκίρνα (imperf. a κιρνάω) η, 182. κ, 356. ν, 53, infundebat vinum. κιρνὰς (particip. præs. a κίρνημι) οἶνον, π, 14.

κισσὸς, οῦ. ὁ et ἡ. (Ἔω) hedera, *epheu, (ivy.)* et hæc herba Διονύσῳ ἀνάκειται, Baccho est sacra. est a κίω, nam valde vadit in altum et circa. vide Hymnum in Bacchum, 40. et alterum Hymn. in eundem, 9. hinc est et verbum κισσάω, f. ήσω, vehementer appeto, sector cum cupiditate mira, *gehe einer sache mit grosser begierde nach, sehne mich wornach, (I pursue something with great eagerness, long for something.)* et avis, ἡ κίσσα, pica, quia valde vadit. κισσητὸς, ἡ, ὸν, appetitus, a, um, appetendus.

κισσύβιον, ου. τὸ. (Ἔω) est ποιμενικὸν ποτήριον ἐκ κισσίνου ξύλου factum, poculum ex hedera factum: qualia pastores et plebeii habere solebant. est ergo ab κισσός. κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων οἴνου μέλανος, poculum rubri vini in manu habens, ι, 346, et id poculum, si Polyphemum cogites, valde capax: hinc et ab insueto sibi vino tam cito fit ebrius, cum ter id ebibisset. ἐν κισσυβίῳ, ξ, 82, coll. 112. π, 52. erat ergo δέπας κίσσινον, ἀγροτικὸν, μόνωτον. a κισσὸς, ο æolice mutatum in υ, cum paragoge. Vide sub σκύφος.

κίστη, ης. ἡ. (Κῶ) cista, *eine kiste, ein kasten, (a chest, coffer.)* apud Atticos in specie est ἡ ἐδεσματοθήκη, corbis in quo edulia portantur, *ein speise korbe, (a basket for victuals.)* dicta est ab ἐγκεῖσθαί τι ἐν αὐτῇ: ergo a κέω, κεῖμαι. μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει μενοεικέα ἐδωδὴν, ζ, 76, filiæ in agros exeunti curru.

κιχάνω, (Ἔω) consequor, nanciscor, idem ac sequens. invenio, adsequor. ἐπεί σε πρῶτα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, ν, 228, quia te primum invenio hoc in loco: ubi simul inest notio τοῦ ἱκετεύειν, ad te primum supplex venio. sic ο, 260, ἐπεί σε θύοντα κιχάνω, quia ad te sacrificantem accedo præsidium quærens. νῦν δ' αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει, nunc autem mors et fatum deprehendit me, Ρ, 672. Χ, 436. et 303, νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει. δίψα τε καὶ λιμὸς, sitis et fames occupat eum, Τ, 165. κιχάνει τοι βραδὺς ὠκὺν, adsequitur sane tardus velocem, θ, 329. τὸν δ' ἐκίχανεν εὕδοντα, Β, 18, ad hunc venit dormientem. τὴν δ' ἐκίχανε πύργῳ ἐφ' ὑψηλῷ, hanc invenit in muro, Γ, 383. ὅτε δὴ ἐκίχανε πολὺν καθ' ὅμιλον ὀπάζων, Ε, 334, cum adsecutus esset persequens per aciem. θέων δ' ἐκίχανεν ἑταίρους, Ρ, 189, currensque adsecutus est socios. ἀλλά μιν αἶψα κίχανεν, Ψ, 524, sed eum continuo adsequebatur. τὸν δ' ἐκίχανε σπένδοντα εὐχόμενόν τε, ο, 257, coll. 260, ad hunc supplex accessit. ἔνθα σφέας ἐκίχανε Μελανθεὺς, ibi eos invenit ille, ρ, 212, *traf sie unter weges an, (met them by the way.)* τὸν δ' ἐκίχανον ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης, Κ, 150. δαινύμενον, κ, 60, epulantem. ἵππους κιχάνετε, equos adsequimini, Ψ, 407, imperativus, *holet sie ein, (follow them.)* νῦν δέ σε τεθνειῶτα κιχάνομαι, Τ, 289, nunc te mortuum invenio, venio ad te: ubi medium attice pro activo. ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος, Λ, 441, certe jam te adsequitur mors. ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γοῦνα ἱκόμεθα, nos venimus supplices accedentes ad tua genua, ι, 266.

κιχέω et κιχείω, f. ήσω. (Ἔω) consequor, *ich kriege, hole ein, erreiche, (I overtake, attain.)* it. nanciscor, *ich treffe an, bekomme, (I get, obtain.)* est a κίω, eo, deductum verbum. reperitur et κίχω, eodem sensu. μή σε, γέρον, ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω, ne ego te, senex, apud naves offendam, Α, 26, *dass ich dich da ja nicht mehr finde, (that I may no longer find thee.)* εἵως κε τέλος πολέμοιο κιχείω, donec debellave-

ro, Γ, 291. ὅν κε ποσσὶ κιχείω, quemcumque pedibus consequor, Z, 228, ubi Diomedes describit φεύγοντα ἐχθρὸν, seque simul σεμνύνει ὡς ποδώκη. sic, ὅν κε κιχείω, Λ, 367. ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω, Σ, 114, ut cari capitis interemtorem adsequar. ἄλλους ἐπαίσομαι, ὅν κε, Υ, 454, i. e. καταλήψομαι, nunc contra alios ibo, si quem adsequor. cæterum hæc forma his omnibus locis est præsens conjunctivi. εἰσόκεν ἄστυ κιχείομεν, ionice pro κιχείωμεν, donec capiamus urbem, Φ, 128, *bis wir die stadt einbekommen, (till we take the city.)* εἰ γάρ μιν ζωόν γ' ἐκίχεις, ω, 283, si enim eum vivum nactus esses et invenires, κατέλαβες, εὗρες. κίχεν (ἔκιχεν, aor. 2.) δ' ἐνοπήν τε γόον τε, invenit ibi clamorem et luctum, Ω, 160, *sie fand da schreien und heulen, (she there found wailing and lamentation,)* in domo Priami. ἐν Λέσβῳ δ' ἔκιχεν ἡμᾶς, adsecutus est nos, γ, 169, nos longam navigationem parantes. τόν γε κίχον (ἔκιχον) λαός τε καὶ ἵπποι, Σ, 153, eum adsecuti fuerant milites et equites, *den holeten doch ross und mann ein, (horse and foot pursued him.)* τὼ δ' ἀσθμαίνοντε κιχήτην, ambo anhelantes assecuti sunt, Κ, 376, pro ἐκιχησάτην, *kriegten ihn, (overtook him.)* εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι, Β, 258, si te rursus insanientem offendero, *finden werde, (shall find.)* ἢ μένε ἠέ σε δουρὶ κιχήσομαι, Κ, 370, aut mane, aut te hasta adsequar, conjecta nimirum. ἢ γάρ μιν ζωόν γε κιχήσεαι, δ, 546, aut enim ipsum vivum invenies, *wirst antreffen, (shouldst meet with,)* deprehendes. εἰ δ' ἄμμε κιχήσεται ἐνθάδ' ἐόντας, Σ, 268, quod si nos deprehenderit hic manentes, *uns finden wird, (finds us.)* κείνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων, illos inveniemus ante portas, Κ, 126. κιχήσεσθαί σε ὀΐω, puto me adsecuturum et inventurum esse te, *ich werde dich wohl finden, (I shall soon find thee.)* Z, 341, *werde dich gleich einholen, (shall presently overtake thee.)* ὡς αἰεὶ ἔλποιτο κιχήσεσθαι ποσὶν, Φ, 605, ut semper speraret, se adsecuturum pedibus. καὶ λίην σέ γε μέλλε κιχήσεσθαι κακὰ ἔργα, ι, 477, omnino te debebat consequi infortunium, ἡ τῶν κακῶν ἔργων τίσις ἤγουν ποινὴ, sc. τὸν Κύκλωπα. ut ergo tamen κακὰ ἔργα intelligi possint, male facta tua; quæ, ut puniant factorem suum, eum persequuntur ut comprehendant. δέσποιναν μὲν πρῶτα κιχήσεαι, dominam primum invenies, η, 53, ubi notat, accedes ad eam, eique supplicabis: et futurum est imperative. Sic et ἱκέσθαι non semper τὸ καταλαβεῖν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ ἱκεσίᾳ, notat. οὐκ ἄλλον ὧδε ἤπιον ἄνακτα κιχήσομαι, non alium sic mitem herum nanciscar, ξ, 139. πολέας τε κιχήσατο, pro ἐκιχήσατο, Δ, 385, multosque invenit, *traf an, (found.)* κιχήσατο δ' ἔνδοθι πολλὰς ἀμφιπόλους, Z, 498. ὅτε δὴ βασιλῆα κιχήσατο, Κ, 494, postquam ad regem accessit eumque deprehendit, hostiliter. Ἀχιλῆα κιχήσατο κῦμα, eum adsecutus est fluctus, Φ, 263. Ἕκτορα, ivit ad Hectorem, Χ, 226, et hæc simplicissima notio est prima hujus verbi. ἔνδον ἐόντας, invenit eos domi, ζ, 51, *gieng an sie im zimmer, allwo sie sie fand, (went to them in the room, where she found them.)* παῖδα νέον γεγαῶτα, puerum recens natum invenit adveniens, τ, 400. δείδω μή σε, ἐξαῦτις ἐφορμηθεῖσα, κίχησι, μ, 122, vereor ne te, iterum irruens, deprehendat, *sie möchte dich ereilen, (may catch, overtake thee:)* præsens conj. a κίχω. possit tamen et esse aor. 2. conj. a κιχέω. αἰετὸν κίχε, vel aquilam adsequi potest celeritate.

κίχημι, (Ἔω) pro κιχέω. consequor. οὕνεκά οἱ φόνον αἰπὺν ἐράπτομεν, οὐδ' ἐκίχημεν, π, 379, quia ei cædem moliebamur, nec deprehendimus eum: est imperf. pro quo communis usus dicit ἐκίχεμεν. et 357, τὴν δ' οὐκ ἐδύναντο κιχῆναι, navem prætergressam non potuerunt adsequi, καταλαβεῖν. οὐδ' ἄρα τί σφι κιχήμεναι αἴσιμον ἦεν, Ο, 274, non concessum illis erat eum consequi et comprehendere: pro κιχῆναι. αὐτὸν κιχεὶς ποσὶ, Π, 342, assecutus eum pedibus. ὄντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη, Β, 188, *welchen grossen herrn er etwa antraf, (what great personage he met with:)* et est optat. præs. οὐδέ κέ με ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη, Ι, 416, neque me celeriter finis mortis deprehenderit. Ἀντίνοον πρὸ γάμοιο τέλος θανάτοιο κιχείη, ubi est imprecatio, ρ, 476. βέλος κιχήμενον, jaculum consequi studens, hastam ferire solitam, Ε, 187, *den spiess der ihn treffen sollte, (the spear that was aimed at him:)* particip. præs. medii: ἐπελθὸν, ἁψάμενον: et genitivus, τούτου regitur a κιχήμενον, ἁψάμενον αὐτοῦ. sine casu est, Λ, 451, φθῆ σε τέλος θανάτοιο κιχήμενον, prævenit te finis mortis adsecutus te: nam σε regitur ab ἔφθη, et participium pertinet ad τέλος, activo sensu, *der tod der dich ergriffen hat, (death which hath seized thee.)*

κίχλη, ης. ἡ. (Χάω) turdus, *ein krammsvogel, (a thrush.)* Dores dicunt ἡ κιχῆλα, ας; et per syncopen κίχλα. vox facta ex sono quem hæ aves edunt: a quo sono est et ὁ κιχλισμὸς, muliebris suavis risus, qualem poëta notavit σ, 6—8, et verbum κιχλίζειν, ridere suaviter more juvencularum lusitantium inter se. κίχλαι τανυσίπτεροι, χ, 468, quibus comparat mulieres suspensas, quia turdi sic capi solent. cæterum commode ad χέειν, fundere, refertur hoc nomen. conf. Theocrat. Id. 11, 78, ibique Casaubonum. Vide sub ἰλλάς.

κίω, (Ἔω) est idem quod ἴω vel ἔω, vado, venio, præfixo κ. et aor. 2. ἔκιον, in suis modis omnibus, in usu est. ἡ δ' ἀέκουσα ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν, pro ἔκιεν, invita cum iis abibat, Α, 348. τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίε, Β, 565. et 588, ἐν δ' (αὐτοῖς) αὐτὸς κίεν, inter eos ipse ibat. ἡ δ' εἰς θάλαμον κίεν, Γ, 423. ἅμα δ' ἀμφίπολος κίεν αὐτῇ, Z, 399. τῷ δ' ἅμ' Ἀλέξανδρος, Η, 2, et 307. ἐς ὅμαδον, in multitudinem. ἐν πρώτοισι κίε, Θ, 337. τῷ δ' ἐπαλεξήσων Σῶκος κίεν, huic auxiliaturus venit ille, Λ, 428. μετὰ δέ σφι πατὴρ, Ν, 658. πάλιν κίε, retro ivit, Ο, 149. et 307, πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ, ante eum ibat. μετὰ Τρῶας κίε, ad eos ibat, advocaturus eos, Π, 534.

ἀπὸ Πατρόκλοιο, Ρ, 113, ab eo discessit. Ἥφαιστος δ' ἅμα τοῖσι, Υ, 36. πάλιν κίε θυγατέρος, Φ, 504, sequebatur filiam. ἰθὺς κίεν οἴκου, Ω, 471, recta ivit per domum vel ad domum. ἰθὺς κίε Τηλεμάχοιο, recta ivit ad eum, β, 301. ὀψὲ δὲ δὴ μετὰ νῶϊ κίε, γ, 168, ad nos ibat, sequebatur nos, *gieng uns nach, gieng spät nach uns ab, folgete uns spät nach und suchete uns, (followed us, went late after us, followed us late and sought us.)* κίε ἐς μέσον, in medium prodibat, Θ, 262. ἅμα τῷγ' Ἑλένη κίε, ο, 100. ἰθὺς κίεν, obviam ibat, ρ, 33. πάλιν, retro, ψ, 295. ἰθὺς αὐτοῦ, ω, 240, 396. τοὺς δὲ μετ', ο, 147, sequebatur hos, *gieng ihnen nach, (followed them.)* πάλιν, retro, π, 177. imperativus scribi solet κίε, quasi præsentis; non vero κιὲ, in aor. 2. nam vere est præsentis temporis. ἀλλ' ἄγε νῦν ἰθὺς κίε Νέστορος, recta proficiscere ad Nestorem, γ, 17. σὺ δ' ἔσω κίε, η, 50, tuque introi. σύγ' ἀγγείλας ὀπίσω κίε, revertere, redi, *kehre um, (return.)* π, 150. νῶϊ δὲ ἄψορροι κίομεν, revertebamur, Φ, 456. τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον, Β, 509, ibant. πάντες ἴσω κίον ἤματι ἄϊδος εἴσω, Ζ, 422, migrarunt in orcum, coll. 423. πρὸς τεῖχος ἴκιον μεγάλῳ ἀλαλητῷ, vadebant ad murum, Μ, 138. κίον ἀθρόοι, Ξ, 38. ἅμα δ' ἀμφίπολοι κίον αὐτῇ, Χ, 461. πρὸ δὲ οὐρῆες κίον αὐτῶν, muli præibant ipsos, Ψ, 115, προειπορεύοντο. et 257, πάλιν, retro, i. e. ὑπεχώρησαν. sic et Ω, 801. ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι, ζ, 84. εἰς Ἀλκινόοιο, ν, 23. sc. δῶμα. et 125, οἰκόνδε πάλιν, retro domum. εἰς ἀγορὴν ἀθρόοι, π, 361. εἰς Ὀδυσῆα δόμονδε, χ, 479. ἰθὺς θαμβήσαντε, ω, 101. et 219. δόμονδε θοῶς. et 419, εἰς ἀγορὴν ἀθρόοι. ὄφρα κίῃς, ut abeas, α, 311. μή τίς μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης, Λ, 704. ι, 42, sc. μοίρας, ne quis abiret fraudatus æquali portione. ὡς ὑμεῖς παρ' ἐμοῦ ἐπὶ νῆα κίοιτε, ut a me abeatis ad navem, γ, 347. ὄφρα λείψαντε κιοίτην, ut libantes abirent, ο, 149. Ω, 285. ἀπέλθοιεν. ἀπάνευθε κιὼν, Α, 35. β, 260, ubi tamen alii, eodem sensu, legunt, ἀπάνευθεν ἰών. sic et ζ, 236. κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν, Δ, 251, vadens per densos ordines virorum, *die fronte entlängs, (along the front.)* sic et 273. ἆρχε λέχοσδε κιὼν, præibat ad lectum, Γ, 447. κλισίηνδε, Κ, 148. et 406, δεῦρο. νόσφι κιόντα, abeuntem, Λ, 284. et 683, πόλεμόνδε κιόντι, mihi ad pugnam eunti. στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι κιὼν, Μ, 353. κλισίηνδε, Ν, 294. ἐγὼ προπάροιθε, Ο, 260, *voran, (before.)* παρά τίς τε κιὼν, Π, 263, *darneben vorbey gehend, (passing by.)* ut verbum compositum παρακίω intelligi h. l. possit. Τροίηνδε κιὼν, ad Trojam proficiscens, γ, 268. τὶς ἄψα κιὼν, Θ, 254. σχεδὸν ἦα κιὼν νηὸς, inter eundem prope eram apud navem, κ, 156. sic μ, 368. ἐνθένδε, hinc abiens, λ, 69. ἐπὶ νῆα, ad navem, μ, 144. Ἰθάκηνδε, ο, 157. ἀπὸ σταθμοῖο, a villa abiens, π, 156. et 289, Τροίηνδε. sic et τ, 8. ρ, 314. ἦα κιὼν, eram vadens, π, 472. κιὼν ἄνωχθι, abiens jube, ρ, 508. ἀπαγγέλλεσκε κιὼν, σ, 7, *trug botschaft, (was bearing a message.)* πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι, δ, 427, 572. κ, 309, mihi inter eundem multa agitabat cor. μοὶ ἅμα ἑσπέτο δεῦρο κιόντι, ρ, 53, ὡς οὖν ἴδον Ἕκτορα νόσφι κιόντα, abeuntem, Ξ, 440, accepto vulnere. οὐδέ ἕ φημὶ πόδεσσί γε οἷσι κιόντα εὐφρῆναι ἄλοχον, non puto eum pedibus suis accedentem exhilaraturum esse conjugem suam, Ρ, 27, nam mortuus fertur ab aliis, non ambulat suis pedibus. ὥσεὶ θανατόνδε κιόντα, Ω, 328. Ἥφαιστον νόσφι κιόντα, abeuntem, Θ, 286. ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα κιόντα, aut accedentem aut abeuntem, κ, 574. μὲ κατὰ δῶμα κιόντα, ρ, 566, me in domo versantem, in triclinio obeuntem. καθίζοντο μετὰ πρώτῃ ἀγορῇ κιόντες, Τ, 50, ubi ablativus pertinet ad verbum, omisso ἐν, μετὰ vero ad κιόντες pro μετακιόντες accedentes. κιόντες ἐκ πάτου, Υ, 136, abeuntes ex via trita. ἀγορήνδε, α, 372. ἐς λιμένα ἤλθομεν ὦκα κιόντες, ο, 471. μὴ δὴ σχεδὸν ὦσι κιόντες, ω, 490, num jam prope sint vadentes contra nos. ἦκα κιόντας, leniter ambulantes, ρ, 254, *die sachte giengen, (going softly.)* ἐμοὶ δεῦρο κιούσῃ, δ, 736. ψ, 228, *schon damals da ich hieher zog, (even then, when I came hither.)* μετόπισθε κιοῦσαι, Ι, 500. et 507, λίσσονται Δία κιοῦσαι. et nonnunquam hoc κίω abundat.

κίων, ονος. ὁ. (Ἕω) et attice ioniceque ἡ. columna, *eine säule, ein pfeiler, (a column, pillar.)* est a κίω, εἰς ὕψος scilicet, quia in altum tendit. πάχετος δ' ἦν ἠΰτε κίων, crassities erat velut columna, ψ, 191, quam crassitiem ulterius non definit. πεῖσμα νεὼς ἐξάψας κίονος μεγάλης, funem navis aptans ad columnam magnam, χ, 466, i. e. στύλου τινὸς ἐξαρτήσας, ἢ ξύλου κιονοειδοῦς. κίονι κεκλιμένη, inclinato dorso ad columnam, ζ, 307, *sie sitzet an einem pfeiler im saale, (she sits with her back against a pillar in the hall.)* ἔγχος ἔστησε πρὸς κίονα μακρὴν, α, 127. ρ, 29. de adveniente peregre in domum regiam. πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας, sc. τὴν ἕδραν, sellam statuens ad columnam altam, Θ, 66, 473, in triclinio regio. κίονα ἀνὰ ὑψηλὴν, superne ad altam columnam, χ, 176, 193, attrahite eum sursum. πρὸς κίονα μακρὴν ἧστο, ψ, 90, considebat ad columnam. κίονες ὑψόσε ἔχοντες, τ, 38, columnæ sursum continentes. ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι, α, 53, ubi conf. Ἄτλας in R. et ἔχω.

κλαγγή, ῆς. ἡ. (Κλάω) sonus acutior et brevior, qualis proprie est, si quid diffringitur. deinde in genere, clangor. δεινὴ κλαγγὴ γένετο βιοῖο, arcus clangor terrificus exsistebat, Α, 49. παυσάμενοι κλαγγῆς, cum cessarent a clamando milites ad concionem convenientes, Β, 100. Τρῶες μὲν κλαγγῇ τε ἐνοπῇ τε ἴσαν, ὄρνιθες ὥς, ἠΰτε κλαγγὴ γεράνων πέλει, αἳ κλαγγῇ πέτονται, Γ, 2, 3, 5, ubi proprietas vocis est observata. signat vero id τὴν ἀπροβούλευτον καὶ οὐκ εὔκοσμον πρόοδον τῶν Τρώων εἰς μάχην, μετὰ κλαγγῆς, i. e. ἀνάρθρου θορύβου, ἰόντων. sic, Τρώων κλαγγὴ, Κ, 523, confusus clamor. κλαγγὴ νεκύων ἦν, οἰωνῶν ὥς, λ, 604, ubi οἰωνοὶ notant νυκτερίδας, vespertiliones, quarum stridor acutulus auditur. κλαγγὴ συῶν, acutus et dissonus

confusus clamor suum ad stabula accedentium, ξ, 412, ὀξεῖα βοή.

κλαγγηδὸν, (Κλάω) adverb. cum sono acuto et confuso. de anseribus feris, et gruibus, et cygnis ponitur hæc vox, Β, 463, quæ volucres cum acuto et confuso sono volant per aërem, et demittunt se ad pascua.

κλάζω, f. άγξω. (Κλάω) sonum edo, proprie similem clamori volucrum quorundam majorum, maxime qualem grues et aquilæ edunt. est a κλάω, quod et notat, brevem sonum ἄναρθρον edo. possis quidem vel ad κέλω, vel ad mox secuturum κρῶ, a quo κράζω, clamo, referre apte: sed a priscorum auctoritate, qui hanc etymologiam præferunt, discedere non lubuit. cæterum, κλάζειν minus est quam κράζειν. corvus κράζει, grus κλάζει sic et κρώζω et κλώζω differunt nonnihil. αἰγυπιοὶ μεγάλα κλάζοντε μάχονται, Π, 429, et notat sonum harum avium lugubriter et interrupte sonantem. ibi ergo in significatu primo. ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσον, de ave felici, in tenebris audita, Κ, 276. κλάγξας πέτετο, volabat, Μ, 207, de aquila vulnerata a dracone: ut ergo quasi κλαυθμόν τινα τοῦ ἀετοῦ innuat hæc vox, cum κλαίω ejusdem originis. ἔκλαγξαν ὀϊστοὶ, Α, 46, ubi est de sagittis in pharetra crepitantibus in tergo euntis: *sie klapperten im köcher gelinde, wenn er gieng, (they rattled in the quiver as he walked.)* κεκληγὼς est particip. præt. med. nam f. 2. est κλαγῶ, aor. 2. ἔκλαγον, præt. m. κέκλαγα, ionice κέκληγα. ὀξέα κεκληγὼς, Β, 222, de Thersite blaterante voce ingrata et interrupta, coll. 212, et id apte h. l. quia proprie est ἀλόγων ζώων τὸ κλάζειν. adhibet ergo hoc verbum, σκώπτων εἰς ἀλογίαν. sed alibi tamen in sensu honestissimo ponitur; de Hectore, imperante suis clara voce, Ρ, 88, ὀξέα κεκληγὼς, coll. 89, ὀξὺ βοήσας, ἐξ ἀετοῦ ἤ τινος ἀετώδους τὸ κεκληγέναι λαβὼν ὁ ποιητὴς, ut adhæreat in tali contextu imago aquilæ aut ejusmodi volucris generosæ vociferantis, dum insequitur prædam, aut pugnat. sic et Ε, 591. Λ, 344, ὦρτο δὲ ἐπ' αὐτοὺς κεκληγὼς, impetum fecit in eos cum generosa voce. et Ν, 755, κεκληγὼς ἐπέτετο διὰ Τρώων ἠδὲ ἐπικούρων, ubi duo verba metaphorica imaginem aquilæ indicant. coll. 757. sic et de Agamemnone, Λ, 168, κεκληγὼς ἕπετο Ἀτρείδης, quasi aquila insectatur prædam. κεκληγόντες ἐπώρουσαν ἀλλήλοις, Π, 430, sc. Sarpedon et Patroclus, pugnando, coll. 429. κεκληγὼς Ζέφυρος, μεγάλῃ σὺν λαίλαπι θύων, μ, 408, ut ergo et de vento strepente ponatur, metaphorice. vide κεκλήγω.

κλαίω, f. αύσω. (Κλάω) ploro, *ich weine, (I weep.)* futurum est, quasi præsens fuisset κλαύω. cæterum est a κλάω, interserto vel ι vel υ: nam frangitur quasi et demittitur cor ejulando; est signum fracti et mollioris animi. non præcise ejulatum clara aut miserabili voce elatum notat; sed et simpliciter fletum, sine alio sono. ἀλλ' ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυράμενος μεθέηκε, Ω, 48, certe, cum flevit et ejulavit, remittit tandem, *lässet doch endlich nach, (at length relented.)* οὐδ' εἴα κλαίειν Πρίαμος μέγας, Η, 427, in sepultura suorum pugnando occisorum, non permittebat ut plorarent. et vetabat id, ne timidiores ad pugnandum alio die fierent. ὡς ἔφατο κλαίων, sc. Achilles, lugens Patroclum, Τ, 338. et Priamus Hectorem, Χ, 429. κλαίων ἀμφίστατο ὅμιλος, Ω, 712, Hectorem mortuum. αὐτὸν κλαίοντα ἀφήσω, ipsum plorantem mittam, Β, 263, inquit Ulysses ad Thersitem, cui verbera intentat. εὗρε (mater Thetis) κλαίοντα λιγέως, sc. Achillem filium, de Patroclo mortuo, Τ, 5. κλαίοντες ὀστέα ἔλεγον, Ψ, 252, cremati Patrocli. τώγε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα, Λ, 136, miserabili voce alloquebantur, metu mortis. sic parentes Hectorem, Χ, 90. et 427, κορεσσάμεθα (satiassemus nos) κλαίοντέ τε μυρομένω τε. τὸ (i. e. διὰ τοῦτο) καὶ κλαίουσα τέτηκα, flendo maceror, Γ, 176, inquit Helena. εἶπε κλαίουσα γυνὴ, Briseis, Τ, 286. et 297, οὐ με εἴας κλαίειν, vetabas me plorare. et 300, σὲ ἄμοτον κλαίω. et 301, ὣς ἔφατο κλαίουσα. sic et Χ, 515, 437. Ω, 746. et 773, σὲ ἅμα κλαίω καὶ ἐμέ. τέκνον, τί κλαίεις, Α, 362, et est ibi idem quod δακρύειν καὶ δακρυχέειν, coll. 357, 349. sic et Σ, 73, et sermo est matris ad Achillem. κλαῖ pro ἔκλαιε, Ι, 560, de matre Alcyones, Ω, 4, de Achille. et 85, de Thetide. et 510, ἔκλαιε ἁδινὰ, de Priamo. et 511, ἔκλαιεν ἑὸν πατέρα, de Achille. Πάτροκλον κλαίωμεν, lugeamus eum fletu, Ψ, 9, νῦν δὲ κλαίωμεν, ἄνευθεν ἥμενοι, ἐν μεγάρῳ, Ω, 208, lugeamus, remoti ab eo. et 619, φίλον παῖδα κλαίοισθα, pro κλαίοις. ergo syllaba paragogica θα etiam optativo jungitur. ὁ μὲν κλαίεσκε (ionice pro ἔκλαιε) πρὸς οὐρανὸν, Θ, 364, cum fletu supplicabat cœlestibus; et sermo est de Hercule ærumnoso. οὔ σε κλαύσομαι, non deplorabo te, Χ, 87. σὲ Τρωαὶ κλαύσονται, Σ, 340, et sermo est de miserabili luctu ob mortuum, *von einer herzbrechenden trauer, (of a heart-breaking sorrow.)* ἕτεροί γε παῖδα κλαύσονται, Τ, 210. εἰπὲ δὲ, ὅ,τι κλαίεις καὶ ὀδύρεαι, dic, quid plores et lamenteris, θ, 577. et 523, ὡς δὲ γυνὴ κλαίῃσι (pro κλαίῃ) φίλον πόσιν, luget suum maritum. ὅτε κὲν ἤματα κλαίῃ, υ, 84, interdiu plorat. ἐγὼν οὐκ εἴων (vetabam) κλαίειν, ι, 469, coll. 467, ubi apparet, κλαίειν fieri clara voce, adjunctis verbis miserabilibus: et differre igitur in se a δακρύειν, ut majus a minori. οὔ σε ἐῶσι θεοὶ κλαίειν, δ, 806. ἔκλαιον καθήμενος ἐν ψαμάθοις, δ, 539, coll. 538, ἐμοὶ κατεκλάσθη ἦτορ, ex qua collatione immediata apparet etymologia. et 541, ἐπεὶ κλαίων τε κυλινδόμενός τε ἐκορέσθην. κλαῖον (pro ἔκλαιον, flebant lugubri voce) δὲ λιγέως, θαλερὸν δάκρυ καταχέοντες, κ, 201. et 454, κλαῖον ὀδυρόμενοι. et 497, κλαῖον καθήμενος, coll. 496, κατεκλάσθη μοὶ ἦτορ. et 499, ἐπεὶ κλαίων ἐκορέσθην κυλινδόμενός τε. φίλους ἔκλαιον ἑταίρους, deflebant eos, μ, 309. et 311, κλαιόντεσσι δὲ τοῖσιν ἐπήλυθεν ὕπνος. κλαῖον (flebant) δὲ λιγέως, ἁδινώτερον ἢ οἰωνοί, π, 216, seqq. et quo magis, eo εὐγενεστέρως: nam lacrimæ nobilissimo cuique animo fa-

cillime oboriuntur. sed τὸ μινυρίζειν non est εὐγενές. ἐγὼ κλαῖον καὶ ἐκώκυον ἐν περ ὀνείρῳ, τ, 541. κλαῖον ἄρα, flebant igitur, φ, 223. et 90, κλαίετον ἐξελθόντε, flete, egressi extra domum. ἔκλαιεν Ὀδυσῆα, deflebat eum, α, 363. π, 450. τ, 603. φ, 357, et sermo est de Penelope. κλαῖε (omisso augmento) μὲν Ἑλένη, κλαῖε δὲ Τηλέμαχος, οὐδὲ Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ὄσσε εἶχεν, δ, 184—186. ἐπὶ ἀκτῆς καθήμενος ἔκλαιε, Ulysses, ε, 82, coll. 83, s. κλαῖε δὲ ὅγε λιγέως, δάκρυον καταλείβων, de Agamemnone, λ, 390. ἐν λέκτροις καθεζομένη, υ, 58. et 59, ἐπεὶ κλαίουσα κορέσσατο, *da sie sich satt geweinet, (when she was tired of weeping.)* ἔκλαιε μάλα λιγέως, φ, 56, coll. 57. et 83, βουκόλος, coll. 86. κλαῖε δὲ ἔχων ἄλοχον, flebat tenens uxorem amplexibus, ψ, 232, coll. 241, et ibi sunt lacrimæ gaudii optati diu. ἑπτακαίδεκά σε ἡμέρας ἐκλαίομεν, ω, 64, ubi de funere Achillis est sermo. et 292, οὐδέ ἑ μήτηρ κλαῦσε, mater eum non deflevit coram. sic, οὐδέ τις αὐτὸν κλαῦσεν, γ, 261, quia procul hinc periit. ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διῒ χεῖρας, ι, 294. ἔβησαν ἑταῖροι κλαίοντες, κ, 209. et 241, κλαίοντες ἐέρχατο, includebantur. τοὺς ἦγον κλαίοντας, ducebam hos flentes, ι, 98. τοὺς ἔφερε πόντονδε θύελλα (procella) κλαίοντας, κ, 49. μὴ κλαίουσα κατιάπτῃ χρόα καλὸν, β, 376, ne flens corrumperet corpus formosum suum. sic, κατιάπτῃς, δ, 749. ἐμὸν νόστον κλαίουσα, flens ob reditum meum morantem, ψ, 352. κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον, sed personatum ne agnosceretur, τ, 209, collatis 210, 212, 213. τῆς κλαιούσης ὄπα, flentis vocem, υ, 92. νεμεσῶμαι οὐδὲν, κλαίειν τὸν, ὅσκε θάνῃ, δ, 196, non indignor, deflere eum qui mortuus sit; collatis sequentibus. nam licet, flere mortuum. τὸ κλαίειν circumscribitur, Ρ, 437, s. ubi de equis id dicitur; coll. 427, ἵπποι κλαῖον.

κλαυθμὸς, οῦ. ὁ. (Κλάω) fletus lugubris. ἄσεσθε κλαυθμοῖο, satiabitis vos ploratu, Ω, 717. εἴ πως αὐτὴν παύσειε κλαυθμοῖο, δ, 801. οὔ μιν παύσεσθαι ὀΐω κλαυθμοῦ τε στυγεροῖο, γόοιο τε δακρυόεντος, ρ, 8. παύεσθον (cessate ambo) κλαυθμοῖο γόοιό τε, φ, 228. ἵμερος κλαυθμοῦ καὶ στοναχῆς, χ, 501. ἴσχεο (cohibe te) κλαυθμοῖο γόοιό τε δακρυόεντος, ω, 322. ἡμεῖς κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν, δ, 212, omittemus.

κλαύσω, fut. vide κλαίω.

ΚΛΑ'Ω, f. άσω. frango, *ich breche, (I break.)* it. declino, *ich beuge stark, (I bend much.)* it. sonum edo, qualem fracta solent. et ab hoc sono etiam verbum est ὠνοματοπεποιημένον. hinc est deinde κλάζω, etiam κλώζω, a quo est ὁ κλωγμὸς, quem victi in theatris patiuntur, explosio. ἐξ ὕλης πτόρθον ἔκλασε χειρὶ, ex arbustis ramum defregit manu, ζ, 128. ἐκλάσθη δόναξ, fracta est arundo, Λ, 583. ab hoc themate est et ὀκλάζω, f. άσω, genua flecto, in genua flexa subsido; deinde et, labasco, titubo infirmis genibus. et hinc est ὁ δίφρος ὀκλαδίας, et simpliciter ὁ ὀκλαδίας, ου, cujus pedes non sunt firmi, et in specie sella militaris, *ein feldstuhl, (a camp chair,)* quæ complicari potest, *ein stuhl über kreuz mit dem fusse, (a chair with cross legs.)* nam τὸ ο sæpissime est littera abundans ab initio, sicut et τὸ ε. hinc est et κλαστάω, f. άσω, defringo, amputo, confringo, Aristoph. Equit. 166. et τὸ κλαστήριον, instrumentum quo rami in vite amputantur. imo et ὁ κλάδος, ου, ramus tener, qui solet et potest defringi.

κλεηδὼν et κληηδὼν, όνος. ἡ. (Κέλω) fama, laudatio per famam. in genere, id quod auditur et dicitur. potest et scribi alibi ἡ κληδὼν, όνος. est a κλεΐζω, quod et κληΐζω et κλῄζω, f. σω et ξω, dicitur. sic a τὸ χρέος est χρηΐζω et χρῄζω. εἴ τινά μοι κληηδόνα πατρὸς ἐνίσποις, δ, 317, quod alibi dicit κλέος περὶ αὐτοῦ: si mihi aliquam de patre meo famam indicares: *ob du mir einige nachricht, die du gehöret, von ihm geben köntest, (whether thou canst give me any account of him.)* in specie autem hæc vox notat omen ex aliqua voce humana, (vide Valer. Max. lib. 1. c. 5, n. 4.) sic σ, 116, χαῖρεν δὲ κλεηδόνι (auditione ista ominosa) Ὀδυσσεὺς, coll. 111, 112. sc. ὡς φήμην (nam φήμη quoque dicitur ominosa vox humana, omen ex verbis alio consilio missis) τὸν λόγον δεξάμενος, i. e. μαντείαν τινά. sic et υ, 120, coll. 105, 116. ut ergo sit, auditio, qua futurum innuitur. sic et ἡ ὄμφη et ἡ ὄσσα sæpe.

κόμπος, f. ου. ὁ. (Κόπω) sonus qui cædendo aut tundendo redditur. a κόπω vel κόπτω, interserto μ, ut sonus eo liquidius imitando exprimatur. proprie dicitur, quando aper ad saxa vel duras arbores acuit dentes: deinde de quovis sono ex percussione orto: metaphorice autem, ἐπὶ φλυαρίας ἀλαζονικῆς, a quo est τὸ κομπάζειν, quod notat στωμυλίαν καὶ στομφασμὸν περιαυτολογικόν. sed κομπὸς, ὁ, est jactator verborum gloriosorum aut inanium, Eurip. Phœn. 603, qui et dicitur ὁ κομπαστής. de apro est, Λ, 417. M, 149, κόμπος ὀδόντων, i. e. ὁ ποιὸς ἦχος τῶν σιαγόνων τοῦ ἀγρίου συὸς, ὅτε θυμούμενος ἀφρίζει τε καὶ τοιοῦτον ἦχον ἀποτελεῖ, *wenn das wilde schwein brauset und laut aber kurz schniebet, (when the wild boar is enraged and snorts loud and frequently.)* πολὺς κόμπος ὑπορώρει, Θ, 380, i. e. δοῦπος, et quidem h. l. ἦχός τις ὀρχηστικὸς, quando in saltatione terra pulsatur ut resonet crassum quid. in Pindaro hic posterior significatus, ex tripudio læto deductus, obtinet; et deflectitur ad gloriationem honestam, laudationem magnificam et lætam.

ΚΟ'ΜΩ, et κομέω, f. ήσω. curo, procuro: cum cura alo. est idem fere quod ἀσκέω, ἐπιμελοῦμαι: *ich besorge, bearbeite, pflege angelegentlich, (I take care of, look to, have charge of.)* τούτω μὲν (ἵππω, hos duos equos tuos) θεράποντε (ministri) κομείτων, curanto, Θ, 109. et 113, ἵππους θεράποντε κομείτην, i. e. ἐπεμελοῦντο. τὸν νῦν χρὴ κομέειν, hunc jam oportet curare, ζ, 207. σὺ δὲ τοὺς (υἱοὺς σοῦ) κομέειν ἀτιταλλέμεναί τε, λ, 249, ubi sunt infinitivi pro imperativis: et utrumque verbum fere idem. nam ἀτιτάλλειν et ἀτάλλειν est κομεῖν, i. e. ἐπιμελεῖσθαι καὶ κομιδῆς ἀξιοῦν. ἥ με ἐφίλει τε ἐκόμει τε, μ, 450, quæ me amanter tractabat et curabat. κομέουσι τοὺς κύνας, alunt canes, ρ, 310. et 319, τὸν οὐ κομέουσι, hujus curam non habent, *sie warten ihn nicht, (they have not the care of him.)* ἐνδυκέως κομέεσκε (ionice pro ἐκόμει) γέροντα, ω, 211, 389, diligenter curabat senem, *sie pfleget sein, (she attended him.)* unde postea compositum verbum γηροκομέω, (a τὸ γῆρος, senectus) et ἡ γηροκομία, et ὁ ἡ γηροκόμος: quod et ρω per ω scribi solet in media voce.

κοναβέω, f. ήσω. (Κόπω) ejusmodi sonum et strepitum quem notat κόναβος edo. νῆες σμερδαλέον ἐκονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν, B, 334. Π, 277, naves et castra nautica graviter resonabant a clamantibus Achæis, *gaben einen wiederhall, (re-echoed.)* πήληξ (galea) σμερδαλέον κονάβησε περὶ κροτάφοις πεσόντος, *rasselte, (rattled,)* O, 648. κνημὶς σμερδαλέον κονάβησε, Φ, 593.

κοναβίζω, f. ίσω. (Κόπω) idem. χθὼν σμερ-

θαλέων κονάβιζε, Β, 466. περὶ στήθεσσι χαλκὸς, arma, N, 498. sic, ἐπὶ, Φ, 255.

κόναβος, ου. ὁ. (Κόπτω) est proprie, sonus lignorum aridorum si pulsantur, ἦχος ξύλων ξηρῶν πεπληγότων, *ein geklapper mit trocknem holze, (the rattling of dry wood.)* deinde, sonus quorumvis siccorum, ἦχος σωμάτων ξηρῶν. tandem quivis clamor inconditus et velut pulsans aures. κακὸς κόναβος ἀνδρῶν ὀλλυμένων, κ, 122.

κονία, ας. ἡ. (Κνάω) est idem quod ἡ κόνις, ιος. pulvis comminutus cujusvis materiæ; arena tenuis; cinis. in specie, terra contrita. ὦρτο κονίη ἐκ πεδίου, concitabatur et surgebat pulvis ex planitie, Λ, 151. hinc postea compositus ὁ κονιορτὸς, οῦ, sublatus densus pulvis. ποδῶν ὑπένερθε κονίη ἵστατο ἀειρομένη, sub pedibus pulvis surgebat sublatus, Β, 150. sic, ὑπὸ στέρνοισι, Ψ, 365. et ἵστατο est pro ἀνίστατο, ἀνυψοῦτο, stabat pulvis in aëre. κονίη ἐκ κρατὸς ὀρώρει, λ, 599, pulvis supra caput molientis attollebatur vel attollebat se: et sermo est de Sisypho. ὑπῆγεν αὐτὸν ἐκ κονίης, abduxit eum ex pulvere, Λ, 163, i. e. ex pugna et periculo. hinc est phrasis, *sich aus dem staube machen, (to get out of the dust,* i. e. *to run away,)* cedere ex loco ubi certamen periculosum instat et urget. κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὀμίχλην, pulveris magnam stare faciunt nebulam, sc. venti procellosi, N, 336, coll. 335. alibi, Ψ, 366, dixit, κονίη ἵστατο ἀειρομένη ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα: ubi comparat tantum τὴν πολλὴν κόνιν cum ὀμίχλῃ βαθείᾳ. Sed loco ex N, modo citato, utrumque audacter consociat, κονίης ὀμίχλην. ὁ δὲ ἐν στροφάλιγγι κονίης κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ, Π, 775. τόξα πεπτεῶτα μετὰ στροφάλιγγι κονίης, arcus qui deciderant in consertum pulverem, Φ, 503, ubi μετὰ idem est quod ἐν. σὺ δὲ στροφάλιγγι κονίης κεῖσο μέγας μεγαλωστὶ, jacebas, ω, 39, ubi præpositio est omissa, et ablativus absolute positus. ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον, Ψ, 502, aurigam pulveris particulæ adspergebant et feriebant. ῥαίνοντο (equi currentes) νέρθε κονίῃ, adspergebantur subtus pulvere, Λ, 282. οὐ πολλὴ γίνετο ἁρματροχιὴ ἐν λεπτῇ κονίῃ, non multa fiebat orbita in tenui pulvere, Ψ, 506. et 732, μιάνθησαν (procidentes ambo luctatores) δὲ κονίῃ, polluebantur pulvere. et 739, ἀπομορξαμένω (detergentes ambo sibi) κονίην. ἰθὺς νηῶν κονίην ἔφερεν ἄνεμος, recta versus naves, M, 254, i. e. versus castra Græca. κονίην δ' ὑπέρεπτε ποδοῖιν, sc. ὁ ποταμὸς, Φ, 271, ubi posita vox ἐπὶ τῆς ποταμίας λεπτῆς ἄμμου, arenam subtrahebat pedibus, *den triebsand, (the loose sand,)* adeo mobilem ut pulvis est in terra. κάρη κονίῃσιν (κονίαις) ἐμίχθη, caput pulveri immixtum est, K, 457. χ, 329, abscissum nimirum gladio. ὅτε ἐν κονίῃσι μιγείης quando in pulverem incideris, cæsus in pugna, Γ, 55, i. e. ὅτε θάνοις. cave autem, id explices per: ὅτε ἀντικαταστῇς εἰς μάχην τῷ Μενελάῳ. verum quidem est, κόνιν sæpe notare luctam, certamen; et Pindarus dicit, μίγνυσθαι νίκῃ, i. e. νικᾶν, et ἔργῳ μίγνυσθαι, i. e. ἐργάζεσθαι: ut ergo κονίαις μίγνυσθαι possit esse, ἀγωνίζεσθαι. Sed istæ sunt phrases recentiorum, fere dithyrambicæ; Homero politissimo non obtrudendæ, in illa ejus simplicitate purissima. πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν, multi in pulvere cum morsu apprehendant terram, Β, 418, *müssen ins grass beissen, (may they bite the ground.)* κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσιν μετὰ (i. e. ἐν) αἵματι καὶ κονίῃσιν, jacere cum mortuis in pulvere et cruore, O, 118. αἵματι καὶ κονίῃσιν ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους, Π, 639, cruore et pulvere obvolutus erat. et 796, μιάνθησαν ἔθειραι (jubæ equinæ) αἵματι καὶ κονίῃσιν. et 797, πήληκα (galeam) μιαίνεσθαι κονίῃσιν, in pulvere fœdari, i. e. de capite dejici. πάντας ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι πεπτηῶτας, χ, 383, omnes in cruore et pulvere jacentes. ὁ δὲ ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν, pro ἐνέπεσε, Δ, 482, sic, χαμαὶ πέσον ἡνία, Ε, 583. et 586, ἔκπεσε δίφρου, κύμβαχος ἐν κονίαις, in caput stans. sic, ἐκ δίφρου ἐξεκυλίσθη πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα, Z, 43. et 453, ἐν κονίῃσι πέσοιεν, pro ἐμπέσοιεν. τῶν ἐν κονίῃσι βάλες (ἐνέβαλες) παρακοίτας, harum maritos dejecisti in pulverem, Θ, 156, quæ phrasis alibi est παλαιστική: ἐν πάλῃ (lucta) γὰρ ἀγωνισταὶ ἐμβάλλονται κονίαις: sed h. l. mors et sepultura indicatur. ὁ δὲ ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ, Λ, 425. et 742, ἤριπε δ' ἐν κονίῃσιν, procidit in pulverem. sic, κάππεσον, M, 23. et Ξ, 418, ἔπεσε ὦκα χαμαὶ ἐν. et 452, πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. sic eædem phrases, O, 425, 434, 538. Π, 289, 469, 471, 741. Ρ, 315, 428. Σ, 26. Χ, 330, 402. Ψ, 26, 437. καθέζετο ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι, consedit ad focum in cinere, ut supplex, η, 153. et 160, ξεῖνον μὲν χαμαὶ ἧσθαι ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι. κατέπεσεν ἐν κονίῃσιν μακὼν, κ, 163, de cervo transfixo hasta. et τ, 454, de apro confixo. et σ, 97, de Iro pugnis graviter conciso, vivo tamen. et 397, πέσεν ὕπτιος, adflictus jactu, non occisus tamen, pincerna. apud Homerum ergo κόνις et κονία notant idem. recentiores autem τὴν κονίαν dixerunt τὴν τίτανον, τὴν χρίουσαν τὰ κεκονιαμένα, calcem, *die tünche, (whitewash.)* hinc est ἡ ἐλαιοκονία, albarium oleo mixtum quo muri inducuntur: et verbum κονιάω, calce dealbo, unde τοῖχος (paries) dicitur κεκονιαμένος. cæterum κόνις est et ἀθλητικὴ, arena in certaminis ludicri loco: a qua est verbum κονίεσθαι, i. e. ἀγωνίζεσθαι. et hinc, per metaphoram, est, pulvis scholasticus, qui notat exercitium umbraticum, veræ et publicæ praxi oppositum, quando in scholis litterariis luctantur quasi exercitatores illi. hinc est et ἡ κονίστρα, i. e. παλαίστρα. ἀλίζειν, (quod et ἀλίειν) dicebatur τὸ, ἐν κόνει κυλίεσθαι ἢ κόνει φύρεσθαι: unde est ἡ ἀλινδήθρα, i. e. ἡ κατὰ πάλην κονίστρα, locus luctatorius, et tropice etiam ἡ ἐν λόγοις, concertatio verbalis; unde dixere ἀλινδήθρας ἐπῶν. et ἡ ἀλίστρα est, volutabrum.

κόνις, ιος et εως. ἡ. (Κνάω) pulvis comminutus cujusvis materiæ; arena tenuis; cinis; in specie vero ἡ κνωμένη γῆ, a κνάω vel κονίω: nam pulvis abraditur quasi de corpore solido, pro κνὶς, inserto ο. οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός

τε κόνις τε, I, 385, coll. 379, de infinita multitudine. ἤματι τῷ, ὅτε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους, N, 335, coll. 336, ubi κονίη est idem. χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν, Σ, 23, eamque χεύατο κατὰ κεφαλῆς, *streuete asche auf sein haupt, (strowed ashes on his head,)* coll. 25, μέλαινα τέφρη, niger cinis, nam αἰθάλη idem est quod ἡ τέφρα. et id faciebant antiqui in luctu summo, ut cinerem de foco arriperent, capitique suo superspargerent, πρὸς τύπον ἐπιταφίου κόνεως, quasi sepelirent se, et ad imaginem supremi cineris rogo superstitis. Sic et ω, 315. ἐν κόνι (per apocopen, pro κόνιϊ) ἄγχι πυρὸς, λ, 190, in cinere prope ignem. ut ergo appareat, κόνιν esse sæpe et, τέφραν. κόνιος αἱματοέσσης, pulveris sanguine rigati, N, 393. Π, 486. ἐν κόνι (pro κόνιϊ, per apocopen, non vero contractionem; nam ultima est brevis) ἐκτανύσας προπρηνέα, Ω, 18, in pulvere deponens pronum. πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι, antequam pulvis superfundatur vestigiis pedum ejus, Ψ, 764. Sed ἡ κόνις, ιδος, est ἡ περὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, ἡ φθειροποιὸς, ex qua pediculi nascuntur, ab ὁ φθεὶρ, pediculus; lendes, *nisse in den haaren, (nits in the hair;)* et quæ oritur ἐκ τῆς τῶν φθειρῶν ὀχείας, ex coitu pediculorum, ex quoova pariunt.

κονίσσαλος, ου. ὁ. (Κνάω) extra metrum et attice, κονίσαλος. est in Homero idem quod ἡ κόνις et κονία. sicut ab ἴκω, f. ἴξω, sit ἴξαλος, sic a κονίω, f. ίσω, fit κονίσαλος. κονίσσαλος ὤρνυτο ἀελλὴς, Γ, 13, pulvis excitabatur densus. Ἀχαιοὶ λευκοὶ ὕπερθε (in tota superficie ipsorum, *über und über) (all over)* γένοντο κονισσάλῳ, E, 503, i, e. τὸ ἐπιπίπτον τοῖς Ἕλλησιν ἐλεύκαινεν αὐτούς: τὸ δὲ εἰς οὐρανὸν (aërem) ἐγειρόμενον ἠμαύρου, (obfuscabat, ab ἀμαυρόω) τὸν ἥλιον, ὁποῖά (quasi) τι νέφος, coll. 506, 507, per νύκτα enim ibi indicatur ille densus pulvis a pugnantibus excitatus. τοῦ δ' ἦν ἑλκομένου κονίσσαλος, X, 401, cum ille traheretur, excitabatur per eum pulvis. notat ergo hæc vox excitatum densum pulverem, qui nonnunquam et ὁ πάτος dicitur. apud recentiores ὁ κονίσαλος erat et δαίμων τις, Priapo similis, .et ἐντεταμένος τὸ αἰδοῖον, vide Aristoph. Lys. 981.

κονίω, f. ίσω. (Κνάω) pulverem excito, pulvere conspergo. dicitur præsens et, κονίζω. εὐρὺ κονίσσουσιν (ob metrum duplicato Sigma futuri) πεδίον, Ξ, 145, latum pulvere excitato replebunt campum, sc. ἐν τῷ φεύγειν. ἐκόνισσε δὲ χαίτας, Φ, 407, pulvere fœdabat comas suas, Mars percussus et cadens. nam describitur ibi Mars pugnans cum Minerva, et ab hac superatüs. et h. l. superat ὁ μῦθος, ut non liceat hoc allegorice explicare. id ipsum fortasse ridet poëta in Minerva sua, 408, quod ipsius ἀλληγορία non possit esse perpetua, sed adsumere debeat quædam frustra ficta. κονίοντες πεδίοιο, sc. ἵπποι τρέχοντες, N, 820, i. e. κόνιν ἐγείροντες διὰ ἢ ἐπὶ τοῦ πεδίου ἢ πεδιάδος. notat ergo τὸν θερινὸν καιρὸν τῆς μάχης. κονίειν πεδίου est ergo, διὰ τῆς πεδιάδος κόνιν ἐγείρειν ἐν τῷ σπουδαίως θέειν: et intelligitur per hoc effectum, gressus celer, ut efficiens. ex hoc sensu tropico fit τὸ ἐγκονεῖν et τὸ διακονεῖν. sic et Ψ, 372, 449, Θ, 122, ubique de equis currentibus. τοῦ μὲν κεκόνιτο (pro ἐκεκόνιτο) κάρη ἅπαν, sc. Hectoris tracti per terram, X, 405, coll. 402, s. κεκονιμένοι ἔφευγον, oppleti pulvere, Φ, 541. hinc κονίω et κονίζω in genere etiam notat lino, oblino, inungo, unde κεκονισμένος est illitus, Theocr. Id. 1, 30.

κοντὸς, οῦ. ὁ. (Κέντω) contus, *ein staken, (a pole.)* est ὅπλον ναυτικὸν, instrumentum nautarum, quo, infixo in fundum aquæ, protrudunt navem. est a κέντω, ejusque præt. m. κέκοντα. non vero est instrumentum militare. λαβὼν περιμήκεα κοντὸν ὦσα τὴν νῆα παρὲξ, ι, 487, capiens valde longum contum protrusi navem inde. recentioribus est deminutivum, τὸ κοντάριον. Vide sub δόρυ, ad finem.

κοπρέω, f. ήσω. (Κόπω) stercoro, *ich dünge mit mist, (I apply manure.)* δμῶες τέμενος κοπρήσοντες, servi agrum stercoraturi stercore ex aula avecto, ρ, 299. idem dicitur et, κοπρεύω, i. e. κόπρον ἐπιβάλλω.

κόπρος, ου. ἡ. (Κόπω) fimus, stercus; lutum. *der mist, der koth, (dung.)* it. stabulum, *der stall, der viehhof, (stable, cow-house.)* quanquam hoc posteriori significatu quidam scribi jubent ἡ κοπρὸς, ut τὸ περιεκτικὸν (continens) differat etiam scriptione ab eo quod ibi continetur, i. e. a stercore. est quasi κοπερὸς, ab ὁ κόπος, labor fatigans: nam stercorandi labor inter molestissimos pariter ac sordidissimos pertinet. præterea notat quasvis minutas sordes, quas verrendo expurgamus: ut κόπτειν, contundere, comminuere, locum habeat. genus fœmininum vero ex dialecto Ionica obtinuit apud omnes. cæterum dicitur de omnibus animalibus, excepta sue, de qua dicitur ὑσπέλεθρος. μυκηθμῷ δ' ἀπὸ κόπρου ἐπεσσεύοντο νομόνδε, Σ, 575, vel, ut alii scribunt, κοπροῦ, et dicit sic τὴν τῶν βοῶν ἔπαυλιν, (nam de bubus in pascua agendis est sermo) ὡς ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος: πολλὴ γὰρ κόπρος ἔγκειται τοῖς βουστάθμοις. ubi ergo apparet anxiam differentiam inter κόπρος et κοπρὸς non esse morose quærendam. sic, βοῦς ἐλθούσας κατὰ κόπρον, ex pascuo in stabulum venientes, κ, 411, εἰς τὰ βουστάσια, *auf den vieh-und mist-hof, (into the cattle yard.)* κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, Priamus volutans se præ luctu in cœno et immunda terra, X, 414. sic Ω, 164, ἀμφὶ δὲ πολλὴ κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι τοῖο γέροντος, ἥν κυλινδόμενος καταμήσατο (collegerat, *zusammengeraffet,* [*collected,*] et sic insperserat sibi) χερσὶν ἑῇσι. et 640, αὐλῆς ἐν χόρτοισι (intra sepimentum aulæ sub dio) κυλινδόμενος κατὰ κόπρον, *im unreinen staube, (in the dirt.)* conf. κεφαλή. κατακρύψας ὑπὸ κόπρῳ, occultans id sub stercore, ι, 329, ubi quidam ἀττικώτερον scribunt, ὑπὸ κόπρου, sic, φέρειν ὑπὸ κόλπου, ὑπὸ μάλης. ἐν πολλῇ κόπρῳ ἔκειτο, ἥ προπάροιθε θυράων, ἡμιόνων τε βοῶν τε, ἅλις κέχυτο, ρ, 297, ubi sermo est de cane ve-

tulo, in stercore in aula sub dio cubante. et 306, κύων ὅδε κεῖται ἐνὶ κόπρῳ, quod indignabundus dicit, de cane tam præstante olim.

ΚΟ'ΠΩ, per usum ΚΟ'ΠΤΩ, f. όψω. tundo, *ich klopfe, (I knock.)* cædo, *ich haue, (I hew,)* seco, *ich schneide, (I cut,)* comminuo, *ich stampfe, (I pound,)* contundo, *zerhacke, (I hack in pieces.)* est verbum factum ex sono tundendi et cædendi. ἔκοπτε δεσμοὺς, cudebat fabrili opera clavos, Σ, 379, ubi κόπτειν est, ἐλαύνειν, σφυροκοπεῖν, malleo tundere et fingere, τὰ εἰς δεσμὸν ἀγγείου χρήσιμα. sermo est de Vulcano, elaborante pocula. de eodem, fabricante vincula, quibus Martem et Venerem irretiret, Θ, 274. ἔκοπτε τόξῳ, percutiebat equos arcu, loco scuticæ, K, 513. χεῖρας καὶ πόδας ἔκοπτον, χ, 477, abscidebant ei manus et pedes, *hieben ihm ab, (cut off.)* ex quibus duobus locis vides, κόπτειν posse et mollius et sævius fieri. sic, ἔκοψεν αὐτὸν κατὰ στῆθος, de dracone, vulnerante aquilam, M, 204, *stach ihn in die brust, (stung him in the breast:)* ut ergo sit h. l. πληγὴν μετὰ τραύματος ἐπέθηκεν αὐτῷ. alibi simpliciter esse potest pro, τύπτειν, vel pro κρούειν, e. c. κόπτειν τὴν θύραν, pulsare januam. κεφαλὴν ἀπὸ δειρῆς κόψεν, caput a cervice abscidit, N, 203, *hieb ihm den kopf ab, (cut off his head.)* hinc in pugna victi dicuntur κατακοπῆναι, cædi, a recentioribus. κόψε δὲ παρήϊον, percutiebat eum quod attinet maxillam, Ψ, 690, ubi sermo est de pugilibus. et 726, κόψε ὄπιθεν κώληπα, percussit pone poplitem, de luctatoribus. κόψε δὲ ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυὸς, ξ, 425, percussit sublata manu porcum segmine quercus, *mit einem scheite eichen-holzes, (a billet of oak-wood.)* ἔπληξεν, ὡς ἐπὶ συγχύσει τοῦ ἐγκεφάλου. nam hic erat antiquus mos mactandi porcum. positum ergo ibi verbum ἐπὶ σφαγῆς. sic de bove mactando, P, 521, κόψας ἐξόπιθεν κεράων, percutiens eum post cornua. σκηπανίῳ αὐτοὺς κεκοπὼς, N, 60, ubi Neptunus molliter percutit eos heroas, ut fiant fortiores et animosiores. est particip. præt. m. κέκοπα, et κέκοφα, unde et quidam h. l. scribunt κεκοφώς. quanquam κέκοφα est regularis forma præt. act. σὲ ἀμφὶ κάρη κεκοπὼς χερσὶ, σ, 334, ubi de pugilatu est sermo. et 28, κόπτων ἀμφοτέραισι, sc. χερσὶ, percutiens ambabus manibus ad utramque aurem. κόπτοντες δούρεσσι, ferientes hastis, Θ, 528, πλήττοντες τοὺς πολεμίους. κεφαλὴν δ᾽ ὅγε κόψατο χερσὶν, X, 33, senex Priamus in summo luctu percutiebat sibi ipse caput manibus. hinc postea κόπτεσθαι poni cœpit pro πενθεῖν, καὶ ἐπὶ θρήνου, plangere caput vel frontem vel pectus in luctu. communiter κόπτειν notat διαίρεσίν τινα, dissectionem et comminutionem; deinde est et pro κρούειν, *klopfen, (to beat.)* hinc est τὸ πληκτικὸν κόπανον. et ἡ κοπὶς, ίδος, gladius Persicus, acinaces.

κόραξ, ακος. ὁ. (Κρῶ) corvus, a sono suo sic vocatus; *ein rabe, (a raven.)* Proverbium est: βάλλε ἐς κόρακας. et hinc est τὸ, σκορακίζειν, i. e. ἐς κόρακας βάλλειν vel πέμπειν. eadem forma dicitur σκερβόλλω vel σκερβολέω, i. e. ἐς κέαρ βολέω vel βάλλω, mordacibus verbis appeto aliquem. παρὰ Κόρακος πέτρῃ, ν, 408, ubi est nomen proprium, apud Corvi petram, quam vide in R. Κορακόσπετρα. Vide sub κρώζω et ἀργός.

κόρδα, ἡ, vide sub χορδή.

κορέω, f. έσω et ήσω: (Κέρω) sed variante significatu. nam κορέω, f. ήσω, est, verro, purgo verrendo, *ich kehre, fege, (I sweep.)* it. abigo, *ich kehre ab, (I drive away:)* ut in illo veteri cantico, ἐκκόρει κόρη κορώνην. τὸ κόρημα est purgamentum, it. scopæ, Aristophan. Pax, 58, κατάθου τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα, depone scopas, ne verre et vasta Græciam. sed κορέω, f. έσω, est, satio cibo, *ich sattige, gebe zehrung, (I satisfy with food.)* it. curo, tueor. etsi tamen et forma in ήσω nonnunquam ad hanc alteram notionem trahatur. cæterum manifesto est a κέρω, ejusque præt. m. κέκορα. proprie τὸ κορεῖν, satiare, ἐπὶ ἀλόγων ζώων dicitur, de brutis, quæ herba et pabulo saturantur. Τρώων κορέει κύνας ἠδ᾽ οἰωνοὺς, P, 241, pascet corpore suo Trojanorum canes et volucres carnivoras. sic, κορέει, Θ, 379. et κορέεις, N, 831, utroque loco præsens pro futuro: nisi contendas esse futurum secundum; sed prius præstat, utpote pro certo futuro positum præsens. πολλοὺς ἂν κορέσειε, Π, 747, multis cibi affatim parare posset. in forma *media* est, satio me, satior; nec de cibariis tantum, sed et de molestia et labore. ἐπεί τ᾽ ἐκορέσσατο χεῖρας, τάμνων δένδρεα, Λ, 87, ubi est duplex ellipsis, pro, ἐκορέσατο πόνου κατὰ χεῖρας, cum satiatus est labore, quod attinet manus: et id ad differentiam τοῦ, κατὰ προθυμίαν, quod attinet studium et cupiditatem; hæc enim προθυμία potest esse non satiata, etsi manus sunt lassatæ. Sed, Λ, 561, ἐκορέσατο φορβῆς, satiatus est pastu asinus. ἐπεὶ κλαίουσα κορέσσατο (Sigma duplex ob metrum) ὃν κατὰ θυμὸν, υ, 59, *da sie sich satt geweinct, (after having wept to her heart's content.)* τῷ κε κορεσσάμεθα κλαίοντες, tunc sane ad satietatem flevissemus, X, 427. ἀνὴρ οἴνου κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς, T, 167. φυλόπιδος κορέσασθαι, pugnando saturari, N, 635. κρειῶν κορέσσαιατο, pro κορέσαιντο, ξ, 28, carnibus saturarentur. et 46, σίτου καὶ οἴνου κορεσάμενος, satiatus cibo et vino. ἐπεί κε κύνες κορέσωνται, X, 509, quando canes saturati fuerint corpore ejus, *wenn die hunde sich werden satt gefressen haben an ihm, (when the dogs have had their fill of him.)* ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται, κ, 411, postquam herbis satiatæ fuerint. ἐπεὶ κλαίων κορέσθην, cum satietas flendi cepisset me, δ, 541. κ, 498. δαιτὸς κεκορήμεθα, Θ, 98, satiati sumus epulis quod attinet appetitum edendi. ubi vides, verbum κορέω, f. έσω, etiam in quibusdam temporibus habere η loco ε. nam præt. perf. a. est κεκόρηκα, perf. pass. κεκόρημαι, maxime in poësi, ut tres vocales breves vitentur. κεκορήμεθα ἀέθλων, ψ, 350, satiati sumus certando. οὔπω κεκόρησθε; nondum saturi es-

tis? Σ, 289, *habt ihrs noch nicht satt, (are ye not yet satisfied?)* hinc est ὁ ἡ ἀκόρητος. σίτου καὶ κρειῶν κεκορημένοι, ξ, 456. ἄμφω κεκορηότε ποίης, σ, 371, ambo saturati herba, pro κεκορηκότε, dual. particip. præt. act. ab *altero* illo κορέω, f. ήσω, verro, purgo, sunt: δῶμα κορήσατε, verrite conclave, υ, 149, σαρώσατε, καλλύνατε: nam scopæ deradunt sordes. hinc τὸ κόρημα est τὸ σάρον, δι' οὗ φιλοκαλεῖται γῆ; *der besem, (the besom.)* hinc est et ἡ κόρη, quæ proprie est ἡ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρὰ, virgo pura; deinde in genere, juvencula munda et nitida: etiam τὸ τῆς ὄψεως διειδὲς dicitur κόρη, *der augapfel und das darin sich præsentirende kleine bild, (the pupil of the eye and the image that appears in it.)* ὁ νεωκόρος est, qui templum verrit et purgat. imprecatio illa, ἐκκορηθείης, est, ὡς κάθαρμα ἐκβληθείης. τὸ σάρον vel σάρωτρον dicitur et τὸ ὄφελμα, ἐν ἀντιφράσει ut videtur: non enim ὀφέλλονται, i. e. αὔξονται, τὰ σαρούμενα, nam σάρον aufert potius aliquid. verbum σαρόω, f. σαρώσω, est a σαίρω: a quo et sunt σήραγγες γῆς, rictus et hiatus terræ; et σεσηρέναι (infin. præt. m. σέσηρα) ringi; et χείλη σεσηρότα, quando dentes nudantur. ab hoc κορέω, f. ήσω, dicit comicus, ἐκκορεῖν Ἑλλάδα, i. e. ἐκκενοῦν καὶ καθαίρειν, ὡς εἰ καὶ ἐσαροῦτο, κατὰ τὰς φιλοκαλουμένας οἰκίας.

κόρη, et ionice κούρη, ης. ἡ. (Κέρω) puella, νεᾶνις, *eine junge dame, eine junge tochter, ein mägdchen, (a girl, young damsel, a maiden.)* dicitur de virgine et non virgine, modo sit adolescens et vegeta. dorice est ἡ κώρα, et hoc nomine proprio vocabatur apud Syracusanos et Siculos Proserpina. ἠΰτε κούρη νηπίη, Π, 7, seqq. ut infans puella; ubi parabola de ea. ἴεν πόλεμόνδε ἠΰτε κούρη, Β, 872, ubi elegantia nimia in vestitu notatur. πατρὸς ἐφέζετο γούνασι κούρη, Φ, 506, Diana. κούρης Χρυσηΐδος ἄποινα, Α, 111, liberationis pretium pro filia Chryseide. εἵνεκα κούρης οἴης, ob unam puellam tanta ira, Ι, 633. sic Τ, 58. nam ibi quoque erat cunnus deterrima dissidii causa, inter Achillem et Agamemnonem. Φοίνικος κούρης, Ξ, 321, filiæ Phœnicis, i. e. Europæ. Διὸς κούρης, Υ, 105, Veneris. sic, Διὸς κούρη, filiæ Jovis, Ι, 532, Dianæ. et 553, Μαρπίσσης. Sed Κ, 296, Minervæ. Βρισηΐδι, Τ, 261. γλαυκώπιδι, Ω, 26, Minervæ. ἑλικώπιδα κούρην, Α, 98, formosissimam filiam. et 275, μὴ σὺ τόνδε ἀποαίρεο κούρην, ne tu huic aufer puellam suam: ex quo apparet, non præcise παρθένον sic dici; erat enim concubina. τέκες ἄφρονα κούρην, Ε, 875, ubi conf. ἄφρων. κούρην Βρισῆος, Ι, 132, filiam Brisei. sic et 274. et 388, κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος, filiam ejus non ducam. κούρην Πριάμου νόθην, Ν, 173. κούρην, i. e. Briseidem, causam magni mali, Π, 56. et 85, περικαλλέα, de eadem. sic et Σ, 444. Μοῦσαι, κοῦραι Διὸς, filiæ, Β, 598. sic, Νύμφαι, Ζ, 420. ἀριστήων, Ι, 396. et 498, Διὸς, λιταὶ, supplicationes, filiæ Jovis; quas 504, quoque vocat κούρας Διὸς, et 509, κούραις Διὸς, κουράων, filiarum, Ζ, 247, ubi et nuptæ filiæ sic vocantur, ἐν ἡλικίᾳ νέᾳ. κούρη Ἰκαρίου, filia Icarii, Penelope, quæ honoris causa sic appellatur, α, 329. π, 435. σ, 244, 284. sic, κούρη Διὸς Ἀθήνη, β, 296. ν, 318. Διος γλαυκώπιδι κούρη, β, 433, et omisso Διὸς, ω, 517. et 520, Διὸς κούρη. ex quibus locis satis apparet τὸ honorificum hujus nominis κούρη. sic et, ᾧ ἔνι κούρη κοιμᾶτο, *die princesse, (the princess,)* ζ, 15, 20, 22, 46, 74, 78, 147, 223, 237. σὺ μὲ ἐβιώσαο, κούρη, tu me vivere fecisti, O princeps juvenis puella, θ, 468. κούρη εἰμὶ Ἀρύβαντος, sum filia illius, ο, 425. Πανδαρέου κούρη, τ, 518. Πανδαρέου κούρας, υ, 66, 74, 77. κυνώπιδος εἵνεκα κούρης, θ, 319, ubi Vulcanus sic vocat infidam sibi Venerem, filiam Jovis. εἵνεκα Νηλῆος κούρης, ob filiam Nelei, ο, 233. κούρης δαῖτα φίλοις, σ, 278, cognatis sponsæ epulum. ἰφθίμη κούρη Ἰκαρίου, δ, 797, Penelopæ. sic, ἀμύμονι, ω, 194. ὑδρευούσῃ, κ, 105, seqq. ubi de filia principis, aquam petente, est sermo. Τυνδαρέου κούρη, Clytæmnestra, ω, 198. υἱέϊ δὲ Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην, δ, 10, filio ducebat conjugem filiam illius. εὐώπιδα κούρην, formosam puellam, Nausicaam, ζ, 114, 142. et η, 303, ἀμύμονα. ὁπλοτάτην, natu minimam filiam, λ, 282. et 321, Μίνωος, Ἀριάδνην καλήν. Νύμφαι, κοῦραι Διὸς, ι, 154. ζ, 105. et 135, κούραις εὐπλοκάμοις, puellis virginibus pulcris. sic et 222, coll. 217, 218, nam τὰς ἀμφιπόλους Nausicaæ sic appellat. omnis νεότης διὰ ἀπειρίαν plerumque ἔμφοβός ἐστι, ἡ δὲ θήλεια μᾶλλον, μάλιστα δὲ αἱ ἐν τρυφῇ, διὰ τὸ ἄηθες καταπλήττονται: et tales erant puellæ istæ: sed Nausicaa heroina οὐδὲν ἀγεννὲς ἔπαθεν, διὰ σύνεσιν: hinc Minerva ei animum addidisse dicitur. Νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διὸς, ρ, 240. nam Nymphæ sunt humiditates terræ, et eæ veniunt a pluviis, Jupiter vero est aër, ex quo pluviæ decidunt. ἁλίου γέροντος, ω, 58. κουράων θῆλυς ἀϋτὴ Νυμφάων, ζ, 122. item ἡ Κόριννα est deminut. ab ἡ κόρη. Vide sub κορέω.

κόρης, ητος. ὁ, et ionice κούρης, ητος. (Κέρω) juvenis, idem qui ὁ κοῦρος. fuit et nomen proprium gentis, quod tamen οἱ Κουρῆτες scribitur. conf. R. κούρητας ἀριστῆας παναχαιῶν, Τ, 193. et 248, κούρητες Ἀχαιῶν, coll. 238, seqq. nam isti juvenes erant οἱ Νεστορίδαι, et quidam alii principes juventutis.

κορθύω, f. θύσω. (Κάρα) est idem quod κορύσσω, caput galeâ armo; armo; extollo, concito. ab ἡ κόρυς, υθος, fit κορύθω, et transposite κορθύω. galeo, armo, effero caput, efferre et extollere facio caput. κῦμα κελαινὸν κορθύεται, i. e. κορυφοῦται, unda nigra extollitur, caput suum extollit, Ι, 7, *die welle hebet sich, (the wave rises.)* sic alibi: Ἀμφιτρίτης κορυσσομένης, mari galeante quasi se et capita sibi faciente, *wenn das meer erhabene wellen zu werfen anhebet, (when the sea begins to rise into lofty waves.)* hinc est ἡ κόρθυς, υος, cumulus elatus et cacuminatus, acervus. verbum scribitur alibi et κορθύνω. hinc est ἡ κόρθυς, υος, acervus, Theocr. Id. 10, 46, ὁ σωρός.

κορμὸς, οῦ. ὁ. (Κείρω) stirps, truncus. *der stamm am baum, (the trunk of a tree.)* κορμὸν δὲ ἐκ ῥίζης προταμὼν, truncum ad radicem cædens, ψ, 196, sic tamen cædens, ut staret. Vide sub ΚΈΡΩ, φιτρὸς, et Λᾶας.

κόρος, ου. ὁ. (Κείρω) satietas; plerumque plena usque ad fastidium: sæpe tamen et simpliciter. nam τῷ κόρῳ opponitur ἡ ἔνδεια. πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, omnium nos satietas capit, Ν, 636, *man bekömmet alles satt, (have all had our fill.)* αἶψα φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποις, Τ, 221, celeriter pugnæ fit satietas hominibus, *bekommen des fechtens bald satt, (have had enough of fighting.)* αἰψηρὸς κόρος γόου, δ, 103, luctus satietas celeris est. proprie de ventriculo ponitur hæc vox; metaphorice et de animo. Vide sub γόος, et ΚΈΡΩ.

κόρος, et ionice κοῦρος, ου. ὁ. (Κείρω) adolescens. dorice dicitur κῶρος. est cum ὁ κόρος, satietas, ejusdem originis: nam juvenilis ætas satiata velut est viribus et succo vivido: ὁ νέος. pro ὁ κόρος, satietas, οἱ Ἴωνες nunquam dicunt κοῦρος, sed hanc formam soli τῷ νέῳ servant, ut vitent ὁμωνυμίαν τὴν κατὰ συνέμπτωσιν τῶν ὁμοφώνων. cæterum nonnunquam κοῦρος etiam notat, infantem marem. hinc de admodum puero Hercule ludibundo dicit Theocr. Id. 24, 57, quod id fecerit κωροσύνῃ, puerili gesticulatione et lætitia: pro κουροσύνῃ, dorice. εἰ τότε κοῦρος ἔα (eram) νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει, Δ, 321, ubi oppositio apparet. κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικὼς, Ω, 347, juveni principi. μηδὲ ὅντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι, Ζ, 59, nec quemcunque masculum mater in utero portet: nam sæpe in captis urbibus omnes mares interficiebantur; et h. l. est hyperbole, ut ne in utero quidem latentes pueri relinquantur vivi. κοῦροι Ἀχαιῶν, juventus Græca, milites, Α, 473. Β, 562. Γ, 82, 183. Ξ, 505. Ρ, 758. Χ, 391. ω, 54. Βοιωτῶν, Β, 510. et 551, Ἀθηναίων. κοῦροι κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο, juvenes implebant crateras potu, Α, 470. Ι, 175. α, 149. γ, 339. φ, 271, nam juniores ministrabant senioribus, conf. νέος. et hi accurate id ministerium obire debebant, ne quid sordium poculis adhæresceret, etc. hinc ænigmatice, ex nominibus heroicis, dictum: οἰνέα μὴ πηλέα ποίει, vini ministratorem ne constitue lutosum, *mache keinen dreckmann zum weinschenk, (make not a tapster of a nightman:)* noti vero sunt heroës, ὁ Οἰνεὺς καὶ Πηλεὺς, ad quorum nomina propria appellative alluditur. αἰδὼς Ἀργεῖοι κοῦροι νέοι, Ν, 95, ubi νέοι emphatice additum. ὁπότε κοῦροι ἐρίσειαν, quando adolescentes certent, Ο, 284, ubi ostendit, juvenes πρὸς ὁμογενεῖς καὶ ὁμήλικας in certamine debere comparari, non vero ad seniores. κοῦροι ὀρχηστῆρες, Σ, 494. κούρων θηρητήρων, Ρ, 726. ἐλκόντων, Υ, 405. κούροις ἐπιτέλλομαι ταῦτα, Ι, 68. θ, 40. δυώδεκα κούρους, Φ, 27. πεντήκοντα, Δ, 393. Καδμείων, Ε, 807. κοῦρον Ζήθοιο, τ, 523. κοῦροι, ἐμοὶ μνηστῆρες, ubi est honorificum nomen, *junge herren, (young gentlemen,)* β, 96. π, 141. ω, 150. sic et simpliciter κοῦροι, ρ, 174, honoris nomine. κοῦροι ἕποντο, δ, 643, 652. χρύσειοι, η, 100, auratæ statuæ juvenum, loco lychnuchorum. et 328, κοῦροι, ἀναρρίπτειν ἅλα πηδῷ. κοῦροι πρωθῆβαι, θ, 262. et 379, ἐπελήκεον, applaudebant. κεκριμένοι, electi, π, 248, 249, ubi proci enumerantur. κούρω δύω, θ, 35. χαίρετον ὦ κούρω, ο, 151. ἄριστος κούρων, χ, 30. sic, ἄριστοι, ψ, 122. hinc est κορίζομαι, blande appello puerulum, Aristoph. Nub. 68.

κόρση, ης. ἡ. et attice κόῤῥη, ης, ἡ. (Κείρω) tempus, pars capitis, *der schlaf, (the temples.)* it. pars genæ superior. ad aures. fit a κορέω, verro, lævigo. hinc fit ὁ κρόταφος, nam a κόρση est per metathesin κρόση, et cum paragoge κρόσαφος, attice κρόταφος, qui idem notat quod ἡ κόρση. nec insolentes sunt istæ paragogæ in αφος et αφιον. nam sic a χρυσὸς fit τὸ χρυσάφιον, a ξύλον ξυλάφιον, ab ἔδος ἐδάφιον, etc. κόρσην βάλεν αὐτὸν δουρὶ, Δ, 502, feriit eum hasta, quod attinet illam partem capitis, *traf in an die seite des hauptes, (struck him on the side of the head.)* κόρσην ἤλασε ξίφει, Ε, 584. Ν, 576. sic Atticis est, κατὰ κόῤῥης, ἢ ἐπὶ κόῤῥης, sc. πληγὴ ἢ ῥάπισμα, τὸ εἰς σιαγόνα ἢ κρόταφον. Theocr. 14, 34, πὺξ ἐπὶ κόῤῥης ἤλασα, i. e. πυγμῇ τὴν σιαγόνα αὐτῇ ἔπαισα. nam κόῤῥη est et ἡ γνάθος. imo *totum caput* iis κόῤῥη dicitur: unde est τὸ δίκοῤῥον ἢ δίκορσον, i. e. δικέφαλον. iisdem ἡ κόῤῥη est et, puella, κόρη. notat et capillum; unde est ὁ ψιλοκόρσης, ου, raro capillo, apud Herodian. IV, 8, 13, capite paucis capillis vestito. Vide sub κρόσσαι.

κορυθάϊξ, ϊκος, ὁ ἡ. (Ἄω) est idem quod κορυθαίολος, ὁ, i. e. qui galeam quassat et movet, i. e. strenuus bellator, huc illuc irruens et hôc suo motu galeæ cristas varie movens. κορυθάϊκι Ἐνυαλίῳ ἶσος, impetuoso Marti par, Χ, 132.

κορυθαίολος, ου. ὁ ἡ. (Ἕλω) qui galeam capiti impositam huc et illuc circumagit et vertit. est epitheton ardentis et animosi ducis in prœliis *der seinen helm mit dem kopfe munter hin und her wendet, (briskly turning his helmetted head first one way and then another.)* simul ἀπὸ τῆς κόρυθος, ut a parte, omnia arma simul intelliguntur, ut sit, ὁ αἰόλος, i. e. ταχὺς, εἰς μάχην μετ' ὅπλων, εὐκίνητος ἐν πολέμοις, ut notetur peculiaris et singularis quidam ardor et impetus animi in imperando et pugnando. μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ, Β, 816. Γ, 83, 324. Ε, 680, 689. Ζ, 342. Μ, 230. Ο, 246, 504. Χ, 232, 249. Ἄρης, Υ, 38. Vide sub πήληξ, et Ἕκτωρ in R.

κόρυμβος, ου. ὁ. (Κάρα) et in plurali τὰ κόρυμβα. vertex crassus elatus, τὸ ἐξέχον, τὸ ἄκρον. *der rand, die kuppe, (the top, summit.)* in Herodoto sunt et montium κόρυμβα, cum dicit, τοῦ ὄρους κόρυμβος, i. e. κορυφὴ, vertex montis. est ergo a τὸ κάρα. κόρυμβα νηῶν ἀποκόψειν, Ι, 241, rostra navium se abscissurum esse, in signum victoriæ reportatæ, et ut ea in

templo aliquo reponat; sicut postea Romæ in fori parte factum. sunt ergo ἐξοχαὶ in prora navium. deinde et caules asparagi, imo et rami arborum elati, sic dicuntur. denique est capillus fœminarum ornatus in altum. apud Æschyl. in Pers. 661, invocatur anima mortui: ἐλθὲ ἐπὶ ἄκρον κόρυμβον ὄχθου, accede ad extremam oram tumuli et sepulcri, ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐξοχὴν καὶ περιωπὴν τοῦ τάφου.

κορύνη, ης. ἡ. (Κάρα) est πᾶσα ῥάβδος κεφαλωτὴ, clava, lignum oblongum in altero fine crassius. deinde in re militari est telum ferreum eadem figura, *ein streitkolben, (a baton.)* dicta est παρὰ τὴν κάραν ὅθεν καὶ ἡ κόρυς. *eine keule, (a club.)* ejusmodi clava erat et lignea, sic, ut inferior et crassior pars esset ferrea: unde ab hac parte dicebatur σιδηρείη κορύνη. poterat tamen et tota esse ferrea. σιδηρείη κορύνη, Η, 141, 143. poteris eam melius imaginari, si cogites, veretrum equi aut asini quoque dici κορύνην: clava capitata quasi. clava lignea pastoritia vocabatur τὸ λαγώβολον, Theocr. 7, 128, coll. 18, s.

κορυνήτης, ου. ὁ. (Κάρα) qui ejusmodi clava armatus est et pugnat. Η, 9, et 138, seqq. claviger. et est prædicatum nobilis bellatoris.

κόρυς, υθος. ἡ. (Κάρα) galea capiti imponenda vel imposita. est manifesto a τὸ κάρα, caput. οὐκ ἔσχεθεν χαλκείη κόρυς, non sustinuit ictum ferrea galea, Μ, 184, coll. 183. Υ, 398, 397. κόρυς κόρυν, galea galeam, sc. tetigit in dense stantibus ordinibus militum, Ν, 131, coll. 805, s. Π, 215, s. ἐπ' αὐτῷ ἀσπὶς ἑάφθη καὶ κόρυς, Ξ, 420, scutum est secutum, et galea. ἱπποδάσεια κόρυς, galea pilis equinis superne ornata, ad terrorem hostium, et ad galeam eo magis muniendam adversus ictus, Ρ, 295. sic ἱπποδασείης, Δ, 459. Ζ, 9. Ν, 614. Γ, 369, ubi hic ornatus creabat domino suo periculum: nam hostis eum arripuit manu. χαλκήρεος ἱπποδασείης, Ο, 535. λόφον ἱππιοχαίτην, δεινὸν (i. e. δεινῶς,) νεύοντα ἀπὸ ἀκροτάτης κόρυθος, Ζ, 469, s. πλῆξε κόρυθος φάλον, Γ, 362. ἱπποκόμου, Π, 338. ἔδαιε πῦρ ἐκ κόρυθος, i. e. galea valde polita erat, Ε, 4. παμφανόωσαν κόρυθα ἀφείλετο κρατὸς, Ζ, 473. ἐμῆς κόρυθος μέτωπον, ἐγγύθι λαμπομένης, Π, 70, frontem galeæ meæ ex propinquo splendentis, i. e. partem κόρυθος ad frontem Achillis jacentem. γυμνὸν, ἄτερ κόρυθος, Φ, 50. διὰ χαλκοπαρήου, ω, 522. ἐν κόρυθι βριαρῇ, Π, 413, 579, i. e. ἔσω κόρυθος. νευστάζων βριαρῇ, Υ, 162. ἐπένευε φαεινῇ τετραφάλῳ, καλαὶ δὲ περισείοντο ἔθειραι χρύσεαι, Χ, 314, s. ἀπὸ κρατὸς κόρυθα εἵλετο, Ζ, 472. et 494, ἵππουριν. ἄκρην κακκόρυθα, pro κατὰ κόρυθα, Λ, 351, coll. 352. s. et 375, βριαρήν. sic et Σ, 610. Χ, 112. κόρυθα κροτάφοις ἀραρυῖαν, Ν, 188. ἀφείλετο, Ο, 125. ἠ κόρυθα, Υ, 289. κόρυθες αὖον (neutrum adverbialiter) ἀμφαῦτευν βαλλόμεναι, Μ, 160. ψαῦον (attingebant se) ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖς φάλοις, Ν, 132. λαμπρὸν γανόωντες, Ν, 265. ὡς ἄραρον κόρυθες, Π, 214. et 216, ψαῦον. ταρφειαὶ λαμπρὸν γανόωσαι, Τ, 359. nam loco paullo ante citato erat γανόωντες, quia versui simul inerant θώρηκες. αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων, Ν, 342. κορύθεσσι πεφρικυῖαι στίχες, Η, 62. κεφαλὰς παναίθαις κορύθεσσι κρύψαντες, Ξ, 372, nam ab αἴθὸς, ardens, fulgens, est πάναιθος, totus ardens. λαμπρυῖς, Ρ, 269. οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας, Ν, 714. ἰσφόρεον κόρυθας, τ, 32. κόρυς dicitur et τὸ κράνος, εος, galea.

κορύσσω, f. ύσω. (Κάρα) armo galea caput. deinde, ab hac parte in genere, armo, *ich rüste, (I arm.)* denique et, extollo, concito. apud Atticos κορύσσειν vel κορύττειν dicitur pro κερατίζειν, cornu ferire. quod idem dicitur κορύπτειν, Theocr. Id. 3, 5. πόλεμον κορύσσων, Β, 273, ubi πόλεμος, pugna, est personificata, ut sit, pugnam armans et instruens, i. e. λαοὺς εἰς πόλεμον. ἐκόρυσσε (ὁ ποταμὸς) κῦμα ῥόοιο, ὑψόσε ἀειρόμενος, Φ, 306, galeavit fluvius fluctum fluenti sui, in altum extollens se. ubi vides, κορύσσειν esse quasi, capita facere; fluctus autem sunt quasi capita super planitiem aquæ elata. sic, κῦμα θαλάσσης, πόντῳ μὲν πρῶτα κορύσσεται, Δ, 424, galeatur primum unda maris, extollens se primum in æquore. et 442, de Eride, ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, effert et extollit caput primo parva; sicut unda maris, incipiente tempestate, primum est parva. τί ποτε οὕτως κορύσσεαι; Κ, 37, cur tandem sic galearis, i. e. armaris? ἐν μέσσοισι κορύσσετο Ἀχιλλεὺς, inter eos galeabat, i. e. armabat se ille, Τ, 364, induebatur armis. Αἴας κορύσσετο χαλκῷ, Η, 206. sic, Πάτροκλος, Π, 130. τὼ δὲ κορυσσέσθην, Δ, 274, armabant se ambo. τεύχεσι κορυσσόμενον, indutum armis, Ρ, 199. ἢν γὰρ δηθύνῃς, κορυσσόμενος, παρὰ πέτρῃ, si enim moraberis apud petram, armans te, μ, 121, quod opponitur fugæ celerrimæ, 120. κορύσσαμενος, duplici Sigma ob metrum, Τ, 397, armatus. δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ, Γ, 18, pro κεκορυσμένα, mutato Sigma euphonice in θ, sicut ὁ μηνιθμὸς dicitur pro μηνισμὸς, ira, a μηνίω, f. ίσω, iram foveo. præterea, quemadmodum ἀνὴρ κεκορυθμένος est ὁ κόρυν ἔχων περὶ τὴν κεφαλὴν, sic τὸ δόρυ στρατιωτικὸν, hastile militare, τὸ ἔχον ἄνω, οἷα κόρυν χαλκῆν, τὴν ἀπὸ σιδήρου ἐπιδορατίδα, καταφράσσουσαν τὸ ξύλον ἀσφαλῶς, ὡς καὶ ἡ κόρυς τὸν μαχητήν. illa vero ἐπιδορατὶς, superior ferrea pars in hastili, κυρίως dicitur ἡ αἰχμὴ, cuspis. denique, hastile est armatum cuspide, sicut miles armis suis. κεκορυθμένος χαλκῷ, armatus ferro, Δ, 495. Ε, 562, 681. Ρ, 3, 87, 592. Υ, 111, 117. φ, 434. χ, 125. sic κεκορυθμένοι χαλκῷ, Ν, 305. ἔγχος κεκορυθμένον, sc. χαλκῷ, Π, 802. et Λ, 43, ubi plene exstat, δοῦρα κεκορυθμένα χαλκῷ.

κορυστὴς, οῦ. ὁ. (Κάρα) galeatus insigniter. in genere, armatus, bellator nobilis. nam hæc vox excellentiam in re militari notat. ἄνδρα κορυστὴν ἐσθλὸν, Δ, 457. Θ, 256. Π, 603. δύω κορυστὰ, Ν, 201. Σ, 163.

κορυφὴ, ῆς. ἡ. (Κάρα) vertex capitis. deinde

et, vertex montis, et quodvis summum. est a τὸ κάρη, cum paragoge. ἄκρην κακκορυφὴν, pro κατὰ κορυφὴν, ad summum verticem, ad summam frontem, de equo, Θ, 83. ἐπὶ κορυφῆς ἀκροτάτης, in summo vertice montis, Ν, 12. Ξ, 157. ἀπὸ ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος, Π, 297, 144. ἐκ κορυφῆς Πηλίου, Τ, 391. ὄρεος, β, 147. ἀκροτάτῃ κορυφῇ Ὀλύμπου, Α, 499. Ε, 755. Θ, 3, et est ablativus. ὄρεος κορυφῇ, Ν, 179. ὀξείῃ, de petra, μ, 74. et 76, κορυφὴν αὐτοῦ οὔποτε ἔχει αἴθρη, serenitas. ὅσην τ' ὄρεος κορυφὴν, κ, 113. πόδες καὶ κορυφαὶ Ἴδης, Υ, 60. οὔρεος ἐν κορυφῇσι, Β, 456. νότος κατέχευεν ὀμίχλην, Γ, 10, nam in verticibus montium nebulæ sunt frequentes. λέοντες ὄρεος κορυφαῖς ἐτραφέτην, Ε, 554. αὐτὸς ἐν κορυφαῖς καθέζετο, Θ, 51. Λ, 183. ὄρεος κορυφαῖς, Π, 757, 824. Ἴδης, Χ, 171. ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς, Μ, 281. ἀκροτάτας, Ξ, 228. ὀρέων ἐφέποντες, ι, 121. ὁ κορυφαῖος hinc est, qui loca excelsa obtinet speculandi causa, et late prospicere potest. et in genere, in summo positus, nobilis, primarius. Herodot. VI, 23, f. unde est ὁ κορυφαιότατος, in supremo collocatus.

κορυφόω, f. ώσω. (Κάρα) in verticem formo, attollo in altitudinem, consummo. κῦμα κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, Δ, 426, fluctus tumidus attollitur.

κορώνη, ης. ἡ. (Κρῶ) proprie est, cornix, *eine krähe, (a crow,)* ζῶον illud, cujus variæ sunt species. et est a κράω, sono durius, *ich kraze, (I scratch,)* quasi κρώνη. deinde omne ἐπικεκαμμένον, curvum vel rotundum, dicitur κορώνη, unde et Latinorum corona est. in specie sic dicitur ὁ κρίκος ἢ τὸ κρικίον, in januis, curvum illud manubrium quo janua attrahitur, vel et marculus quo janua pulsatur. etiam cornua arcus extrema sunt κορῶναι, ubi nervus alligatur. omnia hæc inde, quia ἡ κορώνη, ζῶον, habet εὐλύγιστον τὸν τράχηλον: et proprie hoc nomen est cornici nigræ, (non vero cineritiæ,) *der schwarzen krähe, (of the rook,)* quæ et esculenta est; non *der krauen, (common crow,)* quæ cadaveribus gaudet. τανύγλωσσοι κορῶναι εἰνάλιαι, ε, 66, ubi de cornicibus marinis sermo est, quæ et αἱ αἴθυιαι, et οἱ λάροι, dicuntur. οἱ δὲ κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν κύμασιν ἐμφορέοντο, innatabant fluctibus, μ, 418, de sociis Ulyssis, fracta nave. sic et ξ, 308. ergo in poëta de sola illa specie occurrit nomen, quæ marina est, de θαλασσίαις κορώναις. θύρην δ' ἐπέρυσε (attrahebat post se,) κορώνῃ ἀργυρέῃ, α, 441, ubi ergo est ὁ κρίκος, ᾧ ἔστι τὴν θύραν ἐπερύσαι, i. e. ἐφελκύσαι, ἐπισπάσασθαι: qui et dicitur ὁ ἐπισπαστὴρ, τὸ ἐπίσπαστρον, τὸ ῥόπτρον, *der handgrif an der thüre, (the handle of a door latch.)* χρυσέη κορώνη, η, 90, in janua argenteis laminis superinducta, in domo regia Alcinoi, regis Phæacum. vides ergo magnificentiam antiquam in domibus ornandis, quam et rex Salomo in templo suo adhibuit. est ergo et h. l. τὸ κρικίον, ᾧ ἐπισπᾶταί τις τὴν θύραν. ἱμάντα ἀπέλυσε κορώνης, i. e. τῷ κρίκῳ januæ, φ, 46. pars exterior cubiti humani etiam dicitur κορώνη: sicut et pars posterior curva τῆς πρύμνης (puppis) in navibus. χρυσέην ἐπέθηκε κορώνην, de arcu faciendo, Δ, 111, ubi singularis est pro duali: et notat τὸ τοῦ τόξου ἄκρον, εἰς ὃ ἐνίεται ἡ νευρά. et quia hoc in fine totius operæ faciendi arcus dicitur a poëta: hinc natum est proverbium, ut ὁ ἀγαθὸν τέλος τοῖς φθάσασιν (antegressis operis) ἐπιθεὶς, dicatur χρυσέην ἢ καλὴν ἐπιθεῖναι τῷ παντὶ κορώνην. de eadem arcus extremitate est, φ, 138, coll. 136, s. et 165, coll. 163, s. βέλος καλῇ προσέκλινε κορώνῃ, sagittam acclinabat ad pulcrum cornu arcus, humi jacentis sic ut cornua ejus erecta starent. etiam εἶδος ἐμπλοκῆς, *eine art von toupé, (a kind of toupee,)* dicebatur κορώνη, sicut et στεφάνου εἶδος, corona.

κορωνὶς, ίδος. ἡ. (Κρῶ) est epitheton navis, quæ in puppi erat curva, sicut et in prora: nam ἡ κορώνη erat et, curva pars navis. ergo, curvata. possis et dicere, nigras sic dici naves, quia κορῶναι, ζῶα, sic appellantur nigræ. sed præstat, cum antiquis dicere, κορωνίδας νῆας esse τὰς, τὰ ἄφλαστα τὰ κατὰ πρώραν καὶ πρύμνην, οἷα ἐν λυγισμῷ ἐπικαμπτόμενα, ἐχούσας. hinc et boves alibi dicuntur κορωνίδες, quatenus cornua earum sunt curvata in extremo: ut in Theocriti Εἰδυλλίῳ κε', versu 151, ἐπὶ βουσὶ κορωνίσι βουκόλοι. notat deinde et, quamvis extremitatem vel summitatem vel finem: unde est, ἐπιθεῖναι κορωνίδα, i. e. finire rem. παρὰ νηυσὶν κορωνίσιν, Β, 297, 392, 771. Ο, 597. Ω, 115, 136. τ, 182.

κοσμέω, f. ήσω. (Κόμω) orno, ordino, instruo ordine bono. κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας, Β, 554, i. e. εὐτακτεῖν, bene disponere et instruere aciem. nam κόσμος πολέμου, ordo pugnæ, est ἡ παράταξις, acies. et 704, αὐτοὺς ἐκόσμησε Ποδάρκης, is eos ordinabat. sic et 727, Μέδων. ergo κοσμεῖν λαοὺς est quoque phrasis bellica, bene instruere exercitum. sic et Ξ, 379, τοὺς δὲ βασιλῆες ἐκόσμεον, οὐτάμενοί περ. et 388, Τρῶας ἑτέρωθεν ἐκόσμει Ἕκτωρ, i. e. ἔτασσε. κοσμησάμενος πολιήτας, ordinans et ordine ducens suos cives, Β, 806, more militari. ἐπεὶ κόσμηθεν (pro ἐκοσμήθησαν) ἅμα ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι, Γ, 1, cum singuli ordines bene dispositi et instructi erant cum ducibus suis. nec contradicit id τῷ, κλαγγῇ καὶ ἐνοπῇ, 2, nam ante erant instructi per ordines, nunc in ipso motu ac progressu οὐκ ἀθορύβως se gerebant. ne dicamus de tubis quæ canunt, de imperio adhortatorio ducum, etc. ἐπὶ τάφρῳ κοσμηθέντες, Λ, 51, ad fossam dispositi ordine. πένταχα κοσμηθέντες, in quinque agmina ordinati, Μ, 87, et conf. πένταχα. divisi nimirum erant in quinque divisiones: Hector erat in media, ad utrumque latus habens duas: quæque habebat tres duces magnos, atque in summa quindecim ductores egregios. εἴσω δόρπον ἐκόσμει, η, 13, i. e. εὐπρεπῶς ἔταττε cœnam. est ergo et verbum conviviale: instruebat cœnam in domo, curabat cœnam.

κοσμητὸς, ή, όν. (Κόμω) bene ordinatus,

bene dispositus. *κοσμηταὶ πρασιαὶ*, de areis in horto, *η*, 127, *εὔτακτοι*.

κοσμήτωρ, *ορος. ὁ.* (Κόμω) qui apte disponit et ordinat: *ὁ ἡγεμὼν τοῦ λαοῦ, ὡς κοσμῶν ἤτοι εὐτακτῶν τὸν λαόν.* est nomen ducis militaris, et quidem magni. *δύω κοσμήτορε λαῶν*, Α, 16, cujus explicatio est Β, 476, s. *οἱ διακοσμοῦντες εἰς μάχην.* sic et Γ, 236. *κοσμήτορι λαῶν*, *σ*, 151, i. e. Ulyssi, magno principi et imperatori. Vide sub *διακοσμέω.*

κόσμος, *ου. ὁ.* (Κόμω) proprie est, ordo cum cura constitutus, ordinatio accurata. hinc est et vox bellica, quando exercitus apte est dispositus per ordines. deinde notat et, ornatum apte dispositum, decus, decorum; unde est *ὁ κόσμιος ἀνὴρ*, vir ordine et decore agens quæ agit: et *πρᾶγμα κατὰ κόσμον πραχθὲν*, quod more et cum decoro fit. est a *κομέω*, i. e. *ἐπιμελοῦμαι*, curo, cum cura tracto. *ἀφ' οὗ καὶ ὁ πάντων περιεκτικὸς κόσμος*, mundus universus, res omnes finitas in se continens, *ὃν εὐτάκτως ἡ πρόνοια ἔταξεν. οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθα*, Μ, 225, non cum decoro ordine a navibus abibimus; et est *εὐφήμως* dictum: nam id vult dicere, *ἀκόσμως καὶ οὐκ εὐτάκτως φευξόμεθα, οὐκ εὐτάκτως παλιννοστήσομεν εἰς Τροίην. ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου*, Θ, 492. cane ordinationem et instructionem et exornationem equi lignei, *τὴν εὔκοσμον ἐπίνοιαν καὶ μέθοδον, καὶ τὴν ἔνδον αὐτοῦ ἡρωϊκὴν διάταξιν καὶ στρατηγικήν. ἐκάθιζον ἐπὶ κληῖσιν κόσμῳ*, *ν*, 77, considebant ad remos ordine et ex more decenti. *μὰψ· ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον ἐρίζειν βασιλεῦσιν*, temere et non secundum decorum et bonum morem contendere contra principes, Β, 214. sic, *ἀπώλεσε λαόν*, Ε, 759. *καλεσαμένω ἐς ἀγορὴν, εἰς ἠέλιον καταδύντα*, *γ*, 138. *πληγεὶς οὐ κατὰ κόσμον ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε*, Θ, 12, sauciatus non decore et ut mos est diis redibit in Olympum, *ἀκόσμως, σὺν θορύβῳ*, perturbate, specie non honesta satis. *τεύχεα δ' οὐ κατὰ κόσμον εἷλευ*, Ρ, 205, arma abstulisti ei non ut decet et mos fasque est: nam spoliasti, non a te superatum, sed ab Apolline quasi dono accepisti spoliandum: ergo non multum egisti in occidendo eo. *εὖ κατὰ κόσμον*, bono ordine, Κ, 472. Λ, 48. Μ, 85. Ω, 622. *λίην γὰρ κατὰ κόσμον ἀείδεις τοῦτο*, valde scite et luculenter, Θ, 489, valde accurate. sed, 179, *εἰπὼν οὐ κατὰ κόσμον*, locutus non ut decebat, coll. 166. priore loco, 489, *τὸ εὔτακτον καὶ εὐμέθοδον τῆς ἱστορίας λέγει. τάδε οὐ κατὰ κόσμον ὀΐομαι*, sc. *λεχθέντα*, ista, quæ de Ulysse dixisti (364), non accurate dicta a te puto, ξ, 363. *σὺ οὐ κατὰ κόσμον αἰτίζεις*, mendicas non ut decet, *υ*, 181, *ἀκοσμίως καὶ ἀνευτάκτως*, non ex more. *κόσμος ἵππῳ*, ornatus equo, Δ, 145. *πάντα κόσμον περιεθήκατο χροΐ*, corpori omnem ornatum circumdedit, Ξ, 187, a poëta antea nominatum, et deam decentem. nam non absolute *κόσμον γυναίκειον* sæpe *περίεργον*, ibi enumerare voluit poëta, e. c. *τὸ ἐκ ψιμμυθίου περίπλασμα, καὶ τὴν νόθον τῶν παρειῶν ἐρυθρότητα, καὶ τὸ μέλαν στίμμι*, etc. quæ corpus vere pulcrum deturpant citius quam commendant. solebant mulieres etiam crines *πολιοὺς* facere insperso pulvere, aut adhibito capillo alieno. sed hæc fuere recentioris ævi deliramenta in ornatu fœmineo, quæ antiquus orbis ignoravit fere. adjectivum *κόσμιος, ία, ιον*, bene ordinatus, moderatus, *wolgeordnet, gemässiget, (well regulated, temperate.)* Vide sub *ἵππος.*

κοτέω, f. *έσω.* (Κῶ) iram alte repostam foveo. *bin voll groll und langem zorn, (I bear an old grudge.) σοὶ οὔπω μάλα θεοὶ κοτέουσι*, Ξ, 143, contra te non omnino dii iram fovent. *οὐδὲ ὄθομαι κοτέοντός σου*, Α, 181, neque moveor te simultatem fovente; inquit Agamemnon ad Achillem, *ich kehre mich nichts an deinen groll. (I care not for thy anger.) τῆσδε (ἕνεκα) ἀπάτης κοτέων*, Δ, 168, ob hanc deceptionem iratus. *τῇ (Ἀθήνῃ) κοτέων*, Apollo irascens ei, Κ, 517. *ἀλλήλοις κοτέοντε*, Γ, 345. *κοτέουσα*, indignata, Ψ, 391. *αὐτῷ Ἀχαιοὶ ἐκπάγλως κοτέοντο*, Β, 223, forma media in sensu activo. *οἷσιν κοτέσσεται*, contra quos irata erit, Minerva, Ε, 747. Θ, 391. *α*, 101. et indicatur *τὸ κριτικὸν τῆς Ἀθήνης: οὐ γὰρ εἰκῆ καὶ ἁπλῶς μαίνεται κατὰ ἡρώων, ἀλλὰ οἷς ἂν διακρινεῖ δέον εἶναι κοτέσασθαι. εἰ μὴ Τυδέος υἱῷ κοτέσσατο (ἐκοτέσατο) Φοῖβος*, nisi Phœbus ei iratus fuisset, Ψ, 383. *θεὸς κοτεσάμενος Τρώεσσι*, Ε, 177, coll. 178, *μῆνις.* recentiores compositum verbum magis amant, *ἐγκοτέσαι* vel *ἐγκοτῆσαί τινι. Ζεὺς, ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος*, Π, 386. *μήπως σοὶ κοτεσάμενος*, *ε*, 147, *κοτεσσαμένη (κατὰ) τόγε θυμῷ, οὕνεκα ἐγὼ Δαναοῖσι*, Ξ, 191, i. e. *διὰ τοῦτο. Τρώεσσι*, Σ, 367. *μήπως σοὶ δέσποινα κοτεσσαμένη*, *τ*, 83. *κεκοτηότι θυμῷ*, irato animo, et indignante, Φ, 456, pro *κεκοτηκότι*, ubi apparet, futurum et esse *κοτήσω.* sic, *ι*, 501, ubi indignatio et ira contra Cyclopem *κακόξενον* erat summa. *ἐπέχεις μοὶ κεκοτηότι θυμῷ*, adeo acerba es contra me irato animo, *τ*, 71. et *χ*, 477, *χειράς τ' ἠδὲ πόδας ἔκοπτον* (abscindebant ei) *κεκοτηότι θυμῷ*, inimico animo.

κοτήεις, *εσσα, εν.* (Κῶ) iratus, odio plenus. *θεός τίς ἐστι κοτήεις*, Ε, 191.

κότος, *ου. ὁ.* (Κῶ) ira penitus infixa et permanens. fere idem quod *ἡ μῆνις.* nam est a *κέω, κεῖμαι*, sicut illud est a *μένω.* a *τῷ, ἐγκεῖσθαι*, insidere, *feste drin sitzen, (to be firmly seated in.)* et hinc notat quoque quemvis affectum minus gratum, alte insidentem animo: e. c. tristitiam, indignationem, etc. *εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, ἀλλάγε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσῃ, ἐν στήθεσσιν ἑοῖσιν*, Α, 82, qui locus clarissime explicat vocem: nam *χόλος αὐτῆμαρ καταπεφθεὶς, κότος* (ira alta mente reposta) *γίνεται, μνησικακία, κρύψις χόλου. τοῖς (Τρωσὶν) κότον αἰνὸν ἔθεσθε*, Θ, 449, contra quos iram gravem reposuistis in animo; nam *κότος* est *χόλος ἀπόθετος*, *groll, (rancour.) δὴ γάρ οἱ* (contra eum) *εἶχεν κότον ἐμμενὲς αἰεὶ*, Ν, 517, nam *κότος* est *χόλος ἐχόμενός τινι ἐμμενὲς, καὶ οὕτως ἀποκείμενος. μή τι κότῳ*

ἀγάσησθε, nisi forte admiremini cum offensione aliqua animi vestri et indignatione, Ξ, 111, ubi vides, esse et iram surgentem, sed non exserentem se: vel et, esse vetustam simultatem. οἷς κότον αἰνὸν ἐνήσεις, contra quos iram gravem tuam stimulare poteris, Π, 449, *wieder die du deinen groll auslassen kannst, (against whom thou mayest vent thine anger.)* ὅς σοι κότον ἔνθετο θυμῷ, qui contra te iram reposuit in animo, λ, 101. ν, 342. et vides his locis dativum incommodi.

κοτύλη, ης. ἡ. (Κέλω) cavitas, cavum, κοίλωμα. in specie, vasculum cavum, quo bibendum dabatur; etiam, quo fluida mensurabantur. specialissime vero, cavitas in osse, in qua caput alius ossis vertitur, in quam aliud os est insertum. apparet ergo, esse a κοῖλος. κοτύλην τὶς τυτθὸν ἐπέσχε, Χ, 494, ubi attice et ionice adjectivum in genere communi positum, pro τυτθήν, et vocat sic μικρὰν κυπελλίδα, parvum poculum, *ein klein näpfchen, eine kleine tasse, (a little cup.)* est vero κοτύλη non tantum εἶδος λεπτοῦ ποτηρίου, ut h. l. sed est et παλάμης κοίλωμα, cavitas palmæ: unde τὸ κοτυλήρυτον ὕδωρ, (ab ἡ κοτύλη, et ἀρύω haurio) aqua hausta in cava manu. et in genere τὸ κοτυλήρυτον est, ὃ τοιαύταις ἄν τις κοτύλαις ἀρύσαιτο, quodcunque quis cavis manibus haurire vel capere potest, maxime ἀμφοῖν χεροῖν, ambabus manibus cavis junctis, *eine göbsche voll, (as much as a person can hold in the hollow of both hands.)* et quia κοτύλη omnem cavitatem notat; hinc κοτυλήρυτον dicitur, non modo quod cavis manibus, sed, ὅπερ ἄν τις κοίλῳ τινὶ ἀρύσηται, quodcunque quis cavo aliquo vasculo haurit. sic et nostræ *theetassen, (tea-cups)* sunt κοτύλαι, et cochlearia nostra. est et mensuræ species κοτύλη, humidorum et aridorum, estque eadem quæ ἡ ἡμίνα, i. e. τὸ ἥμισυ τοῦ ἵν, quod ἵν et Græcis in usu fuit; unde proverbium, πλέον ἤπερ ἵν. Aristoph. Plut. 436, ἡ καπηλὶς ταῖς κοτύλαις ἀεί με διαλυμαίνεται, cauponaria suis mensuris iniquis semper me damno adficit: ubi schol. addit, τὴν κοτύλην esse εἶδος μέτρου, ὃ καλοῦμεν ἡμίξεστον. denique παιδιά τις (lusus aliquis) vocabatur ἡ ἐγκοτύλη, vel ἐν κοτύλῃ, ἐν ᾗ παιδιᾷ, διαπλέξας τὶς ὀπίσω τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν, ἐπενωτίζετο τὸν ἀναιρούμενον: ὁ δὲ, ἐνθεὶς τὰ γόνυ ταῖς χερσὶ, καὶ περιλαβὼν τοῦ αἴροντος τὴν κεφαλὴν ἢ τὸν τράχηλον, ἐβαστάζετο. et hic lusus ludebatur maxime, si quis, alio ludo victus, pœnæ loco ita victorem aliquamdiu, vel per certum spatium, portare in tergo jubebatur, rejectis suis et consertis manibus, quibus portandus genu uno innitebatur. alibi sic describitur: ἐγκοτύλη, παιδιά τις, ἐν ᾗ, κοιλάναντες χεῖρας, δέχονται τὰ γόνατα τῶν νενικηκότων οἱ νενικημένοι, καὶ βαστάζουσιν αὐτούς. prior explicatio, ut plenior, explicat hanc posteriorem. dicebatur sic, quia τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς λέγεται κοτύλη, εἰς ὃ κοῖλον (in quam cavitatem manuum) ἐνετίθει τὸ γόνυ ὁ βασταζόμενος. hinc est et ἡ κοτυλίσκη, et τὸ κοτυλίσκιον, apud Aristophanem. Æschylus etiam τὰ κύμβαλα vocat κοτύλας. Deinde est et μηροῦ κοτύλη, κατὰ τὸ ἰσχίον, cavitas in osse coxæ: quæ et κοτυληδὼν vocatur, Aristoph. Vesp. 1486. ἔνθα μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην αὐτὴν καλέουσι, Ε, 305. 306. et 307, θλάσε δέ οἱ κοτύλην, perfregit ei id acetabulum, *den hüftknochen, der die hölung hat, in welcher der erhabene runde knochen eingefuget ist, (the hip-bone, which has a cavity for the reception of the head of the thigh-bone.)* et pars pro toto, *die hüfte, (the hip.)* est et ὤμου κοτύλη, i. e. κοῖλον ὀστοῦν, ᾧ ἐνστρέφεται ἄλλο. αἴκεν τὶς κοτύλην καὶ πύρνον ὀρέξῃ, si forte quis situlam vini, et frustum panis, porrigat, ο, 311, ubi κοτύλη est μικροῦ ποτηρίου ἢ ἐκπώματος εἶδος: et h. l. simul τὸ εἴσω αὐτοῦ ὑγρὸν sic vocatur, sicut μέδιμνον est τὸ μέτρον καὶ τὸ μετρούμενον. δώσει πύρνον καὶ κοτύλην, sc. οἴνου, ρ, 12, nam aquam ipse sibi parare poterat. Vide sub ἰσχίον, et δέπας ad initium.

κοτυληδών, όνος. ἡ. (Κέλω) est idem quod ἡ κοτύλη. in specie autem, contractio pedum bestiæ. πολύποδος πρὸς κοτυληδονόφιν (pro κοτυληδόνων) πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται, ε, 433, a polypodis cavis et contractis pedibus crebri lapilli tenentur. sunt ergo αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι (cirri, brachia) ἀπὸ μέρους, i. e. ἀπὸ τῶν βραχυτάτων κοτυληδόνων, αἳ πρανεῖς (inferiores) ταῖς πλεκτάναις ὑπόκεινται, ὅμοιαι οὖσαι κοτυλιδίοις κοίλοις, ἀφ' ὧν καὶ παρονομάζονται. ταύταις ὁ πολύπους ἀντέχεται τῶν πετρῶν κρατερῶς: ὧν ἑκάστη συσπῶσα ἑαυτὴν καὶ προσφυομένη τῇ τῆς πέτρας ἐπιφανείᾳ κολλητικῶς, ἔχεσθαι ποιεῖ τὸν πολύποδα τοῦ ὑποκειμένου, ὅσα καὶ κισσὸν δρυὸς ἢ τινος ἄλλου. oportet igitur videas polypodem, si recte intelligere velis, quænam sit figura horum membrorum, quæ a cavitate poculi parvi nomen habent.

κοτυλήρυτος, ου. ὁ ἡ. (Ῥύω) quod manu cava hauriri potest. ab ἡ κοτύλη, vola manus cava, et ῥύω, traho, unde ἀρύω, haurio. *was man göbschen weise schöpfen kann, (what may be taken up in the hollow of the hand.)* κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα, sanguis fluebat plurimus, Ψ, 34.

κουρίδιος, ία. ιον. (Κέρω) est epitheton quod datur uxori, quæ virgo primum nupsit alicui, vel marito, qui conjugem virginem duxit. κουρίδιος πόσις, primus maritus, qui virginem ductam devirginavit, Ε, 414. λ, 429, qui ἐξ ἔτι κούρης αὐτῆς οὔσης, πόσις αὐτῆς ἦν. et posteriori loco sermo est de Clytæmnestra: de qua quidem Euripides (tragice fingendo fortasse) dixit, primum ejus maritum fuisse Tantalum, ab Agamemnone interfectum; sed Homerus id ignorat. κουριδίου φίλου, sc. ἀνδρὸς ο, 22. πόσιος, ψ, 150. ἀνδρὸς, ω, 196. et 199, κουρίδιον πόσιν, *den mann, den sie als eine junge jungfer zuerst genommen, (the husband to whom she was married when a young virgin.)* sic, κουρίδιον λέχος, Ο, 39, lectus connubialis primus, ubi ablata est virginitas conjugi. ἄνδρα, τ, 266. et 580, δῶμα, domus, in quam virgo juvencula uxor inducta erat. sic et φ, 78. κουριδίη ἄλο-

χος, i. e. ἥν τις κούρην ἔτι οὖσαν ἤγαγετο, ἡ ἐκ παρθενίας ἄλοχος, uxor ducta virguncula, non vidua aut vetula, A, 114. H, 392. Λ, 243. N, 626, ubi intelligitur, ignorare Homerum τὴν τῆς Ἑλένης ὑπὸ Θησέως ἁρπαγὴν, quam recentiores narrarunt: alias enim non fuisset κουριδίη Menelao. multo magis ignorat τὸ, ἐκ Θησέως καὶ αὐτῆς γενέσθαι τὴν Ἰφιγένειαν. ἐμὲ Ἀχιλλῆος κουριδίην ἄλοχον θήσειν, T, 298, ubi loquens inducitur Briseis, Patroclum mortuum graviter lugens; eaque præ nimio luctu non observat proprietatem vocis: erat enim vidua juvencula; igitur non poterat fieri κουριδίη ἄλοχος novi alterius mariti: et omissum est in ista mentis confusione, ὡς, quasi. γυναῖκας κουριδίας, ν, 45. κουριδίῃ ἀλόχῳ, ξ, 245. κουριδίης ἀλόχου, ο, 355.

κουρίζω, f. ίσω et (dorice) ίξω. (Κέρω) juvenili ætate sum, νέος εἰμί. σάκος, ὃ Λαέρτης κουρίζων φορέεσκε, χ, 185, clypeum, quem Laërtes in vegeta ætate sua gestabat, κοῦρος ὤν. notat deinde et, juveniliter ludo, ago ut juvenis. media forma κορίζομαι, blandior, blande appello, Aristoph. Nub. 68. et ὑποκορίζομαι, per deminutivum nomen appello blande rem majorem: unde ὁ ὑποκορισμὸς, deminutio appellationis. Aristoph. Plut. 1012, Νιτάριον ἂν καὶ Βάτιον ὑπεκορίζετο. et τὸ ὑποκόρισμα, ατος, id.

κουρὶξ, (Κέρω) adverb. juvenili robore et animo, νεανικῶς, *jugendlich, (with youthful vigour.)* it. alacriter et fortiter. est a κουρίζω. ἔρυσάν τέ μιν εἴσω κουρὶξ, χ, 188, coll. 185, trahebant eum intro juvenili robore, ἀνδρείως, ὡς πρέπει κούροις. sic et fit ἀμφορὶξ, ab ἀμφορίζω, quod est ab ἀμφορεύς. Aristarchus quidem hoc κουρὶξ exponit: ἐπιλαβόμενοι τῆς κόμης, ut sit pro, ἐκ τῆς κεφαλῆς, quasi ἐκ τῆς κουρᾶς, *beym schopf, bey den zierlich beschnittenen haaren, (by the tuft, by the elegantly cut hair:)* sed accurate perpendens contextum, hanc expositionem nihil esse sentiet, deprehendetque, magnos quoque criticos et enarratores dormitare sæpe; qualis somnus ingenti illi Scaligero, in commentariis suis de re poëtica, non minus sæpe obrepsit. Vide sub ἐπιμίξ.

κουρότερος, έρα, ερον. (Κέρω) junior. κουροτέροις μετεῖναι, inter juniores esse, i. e. juvenis esse, Δ, 316, ἐν νέοις εἶναι. μετὰ ἀνδράσι κουροτέροις, φ, 310, coll. 289.

κουροτρόφος, ου. ὁ ἡ. (Τρέφω) qui juvenes alit et robustos facit. νῆσος τρηχεῖα, ἀλλὰ ἀγαθὴ κουροτρόφος, ι, 27, Ithaca, νέους ἀγαθοὺς φέρουσα. ab ὁ κοῦρος, juvenis.

Κοῦφος, η. ον. (Ἕπω) levis, non ponderosus. *leicht von gewicht, (light in weight.)* it. inanis, *leer, (empty.)* Si quid trahentem aut attollentem facile sequitur: nam est ab ἕπω: et præpositum κ potest intelligi ex ὦκα desumtum. κοῦφα (neutrum plur. adverbialiter) ποσὶ προβιβὰς, N, 158.

κουφότερος, έρα, ερον. (Ἕπω) levior, minus ponderosus. καὶ τότε κουφότερον (adverbialiter) μετεφώνεε Φαιήκεσσι, θ, 201, leviori et alacriori animo, θρασύτερον, ἐπηρμένον, elatius.

κράας, ατος, τὸ et ὁ. (Κάρα) idem quod κρὰς caput. πλοκάμους ἐκ κράατος ἀθανάτου, Ξ, 177, de Junone. σῷ κράατι τίσεις, χ, 218, i. e. τῇ σῇ κεφαλῇ ἀνταποδώσεις, i. e. τῇ ζωῇ σου ζημιωθήσῃ. κατὰ κράατα ἀνδρῶν βαίνει, ἡ Ἄτη, error mentis damnosus, per capita virorum vadit, T, 93, ubi simul per τὸ κράας elatio animi vitiosa intelligitur. nam ἐκ μετεωρισμοῦ τὸ βλάπτεσθαι (offendere consiliis et in damnum incurrere) oritur, καὶ ἐξ εὐηθείας κουφόνου, ex stultitia levitatis animi, (a κουφόνοος, κουφόνους, genit. κουφονόου, κουφόνου, ex κοῦφος, levis, et ὁ νόος, mens.) simul omnis error mentis et damnosum consilium οὐ χαμαὶ πίπτει (non frustra cadit) ἀλλ' εἰς κεφαλήν τινος (in caput cujusque errantis, i. e. in errantem) ἀποσκήπτει τὴν ἀτυχίαν. etiam, quia omnis error et inde resultans damnum oritur ex peccato capitis, i. e. ex defectu rationis bonæ. κράτων, pro κραάτων, i. e. κεφαλῶν, χ, 309. ω, 184.

κραδαίνω, (Κῶ) idem ac sequens. et passivum, κραδαίνομαι, quassor, concutior, *ich bebe, (I tremble.)* αἰχμὴ κραδαινομένη κατὰ γαίης ᾤχετο, N, 504. Π, 614, cuspis, posteriori sua parte lignea longa vibrans se varie et undulans, in terram ibat, *fuhr in die erde, und der stiel bebete, (stuck in the ground and the shaft quivered.)* ἔγχος ἐν νηδυίοις αὐτοῦ κραδαινόμενον, P, 524, nam σπαρασσομένων τῶν ἐντὸς, ἐκραδαίνετο ἔξω τὸ ἐμπεπηγὸς αὐτοῖς δόρυ, et est fere idem quod ἐπελεμίχθη. nam hasta tam longa et teres κραδαίνεται, adacta per objectum.

κραδάω, (Κῶ) concuti facio, vibro. est ab ἡ κραδία, cor, quod assidue palpitat et movetur; inde est ἡ κράδη, folium quodvis, cordis fere figuram habens, et facile palpitans a ventulo; in specie folium ficulnum, frons ficulna, imo et tota ficus arbor: et hinc est κραδάω. κραδάων ἔγχος, H, 213. τ, 438. δόρυ, N, 583, Υ, 428. nam tam longa et teres hasta, si fertur horizontaliter, quatitur et nutat.

κραδία, (κραδίη) ἡ. (Κῶ) cor, *das herz, (the heart.)* idem quod τὸ κῆρ vel κέαρ, ab eoque ortum, pro κεαρδία, et transpositio τοῦ ρ post syncopen, est euphonica. inde postea obtinuit ἡ καρδία. ἔχων κραδίην ἐλάφου, A, 225, i. e. timidus. et 395, ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς ἠὲ καὶ ἔργῳ, i. e. τὸν Δία, aut verbo juvisti cor Jovis aut facto. ἐνῶρσε (immisit) σθένος ἑκάστου κραδίῃ, B, 452. αἰεί σοι κραδίη, πέλεκυς ὥς ἀτειρής, Γ, 60, nam adjectivum pertinet, non ad κραδίη, sed ad πέλεκυς, et in sequentibus parabola de ejusmodi securi firma explicat activitatem et constantiam et animositatem herois. ἀνεστονάχιζεν νειόθεν ἐκ κραδίης, suspiravit ex fundo cordis, K, 10. et 94, κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει, cor mihi extra pectora exsilire vult, præ anxietate animi; et est hæc hyperbolica locutio. et 244, οὗ πέρι μὲν (cui quidem abundanter præsto est) πρόφρων κραδίη, animositas prudens; quæ magna laus est boni

militaris viri. et 220, ἐμὲ ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ. sic et 319, me incitat. ἀλλά μοι οἰδάνεται (intumescit) κραδίη χόλῳ, I, 642. οὐ γάρ σοι κραδίη μενεδήϊος (in pugna constans) οὐδὲ μαχήμων, M, 247. διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσίν, dupliciter mihi cor in pectore deliberat, Π, 435. ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει, cor ei in pectore valde palpitat, N, 282. ἐπιτλήτω σοὶ κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν, T, 220, toleret tibi animus verba mea. sic, ἐπιτλήτω, Ψ, 591. ἄνοον κραδίην ἔχεις, Φ, 441, cor inconsiderans et non intelligens habes: quæ verba lenissime sunt capienda; nam reprehendunt tantum defectum attentionis, qui et summis animis obrepere nonnunquam potest. παλλομένη (κατὰ) κραδίην, X, 461, ex præsagio magni mali. οὔ με ἔτι δεύτερον ὧδε ἵξεται ἄχος κραδίην, Ψ, 47, i. e. nunquam æque magnus dolor, ac hic est, venire poterit cordi meo. δόρυ ἐν κραδίῃ ἐπεπήγει, hasta cordi infixa est, N, 442. μέγα σθένος ἔμβαλε ἑκάστῳ κραδίῃ, Ξ, 152. ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ, Υ, 169, nam ἦτορ proprie est vis viva, anima spirans, et καρδία est proprie musculus ille cordis nomine dictus; ut ergo videas, καρδίαν εἶναί τι ἀγγεῖον τῆς ψυχῆς, in quo anima possit in arctum comprimi quasi. Sermo est ibi de leone, cui στένει nonnunquam ἦτορ διὰ τὸ ὑπέρθερμον: θερμὸς γὰρ ὢν φύσει ὁ λέων, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς μάλιστα θερμαίνεται. ἐν μέν οἱ κραδίῃ θάρσος βάλε, Φ, 547. et 551, πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε, volvebat. μὴ ὁ μὲν ἀχνυμένῃ κραδίῃ χόλον οὐκ ἐρύσαιτο, Ω, 584, ne ille iram non contineret in tristi corde. et 129, μέχρις οὗ (quousque) ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων σὴν ἔδεαι (rodis) κραδίην; *frissest dir das herz ab, (eatest thy heart,* i. e. *pinest away.)* hinc Pythagoræ præceptum sumtum: καρδίαν μὴ ἔσθιε, i. e. ἄλυπος καὶ ἀτάραχος διάμενε, ἀλυπίαν ἄσκει. ἤδη μοὶ κραδίη τέτραπτο νέεσθαι, jam mihi cor conversum erat ad reditum, quem intuebatur ut certo futurum, cum antea spes nulla videretur, δ, 260. et 293, οὐδὲ εἴ οἱ κραδίη γε σιδηρέη ἔνδοθεν εἴη, quod alibi dixit ἦτορ σιδήρεον: et hinc est σιδηροκάρδιος. et 427, 572, πολλά μοι πόρφυρε. sic et κ, 309. κραδίη προτιόσσετό οἱ ὄλεθρον, intuebatur, ε, 389. τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο τι ἔτλης, υ, 18, ubi Ulysses ipse se alloquitur, i. e. σὺ ὦ Ὀδυσσεῦ, a parte totum dicens. hinc et in masculino loquitur in sequentibus. et 23, ἐν πείσῃ (obedientia) ἔμενε κραδίη τετληυῖα. et 13, αὐτῷ ἔνδον ὑλακτεῖ, latrat. et 17, κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ, increpavit. σοὶ δὲ ἀεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο, ψ, 103, durior lapide. κραδίη καὶ θυμὸς sæpe junguntur. ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανε, B, 171. Θ, 147. O, 208. Π, 52. σ, 273. αὐτοῦ ἐρητύεται (cohibetur) κραδίη καὶ θυμὸς, I, 631. ἄρχε (duc imperio) ὅπη (quo) σὲ κραδίη θυμός τε κελεύει, N, 784. τῶν (σφηκῶν, crabronum) κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες Μυρμιδόνες, Π, 266, coll. 264, 259. σοὶ δ' ἐπιτολμάτω κραδίη καὶ θυμὸς ἀκούειν, tuum autem cor sustineat audire nec commoveatur, α, 353. ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμὸς αὐτις ἐν στήθεσιν ἰάνθη, δ, 548, cujus oppositum est καρδιώττειν, i. e. ἀλγεῖν τὴν καρδίαν. ὅττινα κραδίη καὶ θυμὸς κελεύει, θ, 204. πέμψει δὲ, ὅπη σὲ, ξ, 517. ο, 338, dimittet et deportari curabit te, quocunque animus tibi est. sic, πέμψω, π, 81. φ, 342. ὅν τινα ἀνώγει, *wer lust und belieben hat, (whoever has inclination,)* ο, 394. εἴ σε ὀτρύνει, σ, 60. εἴπατε, ὅπως ὑμᾶς κελεύει, φ, 198. ἐν κραδίῃ μέγα πένθος ἄεξε, fovebat, augebat, ρ, 489, et sequitur genitivus, omisso ἕνεκα, βλημένου, ob percussum patrem suum. εἰ σφῶϊν κραδίῃ ἅδοι ἀμφοτέροισιν, si placeret ipsis ambobus, υ, 327. et 286, ὄφρα δύη (subeat, intret,) ἄχος κραδίην Ὀδυσῆα, ubi duplex accusativus est resolvendus, Ὀδυσσέα, κατὰ κραδίην, i. e. intime. sed σ, 347, est eadem phrasis cum genitivo Ὀδυσῆος.

κραιαίνω, f. ανῶ. (Κάρα) est κραίνω sequens distractum. futurum dicitur κραιανῶ et κραανῶ et κρηανῶ. efficio ut caput. τόδε μοὶ κρήηνον ἐέλδωρ, hujus voti me compotem fac nutu tuo, A, 41, 504. nam aor. 1. est ἐκρήηνα. κρῆναι δὲ καὶ ἄλλῳ, I, 101, s. effectumque dare et alteri suum consilium bonum. et sensus est: tuum quidem, O rex, præcipue est, ut dicas sententiam de rebus agendis; sed similiter tuum est, audire, si quis alius melius etiam quid dixerit, eique obsequi: nam omne tamen, quidquid in sententiis dictis prævaluerit, tuum opus esse dicetur utpote summi imperatoris. ergo est pro τελέσαι, efficere, *ausführen, (to execute.)* κρηήνατέ μοι τόδε ἐέλδωρ, γ, 418, efficite mihi, O filii, hanc voluntatem meam, inquit Nestor. sic et ρ, 242, ubi Ulysses precatur Nymphas. ἐκραίαινεν ἐφετμὰς αὐτοῦ, effecta dabat mandata ejus, E, 508.

κραίνω, f. ανῶ. (Κάρα) efficio, facio summam in ratione, effectum reddo. sum caput et præses, impero, judico. est a κρέω, sicut a χέω est χαίνω, ῥέω ῥαίνω, κέω καίνω, σέω σαίνω, βέω βαίνω, etc. proprie hoc verbum est, nutu capitis firmo et efficio. οἵ ἔτυμα κραίνουσι, hi ὄνειροι efficiunt vera visa et verba, τ, 567, ubi οἵ pro οὗτοι. *dieselbe traume bringen wahrheit, (these dreams come true.)* κρῆνον νῦν καὶ ἐμοὶ δειλῇ ἔπος ὅ, ττι κεν εἴπω, effectum da nunc et mihi id verbum quod dixero, υ, 115, annue, O Jupiter, et mihi hoc quod rogavero. οὔ μοι δοκεῖ μύθου τελευτὴ τῇδέ γε ὁδῷ κρανέεσθαι, I, 622, ubi est futurum infin. in medio, pro κρανεῖσθαι, ionice, in significatu passivo: effectus *(der zweck) (the object)* nostri sermonis non videtur mihi, hac saltem via et hac in profectione ad Achillem, impetratum iri. οἵ μου φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε, ε, 170, qui dii sunt valentiores quam ego et ad intelligendum et ad efficiendum, i. e. εἰς τὸ τελειῶσαι τὸ νοηθέν. nam homines sæpe νοοῦσι μὲν, οὐ κραίνουσι δὲ, ὡς μὴ ἰσχύοντες: deorum autem potentia in utroque præstantissima est. male ibi quidam codices legunt κρῖναι, ad judicandum: nam sermo est de diis, qui et intelligunt, et intellecta effectui dare possunt. δώδεκα ἀρχοὶ κραίνουσι, θ, 391, ubi describitur res publica Phæacum, quæ ha-

bebat duodecim principes, et unum supremum regem. ergo est, imperant populo. ὁ κραντὴρ, ῆρος, et κράντωρ, ορος, est effector, auctor, perfector. τὰ κρανθέντα sunt, imperata a fatis, τὰ κυρωθέντα, vel et, de creta a principibus. Eurip. Orest. 1023. κέκρανται συμφοραὶ νέων κακῶν, Hippol. 1255, ad summum effectum datæ sunt a fato novæ calamitates.

κραιπνὸς, ἡ, όν. (Πνέω) vehemens, celer, rapidus. est a κάρα, τὸ, caput, et πνέω, spiro, fumo, compositum nomen poëticum, quasi καραπνὸς, per syncopen κραπνὸς, et inserto Iota: cui præ festinatione et opera caput spirat et fumat, vel, qui acriter spirat festinans operansque ex ore et naribus. in genere notat robustam celeritatem. κραιπνὸν Βορέην, vehementem Boream, ε, 385, rapidum. κραιπναί τε θύελλαι, rapidæ procellæ, ζ, 171. πομποῖς ἅμα κραιπνοῖς, Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ, Π, 671, 681, una cum comitibus vehementibus, Somno et Morte: nam hi adsiliunt irresistibiliter et vehementer. improprie ponitur de pedibus, ποσὶ κραιπνοῖσι πεποιθὼς, Z, 505. X, 138. μεταςπὼν, persequens, P, 190. ξ, 33. πέτεσθαι, Φ, 247. ἐλαφρότατος, Ψ, 749. neutrum plurale adverbialiter, κραιπνὰ μάλα ἔνθα καὶ ἔνθα διώκειν ἠὲ φέβεσθαι, E, 223. Θ, 107, ubi proprie positum. κραιπνὰ ποσὶ προβιβὰς, N, 18. ρ, 27. sic ἡ κραιπάλη facta ex καραπαλη, interserto Iota post syncopen factam, a πάλλειν τὸ κάρα.

κραιπνότερος, α, ον. (Πνέω) rapidior, vehementior, *hitziger*, *(more vehement.)* κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις, de adolescente, Ψ, 590, calidior quidem mens, sed tenuius consilium. conf. νόος.

κραιπνῶς, (Πνέω) adverb. vehementer, celeriter, calide. ἐξ ὕπνου μάλα κραιπνῶς ἀνόρουσε, K, 162. προσεβήσατο, accessit rapide, Ξ, 292, Juno. μεμαυῖα, O, 83, 172, valde concita. ποσὶ κραιπνῶς θέομεν, currimus, ϑ, 247.

κραναὸς, ἡ, όν. (Κάρα) quod multa quasi capita, et eminentia loca, habet; asper, saxosus. a τὸ κράνον. *bergig, steinig, rauh, (mountainous, rocky, rough.)* κραναὴ Ἰθάκη, Γ, 201. α, 247. ο, 509. π, 124. φ, 346, i. e. τραχεῖα. nam erat insula valde saxosa et montana. hinc vulgus Græcum, quod τὸ κρανίον vocare solet τὸ κάκαρον, τὴν ἄπηλον γῆν (omnino siccam terram) esse dicit ξηρὰν ὡς κάκαρον, tam siccam sicut cranium calvum mortui est. κραναὴ νῆσος, Γ, 445, ubi Paris sic appellat insulam, in qua nuptias cum Helena rapta primum fecit; et est sine dubio proprium nomen parvæ et desertæ cujusdam insulæ. alii tamen pro epitheto omissi nominis proprii habent, et volunt esse eam τὰ Κυθηρα, insulam Veneri sacram, sed asperam. alii, insulam dictam Ἑλένην, πρὸς τῇ Ἀττικῇ οὖσαν, ἐγγυτάτω τῆς Κέω: sic nominatam, quia Helena fugiens ibi primum fuerit navi egressa. adi geographum, et partem Realem. Vide sub κρανίον.

κρανέεσθαι, vide sub κραίνω.

κράνεια, ας. ἡ. et ἡ κρανέα, ας. (Κάρα) est arbor, quæ latine dicitur cornus. fructus ejus dicitur ἡ πίτταξις, ab aliis ὁ βαρβιλος, ab aliis ὁ μάραος. τανύφλοιόν τε κράνειαν, Π, 767, nam cortex ejus arboris est ταναὸς, lentus, τετανὸς καὶ οἷον ἱμαντώδης. καρπόν τε κρανείης, κ, 242.

κρανίον, ου. τό. (Κάρα) capitis anterior pars superne. cranium. est a τὸ κάρηνον, et dorice κάρανον, (unde et est ὁ Κάρανος, ου, pro κάρηνος, unde media est longa; estque et proprium et appellativum nomen, notans supremum ducem) inde est τὸ καρανίον, per syncopen κρανίον. imo et τὸ κράνον, unde in architectura τὸ ἐπίκρανον, i. e. κίονος κεφαλὴ, columnæ capital; et τὸ ὠλέκρανον, pro ὠλενόκρανον, al. ἡ ὠλένη, cubitus, os et eminentia cubiti. hinc et τὸ κράνος, εος, galea, caput; et κραναὸς eminentiis obsitus. ὅθι πρῶται τρίχες ἵππων κρανίῳ ἐμπεφύκασι, Θ, 84, ubi anteriores pili equorum syncipiti adhærent. τὸ πρόσκρανον, ου, pulvinus, *ein küssen, (a cushion,)* Theocrit. Id. 15, 3, non solum sub caput, sed et ad insidendum, ut l. c. apparet.

κρὰς, ατός. ὁ. (Κάρα) caput. χαῖται κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, comæ in capite Jovis, A, 530. τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων, E, 7, talem ignem ardere fecit in capite ejus et humeris, i. e. tantopere splendebant galea ejus et reliqua arma. αὐτίκα ἀπὸ κρατὸς κόρυθα εἵλετο Ἕκτωρ, demsit de capite suo galeam, Z, 472, coll. 468, seqq. κρατὸς ἀφαρπάξαι κόρυθα, N, 189, galeam deripere a capite hostis. τοῦ ἀπὸ κρατὸς κυνέην βάλεν Ἀπόλλων, Π, 793, i. e. præ nimio æstu ipse deposuit galeam, et deficiens viribus præ lassitudine improvide contracta. τεύχεα ἀπὸ κρατὸς, i. e. galeam, P, 205. nam Patroclus occisus est, cum λειποθυμίαν ex æstu et lassitudine pateretur. hinc est, οὐ κατὰ κόσμον, non justo modo et decente. ἀπὸ κρατὸς πολυπτύχου Ὀλύμπου, Y, 5, ubi κρᾶτα ὄρους vocat τὴν κορυφὴν, τὴν ἀκρώρειαν, ἐξοχήν. ἅλμη ἀπὸ κρατὸς κελάρυσε, salsa maris aqua largiter ex capite enatantis defluebat, ε, 323. ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ὕδωρ ἀγλαὸν, ι, 140, in superiore parte portus fluit aqua limpida; in terra alta prope portum. sic, ἐλαίη stat, ν, 102, 346. ὅ κέν σοι κρατὸς ἀλαλκήσει κακὸν ἦμαρ, κ, 288, quod medicamen sane a capite tuo, i. e. a te, arcebit malum diem, i. e. interitum. cæterum ibi allegoria apte est servata: nam caput, i. e. τὸ λογιστικὸν, corrumpitur si mala voluptas dominans est: non corpus mutatur, sed mens. extra allegoriam autem per caput intelligitur ὁ πᾶς ἄνθρωπος, totus homo, parte nobiliori posita pro toto. et 362, ἔλουε κατὰ κρατὸς καὶ ὤμων, lavabat me per caput et humeros. κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει, λ, 599, et pulvis circa caput ejus volitabat. ἀπὸ κρατὸς κυνέην ἔθηκα, ξ, 276, deposui galeam de capite. κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην ἔθηκεν, imposuit capiti, Γ, 336. E, 743. K, 335. Λ, 41. O, 480. Π, 137. T, 381. χ, 123. κρατὶ κατανεύων, ι, 490, capite innuens. κρατὶ ἑκάστῳ, de Scylla, quæ sex habebat ca-

pita, et singulis capitibus singulos viros rapiebat, *μ*, 99. *κατακαλυψάμενος κρᾶτα*, Θ, 92, obvolvens caput pallio, coll. 84, 85. *ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας*, sub capitibus habentes scuta, cubabant in terra, K, 152. et 156, *ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο*, ubi est pro *κρατί*. Vide sub *ἄγκυλος*.

κραταιγύαλος, *ὁ ἡ.* (Ἄγω) est epitheton *τοῦ θώρηκος*, *κραταιὸν γύαλον*, i. e. *κοίλωμα*, *ἔχοντος*, etiam *τοῦ κραταιοῦντος τὰ γυῖα* (corpus) *τῶν ὁπλιτῶν*. *θώρηκές τε κραταιγύαλοι*, T, 361. Vide sub *κραταίπεδον*.

κραταιΐς, *ίδος. ἡ.* (Κάρα) vis, superioritas. est et nomen proprium dæmonis muliebris, ut manifesto apparet ex *μ*, 124, *βωστρεῖν δὲ Κραταιΐν, μητέρα τῆς Σκύλλης*, invoca Kratæin matrem Scyllæ. Sed altero loco, λ, 596, *τότε ἀποστρέψασκε* (*ἀπέστρεψε*, sc. *τὸν λᾶαν τοῦ Σισύφου*) *Κραταιΐς*, tunc avertebat lapidem Kratæis; habetur quoque ab accuratioribus pro dæmone poëtico muliebri, ut notetur *δαίμων τις ἰσχυρὰ, ἣ ὑποφέρεσθαι ἐποίει κάτω τὴν πέτραν ἀποστρέψασα*. alii tamen ibi divisim legunt: *κραταῖ' ἶς*, i. e. *κραταιὰ ἰσχὺς τοῦ λίθου*: nec mirum, si *ἶνα* ponit de saxo, quod et *ἀναιδὴς* vocat versu sequente. pari modo *α* longum abjicitur in, *ἐὰν χρεῖ' ᾖ*, i. e. *εἰ χρεία ὑπάρχει*. alii contendunt, esse adverbium, pro *κραταιῶς*, et verbum *ἀπέστρεψε* exponunt intransitive avertit se: et esse adverbium ad formam *λικριφίς*. Sed tamen, si conferas locum ex *μ* adductum, prævalebit eorum sententia, qui *κραταιΐς* vel pro nomine proprio, vel pro nomine substantivo, habent.

κραταιὸς, *ὰ*, *όν.* (Κάρα) superans, potens, vehemens palam. conf. *κρατερός*. *κραταιοῦ θηρὸς*, i. e. *λέοντος*, Λ, 119. *δοκέεις μέγας τις ἔμμεναι ἠδὲ κραταιὸς*, *σ*, 381. *κραταιὼ υἷε*, N, 345. *ο*, 242. *μοῖρα κραταιὴ*, i. e. *βιαίη*, cui nemo resistit, E, 83, 629. Π, 334, 853. T, 410. Υ, 477. Φ, 110. Ω, 132, 209.

κραταίπεδον, *ου. τό.* (Πάω) solum munitum, solum vel paviendo duratum, vel lapidibus constratum: *τὸ στερεὸν πέδον, ὡς λιθόστρωτον, ἢ ὡς πεπιλημένον καὶ νεναγμένον*. quasi *κραταιὸν πέδον*. sic *τὸ κραταιγύαλον*, *οἱ κραταίποδες*, i. e. *οἱ στεῤῥοὶ καὶ ἰσχυροὶ* (*κατὰ*) *πόδας*, *ὁ κραταίβιος*, *κραταίπιλος*, *κραταίτονος*, etc. sunt composita a *κραταιός*. *κραταίπεδον οὖδας ἔχοντες*, i. e. *τὸ λιθόστρωτον*, *ψ*, 46, *den gepflosterten fussböden*, *(the paved floor.)* Euripides, Electr. 534, id dixit *κραταίλεων πέδον*, ubi attice *κραταίλεως*, *ὁ ἡ*, est pro *κραταίλαος*, ab *ὁ λᾶας*, saxum. Vide sub *δάπεδον*.

κρατερόθυμος, et *καρτερόθυμος*, *ου. ὁ ἡ.* (Θέω) forti et constanti animo, cujus animus in sustinendis malis non frangitur. *starkmüthig*, *(of a strong mind.)* *καρτερόθυμε δαΐφρον, ἀγαυοῦ Τυδέος υἱὲ*, E, 277. *Θέτιν κύδαινε καὶ υἷα καρτερόθυμον*, N, 350. *Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων*, Ξ, 512. *Διὸς υἱὸν καρτερόθυμον*, Herculem, *φ*, 25, conf. *καρτερός*.

κρατερὸς, *ὰ*, *όν.* (Κάρα) capitalis, superans, potens, fortis. *ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ*, Γ, 429, victus et interemtus (*erleget*) *(slain)* a viro forti. *ἀνέρι εἰσάμενος* (assimilatus) *αἰζηῷ τε κρατερῷ τε*, juveni et forti, Π, 716, et his locis *τὸ κρατερὸς* non simpliciter fortem notat, sed cum excellentia. *κρατερὸς Διομήδης*, Δ, 401, 411. E, 143, 814. Λ, 384, ubi vulneratus Diomedes sic vocatur. Ψ, 472. *αἰχμητὴς*, pugnator validus, Γ, 179. Δ, 87. et 89, *Λυκάονος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε*. sic et Σ, 55, *ἔτεκον υἱὸν*, ubi Thetis loquitur de Achille suo. et Φ, 546, *Ἀντήνορος*. *Διώρης κρατερὸς*, B, 622. *κρατερός περ ἐὼν*, O, 164, de Neptuno. et 105, de Jove. et Π, 624, de Ænea. *γῆ κρατερόν περ κατερύκει*, Φ, 63, terra tenet quamvis fortem. et 96, *ἑταῖρον ἐνηέα τε κρατερόν τε*. sic et P, 204, et sermo est de Patroclo. *εἰ μέν κεν ὑπὸ κρατεροῦ Ἀχιλῆος φεύγω*, Φ, 553, si metu fortissimi Achillis fugio. et 566, *λίην γὰρ κρατερὸς περὶ πάντων ἐστὶ ἀνθρώπων*, sc. Achilles. *κρατερὸς μήστωρ φόβοιο*, Z, 97. M, 39, validum effectorem fugæ hostium. *κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς*, validus et intrepidus, N, 299. *ῥαιστῆρα κρατερὸν*, Σ, 477. *κρατερὸν μῦθον*, A, 25, 326, potentem sermonem, *τὸν μετὰ ἀπειλῆς*, *ein machtwort*, *(a violent speech.)* sic, *μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε*, O, 202, sermonem durum et violentum, *diese unfreundliche und starke worte*, *(these bitter and violent expressions.)* Sed Π, 199, *κρατερὸν μῦθον ἐπέτελλε*, ubi notat imperium summi ducis, quod militibus suis pro imperio dicit; *γενναῖον*. *κρατεροῖς ὀδοῦσι*, fortibus dentibus, de leone, Λ, 114, 175. P, 63. *Ἕκτορος ἔρσωμεν κρατερὸν μένος*, H, 38, illius excitemus firmum robur. *πρόφερε κρατερὸν μένος*, K, 479, profer, ulterius fer, validum robur. Sic *Ἐχεκλῆος*, Π, 189. *Λεοντῆος*, Ψ, 837. *ἡμίονοι ἀμφιβαλόντες*, muli admoventes validum robur, P, 742. *πλῆσεν μένεος κρατεροῖο*, implevit ambos, N, 60. *τόξου ἀπὸ κρατεροῦ Τρώων ὀλέκοντα φάλαγγας*, Θ, 279, a forti arcu, sc. conjectis sagittis, perdentem phalanges Trojanorum. ergo *ἀπὸ τόξου ὀλλύειν* idem est ac, *θανατοῦν ὀϊστοῖς*, *erschiessen*, *(to shoot.)* *κρατερὸν βέλος*, fortem sagittam, E, 104, et quidem cum excellentia aliqua. Sæpe autem *κρατερὸς* non in laude dicitur, sed *εἰς ψόγον τινὰ*, ut Latinorum *capitalis*, e. c. *ἀνδρὶ παρὰ κρατερῷ*, i. e. *βιαίῳ*, Ω, 212. *σὺν Ἄρηϊ κρατερῷ*, B, 515. *κρατερὸς Ἐφιάλτης*, E, 385. *δεσμὸς*, E, 386, i. e. *χαλεπός*. et 392, *Ἡρακλῆς*. nam his locis non loco *ἐπαίνου* ponitur. *ᾅδης*, N, 415, *διὰ τὸ βίαιον*. *κρατερὰ ἔργα*, in malo sensu, E, 757. *ἄλγεα*, B, 721. *ε*, 13, 395. *ο*, 232. *ρ*, 142. λ, 581, ubi tamen alii legunt *χαλεπά*. *heftigen hauptkummer*, *(great affliction.)* *κρατερὸν πένθος*, Λ, 249. *κρατερὸς τρόμος*, Z, 137, vehemens et verus tremor. *κρατερὴ ἀσπὶς*, firmum et validum scutum, Γ, 349. P, 45. *ἶς*, Ψ, 720. *λύσση*, I, 239. Φ, 543, violenta rabies. *ἐνιπὴ*, E, 492, potentem increpationem. et 623, *ἀμφίβασις*, defensio valida et constans, *γενναία, βιαία, κρείσσων*. *ὑσμίνη*, B, 40. Δ, 462. E, 84, 627, 712. H, 14, 18. Λ, 190, 205, 468, pugna

vehemens. sic et Ξ, 448. Σ, 243. Φ, 207. λ, 416. et si de clamore in ejusmodi pugna sermo est, non is est timoris index sed contentionis. κραττεραὶ ὑσμῖναι, Β, 345. Ε, 200, 530. στίχες, Δ, 90, 201, firmi et validi ordines militum. κρατερὴ ἀνάγκη, Ζ, 458. κ, 273, dura necessitas et potens, ἡ κατὰ τὸ ἀκούσιον, *der mächtige zwang, (dire necessity.)* ἔρις, Ν, 358. Π, 662. Υ, 48. φύλοπις, Σ, 242. π, 268. κρατερῆφι βίηφι, Φ, 501. μ, 210. κρατεραὶ φάλαγγες, Ε, 592. Ν, 90. κρατεραῖς χερσὶ, δ, 288. υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀμύμων, γ, 111. Μεγαπένθης, δ, 11. ο, 122. Πολύφημος, ι, 407. κρατεροῖο λέοντος, δ, 335. ρ, 126. ἐκ δεσμοῦ, Θ, 360. et 336, δεσμοῖς. Ἀΐδου, λ, 276. βιοῖο, ω, 169. κρατερὸν μένος, λ, 220. δέος, ξ, 87. κρατερὼ θεράποντε Διὸς, λ, 254, i. e. potentes principes duo, qui sunt ministri Jovis. et 264, κρατερώ περ ἐόντε. κραταιὸς est idem quod κρατερὸς: et est a κρὰς, caput, quasi κραταιὸς, ὁ ἐν ἑαυτῷ κεφαλαιῶν τὸ πᾶν: et sæpe est νικητὴς, e. c. ὁ δεῖνα κρατερὸς τοῦ δεῖνος γέγονεν. opponitur quoque dolo agenti: nam est, aperta vi contra iens, qui caput fidenter objectat.

κρατερόφρων, (Φρὴν) fortis et validus mente. θηρὸς κρατερόφρονος, *eines starkmüthigen læwen, (a courageous lion,)* Κ, 184. κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ, δ, 333. ρ, 124. Ἡρακλῆα κρατερόφρονα, Ξ, 234. κρατερόφρονε παῖδε, Castorem et Pollucem, λ, 298. a κρατερός.

κρατερώνυξ, υχος. ὁ ἡ. (Νύσσω) forti ungula præditus, fortibus unguibus. κρατερώνυχας ἵππους, Ε, 329. Π, 724. ἡμιόνους, Ω, 277. ζ, 253. λύκοι ἠδὲ λέοντες, κ, 218.

κρατερῶς, (Κάρα) adverb. fronte opposita, firmiter, fortiter, constanter. μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευεν, valde pro majestate loquebatur, Jupiter, Θ, 29, i. e. ἀποτόμως ἐλάλει. sic, ἀγόρευσε, Achilles, Ι, 690. et 431, ἀπέειπεν edixerat. ἑστάμεναι κρατερῶς, stare firmiter et fortiter, Λ, 410. Ν, 56. Ο, 666, i. e. γενναίως, στερεῶς. ἐμάχοντο, Μ, 152. Διῒ κρατερῶς ἐνεμέσα, sc. Neptunus, Jovi vehementer succensebat, Ν, 16, 353. ἔχεο κρατερῶς, Π, 501. Ρ, 559, continua fortiter. κατέβαλε, dejecit eum in certamine luctæ, δ, 344. ρ, 135, atque id viribus magnis utens, καὶ οὐκ ἐκ μηχανῆς τινός.

κρατευταί, ῶν. οἱ. (Κάρα) veruum bases et fulcra, ἐφ' ὧν τὰ ἄκρα τῶν ὀβελίσκων τίθενται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι τὰ κρέα: σιδήρειά τινα, ἐφ' ὧν οἱ ὀβελίσκοι ἐπιτίθενται, *brat-spiess-knechte, (roasting jacks.)* singularis est ὁ κρατευτὴς, οῦ, a κρατεύω, firmiter teneo; quod est a κρατέω. κρατευτάων (pro κρατευτῶν) ἐπαείρας in fulcris elevans, sc. τοὺς ὀβελοὺς, Ι, 214. alii volunt esse τοὺς κρατευτὰς, τὰς λαβὰς τῶν ὀβελίσκων, *die griffe an den bratspiessen, (the handles to spits.)*

κρατευτής, ου, ὁ, vide supra.

κρατέω, f. ήσω. (Κάρα) præsto, præcello, sum superior, impero. ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει, de Agamemnone, Α, 79. et 288, πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν, omnes vi sua superare vult. ὅστις ὅδε κρατέει, quisquis iste fortia facta edit et vincit, Ε, 175. Π, 424. αὐτὸς δὲ μέγα κρατέων ἤνασσε, Π, 172, ipse supremum imperium habens dux summus erat, ubi sermo de Achille, qui duxerat militum 2500, quibus præerant quinque ductores, ὑφηγεμόνες καὶ ὑποστράτηγοι, ipse autem erat horum caput. non dicit εὐρὺ κρατέων, hoc enim erat Agamemnonis, supremi ducis totius fœderatorum exercitus; cum Achilles tantum esset supremus dux suæ partis. περὶ μὲν κρατέεις, Φ, 214, nimium sane fortis et violentus es; abuteris superioritate virium tuarum. et 315, ὃς δὴ νῦν κρατέει, qui sane nunc superior est; idque ibi exprobratorie dicitur de Achille. νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν, nunc rursus præstans es longe inter mortuos, λ, 484, inquit Ulysses vivus ad Achillis umbram apud inferos; coll. 490. ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοὶ, ν, 275. ο, 297. ω, 430, ubi illi sunt fortes et dominantur. μέγα δὲ κρατέουσιν Ἀχαιοὶ, valde potentes sunt, ο, 274. ἀνδράσι τε κρατέουσι καὶ θεοῖς, π, 265, ubi sermo de Jove et Minerva; et verbum plurale positum ibi ad præcedentem dualem pronominis; coll. 260, 263, 264.

κρατὴρ, et ionice κρητὴρ, ῆρος. ὁ. (Κάρα) crater, vas capacius, in quod vinum ex amphora infundebatur, et ex quo deinde in pocula minora. *eine flasche, weinkanne, (a flagon, wine-cup.)* est a κεράω, ionice κράω, infundo. cæterum non negatur, antiquissimos merum bibere raro fuisse solitos: sed poëta hoc miscere vinum cum aqua aliis phrasibus exprimit, ut mox videbimus. ergo κρατὴρ non a mixtura vini cum aqua, sed a sola infusione, nomen habet. Scythæ gelidi maxime amabant τὴν ἀκρατοποσίαν in sensu recentiorum: hinc οἱ Λάκωνες τὸ ἀκρατοποτεῖν vocabant ἐπισκυθίζειν, *auf gut Scythisch einschenken, (to drink in the true Scythian style.)* deinde invaluit et apud Græcos ista ἀκρατοποσία, adeo, ut præmium sæpe proponeretur τῷ πλεῖστον πιόντι: sicut Alexander factitavit cum amicis. ab ὁ κρατὴρ est verbum κρατηρίζειν, i. e. συμπίνειν. fortasse et ἡ κρήτη est a κράω, f. ήσω. κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο, Α, 470. Ι, 175. α, 149. γ, 339. φ, 271, nam τὸ ποτὸν κατ' ἐξοχὴν est ὁ οἶνος, et ἐπιστέφειν est, implere omnino, *bis oben an füllen, (to fill to the brim.)* γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων, Α, 598, dulce nectar ex cratere fundens. φέρε δὲ κρητῆρα φαεινὸν ἠδὲ χρύσεια κύπελλα, Γ, 247. et 269, κρητῆρι δὲ οἶνον ἔμισγον, ubi per μίσγειν indicatur, aquam fuisse admixtam vino. cæterum apparet, κρητῆρα fuisse vas capacius, ex quo εἰς τὰ κύπελλα infundebatur. et 295, ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι οἶνον δεπάεσσι, haurientes poculis parvis vinum ex cratere, i. e. infundentes in pocula. κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισι, Ζ, 528, craterem statuere liberum in domo, i. e. in otio et finito bello compotare hilariter, gratias agendo diis pro recepta vel

conservata libertate: ἐν εἰρήνῃ, πολέμου παυσάμενοι, καθ' ἡσυχίαν τρυφῆσαι. conf. ἐλεύθερος. ἐν κρητῆρσι κέρωνται, (pro κερῶνται) οἶνον, Δ, 260, ubi etymologice junctum nomen verbo. πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο, Θ, 232, sic et, στήσαντο, β, 431. μείζονα κρητῆρα καθίστα, statue majorem craterem, I, 202, nam jam plures, quam antea, aderant. ἀπὸ κρητῆρος πλείου ἀφυσσάμενοι, K, 578. in ejusmodi κρητῆρι argenteo vel aureo sæpe condebantur ossa nobilium crematorum, ut apparet ex Ψ, 91, 92, ubi dicitur χρύσεος ἀμφιφορεύς. nam οἱ πιόντες κρητῆρα φιλοτήσιον ἐν τῷ ζῆν, τὸν αὐτὸν ἔσχον καὶ θανάτου κρητῆρα, ταφέντες ἐν τοιούτῳ ὁμοῦ. conf. φιάλη. χρυσέου ἐκ κρητῆρος οἶνον ἀφυσσάμενος, ἔχων δέπας, Ψ, 219. et 741, ἀργύρεον κρητῆρα, ὃς ἓξ μέτρα ἐχάνδανε, ubi simul pulcritudo ejus est descripta. coll. 778, ubi eum κρητῆρα præmium accipit Ulysses. οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρι καὶ ὕδωρ, α, 110, ubi de temperando vino narratur. ὄφρα θυμοφθόρα (letalia) φάρμακα ἐμβάλῃ κρητῆρι, β, 330. ut in craterem injiciat venena. ἀνεκέρασεν κρητῆρα, iterum implevit craterem, γ, 390, 393. ἐπὴν κρητῆρι μιγείη φάρμακον νηπενθὲς, δ, 222, quando in cratere admisceretur illud medicamen exhilarans. et 615, κρητὴρ τετυγμένος, ἀργύρεος ἅπας, χρυσῷ δὲ χείλεα ἐπικέκρανται. κρητῆρα κερασσάμενος, implens, η, 179. μέθυ ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων οἰνοχόος φορέει, καὶ ἐγχέει δεπάεσσιν, ι, 9, ubi ἀφύσσων ἐκ κρητῆρος et ἐγχέει δεπάεσσιν est idem. et 203, δῶκε δέ μοι κρητῆρα πανάργυρον. et 210, ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει. κρητῆρι ἐν ἀργυρέῳ οἶνον ἐκίρνα, καὶ νέμε κύπελλα, κ, 356, crateri argenteo infundebat vinum, et distribuebat deinde pocula. ἀμφὶ κρητῆρα κείμεθα, λ, 418, circa craterem jacebamus, occisi. et ibi est vel singularis pro plurali: vel est collective intelligendus locus, ubi crateres stabant ad infundendum ex iis in pocula; *um die schenke, um das bufet, herum, im speise saale, (about the side-board, or side-table, in the dining-room.)* κρητῆρα κερασσάμενος, μέθυ νεῖμον πᾶσιν, ν, 50, craterem implens, ex eo distribue omnibus vinum ad libandum. et 105, κρητῆρες καὶ ἀμφιφορῆες λάϊνοι, ubi utrumque fere idem notat: et erant hæc ἀναθήματα sacra in antro Nymphis sacrato. κρητῆρα ἀργύρεον, donat Menelaus Telemacho, ο, 103, 115—119. 121, φαεινὸν ἀργύρεον. et talia dicebantur ἀργυρώματα. κρητῆρε κεράσσατο, σ, 422, et hæc phrasis in genere potest esse: curabat craterem implendum et ex eo infundendum in pocula, *er hatte die aufsicht auf die schenke, (he had the office of cup-bearer.)* καθήρατε κρητῆρας, υ, 152. et 253, οἶνον κρητῆρσιν ἐνεκερῶντο. παρὰ κρητῆρα δὲ καλὸν ἷζε μυχοίτατος, φ, 145, ad craterem pulcrum sedebat interior: et h. l. rursus περιεκτικῶς positus est κρητὴρ pro loco, ubi crateres stabant; isque locus erat honoratior, quia in interiore parte triclinii, *es war in der gegend die oberstelle im saale, (it was in the most honourable part of the room.)* conf. μυχοίτατος. sic et περιεκτικῶς positum hoc nomen, χ, 341, μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου, inter locum ubi crateres stabant et primam sellam. ἔδωκα αὐτῷ κρητῆρα πανάργυρον ἀνθεμόεντα, ω, 274. nam inter dona hospitalia aut præmia, crateres argentei artificiose elaborati (τετυγμένοι) præcipuæ erant dignationis.

κράτος, εος. τό. (Κάρα) capitalitas quasi, præferentia, superioritas; potentia. *die oberhand, der vorzug, der zustand da man ein haupt und mächtigerer ist, (the superiority, pre-eminence, the state of one who is paramount to and more powerful than others.)* est a τὸ κάρα, unde est κρέω, quasi καρέω, a cujus tertia persona præt. pass. est τὸ κάρτος per syncopen, et transposite κράτος. ἐπιτίθει Τρώεσσιν κράτος, adde illis superioritatem et victoriam, A, 509. Διὸς κράτος ἐστὶ μέγιστον, B, 118. I, 25, ille est supremus, habetque supremam potentiam. et 39, ἀλκὴν δ' οὔτοι δῶκεν, ὅ ἐστι μέγιστον κράτος, fortitudinem et vires ad pugnandum non sane dedit, in quo tamen est et consistit maxima prioritas vel maximus valor. τὸ μέγα κράτος τὸ ἐξ ἀλκῆς, præstat τοῦ βασιλικῶς σκηπτουχεῖν. Diomedes ergo τῷ σκήπτρῳ præponit τὴν ἀνδρίαν, et oblique se ipse summo regi: nam σκῆπτρον est aliquid extrinsecus datum, et potest auferri; ἀνδρία est personale quid, et non facile potest auferri. illud voluntarios et fidos subjectos præsupponit; hoc potest subjicere sibi vel reges invitos. ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅ ἐστι μέγιστον κράτος, N, 484, habet florem juventæ, in quo est maximus valor et maxima vis: nam seniores fiunt infirmiores. οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον, de aquila inter aves, Ω, 293, 311. ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος ἠὲ φεροίμην, N, 486, aut is ferret victoriam aut ego. ἤκουσε, μέγα κράτος εἶναι Ἀχαιῶν, Z, 387, audivit, Achæorum esse superioritatem in pugna, *dass die gar sehr die oberhand hätten, (that they had a decided superiority.)* δοῦναι μέγα κράτος Ἀργείοις, victoriam, O, 216. σοὶ νῦν γε μέγα κράτος ἐγγυαλίξω, P, 206, tibi nunc saltem dabo magnam superioritatem in prœlio. et 613, Τρωσὶ μέγα κράτος ἐγγυάλιξεν. τότε οἱ κράτος ἐγγυαλίξω, Λ, 192, tunc ei victoriam dabo. sic 207. et 752, Ζεὺς Πυλίοισι μέγα ἐγγυάλιξε. αἴκε ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι (δοῦναι) κράτος, N, 743, si quidem velit deus dare victoriam. sic, δοίη δὲ αὐτῷ μέγα, Υ, 121. sed δὸς δὲ κράτος, Π, 524, ubi vulneratus precatur, præbeque vires mihi: ut κράτος ibi sit robur bene valentis corporis. σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν, sc. χρή ἐμε, M, 214, oportet, ut ego augeam quantum possim, imperium tuum et dignitatem tuam. ibi ergo κράτος est ἡ βασιλεία, ἀξίωμα ἡγεμονικόν. ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος, ἤ κε φεροίμην, Σ, 308, sive is ferat victoriam, sive ego; ubi notat νίκην. hinc recentiores dixere νικηφόρος, et νικηφορεῖν. τὸν ἔπεφνε δόλῳ, οὔτι κράτεΐ γε, interfecit dolo, non aperta fortitudine majore, H, 142, non superioritate virium. ὅ, τε κράτεΐ προβιβήκει, Π, 54, quia potentia antecellit, ἐπειδὴ πολλῶν κρατεῖ καὶ ὑπερέχει, *weil er mer zu befelen hat, (because he has a right to*

command.) ubi conf. προβαίνω. ὅου (οὗ) κράτος ἐστὶ μέγιστον, α, 70, ubi Jupiter loquitur de Polyphemo, cujus robur est maximum inter omnes Cyclopes. et 359, τοῦ γὰρ κράτος ἐστὶν ἐν οἴκῳ, ejus est superioritas in domo, is est caput familiæ: et loquitur ibi Telemachus de se, ἐγὼ οἰκοδεσποτέω, *ich bin herr im hause, (I am master at home.)* sic et φ, 353. sic et, ἐνὶ δήμῳ, λ, 352, ubi Alcinous rex de se loquitur. Διὸς κράτος ἐστὶ μέγιστον, ε, 4. τὸ γὰρ σιδήρου κράτος ἐστὶν, ι, 393, sc. si candens ferrum a fabro intruditur in aquam frigidam, fit hinc ferrum ipsum validius: *dass giebt dem eisen die kraft und härte, (which gives to iron its strength and hardness.)* ἠῶθεν δὲ θεὸς δώσει κράτος ᾧ κ' ἐθέλῃσι, φ, 280, cras dabit deus victoriam cui voluerit.

κρατὺς, εῖα, ύ. (Κάρα) potens, prævalens, fortis. in poëta κρατὺς est epitheton Mercurii, inventoris et præsidis eloquentiæ et mercaturæ et doli ingeniosi, rerum omnino capitalium. τῆς δὲ κρατὺς Ἑρμῆς ἠράσατο, eam adamavit, Π, 181. κρατὺς ἀργειφόντης, Ω, 345. ε, 49, 148.

κρέας, ατος. τό. (Κάρα) caro edulis. est a κρέω, primus sum, regno, impero: nam regnat quasi inter cibos, et maxime validos reddit eos qui comedunt. hinc et ἴφια μῆλα dicuntur ab effectu apud edentes, oves quæ roborant carne sua homines, conf. E, 555, s. hinc et a καρτύνειν derivat Eustathius cum antiquis τὸ κρέας, *weil es macht hat und macht giebet, (because it has strength, and imparts strength.)* τῇ. τοῦτο κρέας πόρε αὐτῷ, Θ, 477. cape, hanc carnem da ei. κρέας ὀπτὸν, π, 443, nam raro heroës elixas carnes apponebant. καὶ κρέας (ubi alii legunt κρέα) ὡς οἱ χεῖρες ἐχάνδανεν ἀμφιβαλόντι; ρ, 344, et carnem, quantam manu comprehendere poterat. δαινύμενοι κρέατ' (pro κρέατα) ἄσπετα, ι, 162, ubi aliis placet, hoc τ' avellere, et legere κρέα τ' ἄσπετα, ut sit particula τέ. σῖτός τε κρέα τ' ὀπτὰ, χ, 21, ubi res manifesto sic se habet. ergo et priore loco sic legendum: nam κρέα est pro κρέατα, per apocopen, non per contractionem. ἔνθα φίλα ὀπταλέα κρέα ἔδμεναι, Δ, 345. ἔσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν, Θ, 231, quæ verba notant regem ἀφειδέα δαπάνης, simulque innuunt, milites fortia destinantes largo cibo satiari debere, non vero συντήκεσθαι ὀλιγοσιτοῦντας. κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεὺς, I, 217, circa quem locum describitur epulum heroicum, ab 199—225. sic et Ω, 626, et circa. concisas nimirum carnes in frusta, affigebant verubus parvis, super carbones candentes multos, sicque assabant; assatasque una cum verubus mensæ imponebant. βοὸς ἀμφίπεπτον κρέα, Λ, 775. ὠ ὰ ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, X, 347, ubi Achilles optat sibi tantum crudelitatis, ut crudas Hectoris carnes comedere appetat: tanto odio fertur in eum. sic Jupiter Junonem increpat, quod velit carnes Priami edere, Δ, 35. et Hecuba cupit hepar Achillis gustare, Ω, 212, s. et Τυδεὺς ἐγκεφάλου ἐχθροῦ ἐρρόφησεν, ut historiæ narrant. κρέα πολλὰ δατεῦντο, α, 112. κρέα ὤπτων, ἄλλα τ' ἔπειρον, γ, 33, ubi ὀπτᾶν καὶ πείρειν contradistinguuntur, ut prius sit, assare re vera; alterum vero, præparare carnes ad verua figendas ut assari deinde possint. quidam carnes jam assabant, alii assandas primum adfigebant verubus. ἐπεὶ ὤπτησαν κρέα ὑπέρτερα, καὶ ἐρύσαντο, γ, 65, 470, postquam assarunt carnes superiores vel exteriores, et detraxerunt de verubus. sic et υ, 279. et exteriorum carnium facit mentionem, quia earum assatarum color indicium est, bene jam esse eas igne percoctas. ἀνδρόμεα κρέα ἔδων, humanas carnes edens, ι, 297. et 347, ἔφαγες ἀνδρόμεα κρέα, ubi in scansione κρέα, duæ breves, valent pro una longa in fine, et pro unica syllaba pronuntiandum. et 557, δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα, καὶ μέθυ. σῖτον καὶ κρέα πολλὰ, μ, 19. et 395, κρέα ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει ὀπταλέα τε καὶ ὠμά. ἐνδυκέως κρέα τ' ἤσθιε, ξ, 109. κρέα δαῖετο, ο, 140, carnes scindebat, et faciebat portiones. sic et ρ, 331, δαιτρὸς κρέα πολλὰ δαιόμενος. αἱμοφόρυκτα κρέα ἤσθιον, υ, 348. ταμνομένους (quod est idem ac διαομένους) κρέα πολλὰ, ω, 363. ὀπτῆσαι δὲ κρειῶν, ο, 95, coll. 94, et est phrasis Attica, partem aliquam carnium, ab hesterna cœna reliquam, crudam tamen adhuc, assare in jentaculum: et ejusmodi carnes ex heri mactato bove supererant multæ, ut v. 94 ostendit. κρειῶν (pro κρεάτων) ἐρατίζων, de leone famelico, i. e. πεινῶν, Λ, 550. P, 660. ἐπιδευὴς δηρὸν ἔῃ κρειῶν, M, 300, indigus diu carnium si sit; de leone esuriente. κρειῶν πίνακας παρέθηκε παντοίων, α, 141, δ, 57. κρειῶν πίνακας ὀπταλέων, π, 49. ἔνθα μὲν οὔτε ἄ.αξ οὔτε ποιμὴν ἐπιδευὴς (defectum sentiens) τυροῦ καὶ κρειῶν καὶ γάλακτος, δ, 88, *herr und knecht haben satt, (neither master nor servant knows any want.)* πλήθωσι τράπεζαι σίτου καὶ κρειῶν, ι, 9. sic ο, 333, τράπεζαι σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασι. et 506, δαῖτα ἀγαθὴν κρειῶν τε καὶ οἴνου. κρειῶν κορέσαιντο (κατὰ) θυμὸν, ξ, 28. et 456, σίτου καὶ κρειῶν κεκορημένοι. κρειῶν μοῖραν παρέθεσαν αὐτῷ οἳ πονέοντο, ρ, 258. et 412, πλῆσαν πήρην σίτου καὶ κρειῶν. ἔτιόν σε ἕδρῃ καὶ κρέασιν, Θ, 162, honorabant te sedili et carnibus, i. e. locum in convivio honoratiorem, et plures delicatioresque carnium partes dabant tibi præ aliis. sic, τετιμήμεθα ἕδρῃ τε κρέασίν τε ἰδὲ πλείοις δεπάεσσιν, M, 311.

κρεῖον, ου. τό. (Κάρα) mensa, cui impositæ carnes secandæ et dividendæ. is significatus apparet, I, 206, κρεῖον μέγα κάββαλε (κατέβαλε, deposuit, posuit) ἐν πυρὸς αὐγῇ, coll. 207, ἐνετίθει κρέατα αὐτῷ, et 209, ἔταμνε κρέατα. est ergo, *ein grosser küchentisch, darauf das fleisch zurechte gemachet und zerschnitten wird, (a kitchen dresser, on which meat is prepared and cut up.)* simul vide ibi, heroës ipsi sunt sui coqui: Patroclus, vel ipse Achilles, ponit mensam et imponit carnes; Automedon adjuvat eum; Achilles discindit, et affigit verubus, etc.

κρείσσων, ονος. ὁ ἡ. (Κάρα) præstantior, potentior, magis principalis, superior, victor. a

κύνεος, (pro *κύνειος*) *έη, εον.* (Κύω) caninus. it. impudens, *kühn, (audacious.)* in poëta solum fœmininum substantive positum, *ἡ κυνέη*, in usu est, ellipticе. notatque galeam, vel quodvis *ἔρυμα τῆς κεφαλῆς.* nam proprie *ἡ κυνέη* est, *δορὰ* (pellis) *κυνὸς ποταμίου, σκέπουσα τὰς κεφαλὰς τοῖς παλαιοῖς*, et antiquissimi capita sua muniebant pelle canis fluvialis, *ein fisch-otter-fell, (an otter skin;)* vel et marini, *eine see-hundes-haut, (a seal skin:)* et ab hac specie deinde in genere sic dicta est omnis *ἡ περικεφαλαία. κυνέη* vel *κυνείη* vel *κυνῆ*, sc. *δορὰ*, est pellis canina: et quando galeam notat, est *ἡ ἐκ κυνείης δορᾶς.* a primo et antiquissimo usu deinde fluxit nomen ad omnes galeas et munimenta capitis: et nota est *ἡ ἡλιοστερὴς κυνέη*, *ein hut wider die sonne, (a protection against the sun,)* qualis optime fabricabatur in Thessalia. conf. *πυκάζω.* militares galeæ ex variis materiis fiebant; *διὰ τὴν παλαιὰν χρῆσιν* vero omnes dictæ *κυνέαι. κρατὶ δὲ ἀμφίφαλον κυνέην ἐπέθετο τετραφάληρον, χρυσείην, ἑκατὸν πολέων πρυλέεσσι ἀραρυῖαν*, E, 743, ubi sermo est de galea Minervæ, tantæ amplitudinis, ut capita peditum ex centum urbibus tegere possit simul. maximi ergo capitis est ipsa Minerva, cui tanta galea esse potest apta. notat hæc fictio magnitudinem et præstantiam sapientiæ *ἡγεμονικῆς* et principalis: hæc enim in capite suo habet curas multarum urbium; et bonus dux plerumque tantumdem valet ac magnus exercitus. curat hæc sapientia maxime res pacis et belli. alii hanc magnitudinem galeæ sic interpretantur, centum urbes notare Cretam, et *πρυλέας* esse *τοὺς τῆς Κρήτης ὁπλίτας*, i. e. *τοὺς Κορύβαντας*, et horum imagines duas vel quatuor fuisse *ἐντετυπωμένας* galeæ. conf. *πρύλις.* sed isti nimis historice, et quasi re vera esset inter res mundanas ejusmodi galea Minervæ vel Minerva ipsa, enarrant poëtam. fingit is audacter quidem, sed cum summa simul ratione; ut vel ex hoc exemplo apparet. *κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον*, Γ, 316, ubi vides æneam galeam, in qua sortes motitabantur; quæ fortasse tamen externe tecta esse potuit *δορᾷ κυνὸς ποταμίου ἢ θαλασσίου*, ut *κυνέη* dicatur. et 336, *κρατὶ ἐπέθηκε κυνέην εὔτυκτον* (pulcre fabricatam) *ἵππουριν*, pilis equinis in summo exornatam dense. sic et Λ, 41, *ἀμφίφαλον, τετραφάληρον*, ubi posterius est explicatio prioris: nam habens quatuor *φάλους*, unum in fronte, alterum in cervice, tertium et quartum ad aures, fit *τετραφάληρος*: et si hi quatuor dividuntur in duas *συζυγίας*, ante, post, ad aures, fit *ἀμφίφαλος. ἐνέβαλον κλήρους κυνέῃ Ἀγαμέμνονος*, H, 176. et 182, *ἔπαλλε Νέστωρ, καὶ κλῆρος Αἴαντος ἐξέθορε κυνέης.* et 187, *Αἴας ἐπιγράψας τὸν κλῆρον κυνέῃ ἐνέβαλε. ἀμφέθηκε κεφαλῇ κυνέην ταυρείην* (bubula pelle inductam externe) *ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ἥτε καταῖτυξ κέκληται*, K, 257. et 261, *ἀμφέθηκε κεφαλῇ κυνέην ῥινοῦ ποιητὴν* (ex corio bubulo) *πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν ἐντέτατο στερεῶς, ἔκτοσθεν δὲ λευκοὶ ὀδόντες ὑὸς* (apri) *θαμέες εἶχον ἔνθα καὶ ἔνθα*, ab utraque parte: ubi vides galeam *ὀδοντωδῆ*, in cujus interiore parte erat *πῖλος*, *filz, (felt,)* ne caput radicibus dentium attereretur; et successio per possessores enumeratur, 265—270. cæterum *ταυρείη*, et *ῥινοῦ ποιητὴ*, idem fere notat. et 335, *κρατὶ δὲ ἐπέθηκε κτιδέην κυνέην*, galeam viverræ corio inductam. et 458, *τοῦ δὲ κεφαλῆς ἀφέλοντο κυνέην κτιδέην*, ubi legitur *κεφαλῆφιν*, pro *κεφαλῆς*, non vero, ut mendose quidam exhibent, *κεφαλῆφιν.* conf. *κτίδεος. κυνέης διὰ χαλχαλκοπαρῄου*, M, 183, quia maxillas contegebat; quæ 184, dicitur *χαλκείη κόρυς.* sic Υ, 397, coll. 398. sic P, 294, quæ 295, est *ἱπποδάσεια κόρυς. θλάσσε δὲ τετράφαλον κυνέην*, M, 384. *κρατὶ ἐπέθηκε κυνέην εὔτυκτον ἵππουριν*, O, 480. Π, 137. et 793, *κυνέην ἀπὸ κρατὸς ἔβαλε, ἡ κυλινδομένη καναχὴν εἶχεν ὑπὸ ποσὶν ἵππων*, et sermo est de galea Achillis, quam Patroclus in pugna nunc gestaverat; quæ 795 dicitur *αὐλῶπις τρυφάλεια*, cujus *ἔθειραι* (pili equini in summo) *μιάνθησαν αἵματι καὶ κονίαις*, et 797, dicitur *ἱππόκομος* (equinis pilis ornata) *πήληξ, ἡ ῥύετο κάρη καὶ μέτωπον ἀνδρὸς θείου, καὶ ἣν Ζεὺς τότε Ἕκτορι ἔδωκε φορέειν*: ut ergo poëta, commiserans, multis verbis et *σεμνώμασι* prosequatur hanc eximiam galeam et ejus indignum casum. *κλήρους ἐν κυνέῃ*, Ψ, 861. *κ*, 206. *ἀπὸ κρατὸς κυνέην εὔτυκτον ἔθηκα*, inquit Ulysses, ξ, 276, cum se dederet Ægyptio regi, victus prœlio. *κυνέη πάγχαλκος ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖα*, σ, 377. sic, *εὔχαλκον, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν*, χ, 102. et 123, *εὔτυκτον ἵππουριν ἐπέθηκε κρατί.* et 111, *πίσυρας κυνέας χαλκήρεας ἱπποδασείας.* et 145, *τόσας. αἰγείην κυνέην*, ω, 230, quæ h. l. non erat bellica, sed simpliciter *τὸ ἐξ αἰγὸς κάλυμμα κεφαλῆς*: nam opus in agro facturus imponebat eam ibi capiti suo.

priscis ergo κυνέη vocabatur πᾶν σκιάδιον, quod Hesiodus πῖλον ἀσκητὸν, *einen hut, (a hat;)* vocat, Ἔργ. 544. κυνέην Ἄϊδος ἔδυνεν, Ε, 845, ubi sermo est de Minerva, quod galeam Orci imposuerit sibi, ne se videre posset Mars; et hæc galea dicitur esse μελαντάτη, ὑπὲρ πᾶν ὃ ἄν εἴπῃ τις μέλαν: διὸ καὶ πᾶς ὁ ἀφανὴς ὢν ἐν τῷ δολίως τι πράττειν, καὶ οἷον ὑπὸ ᾅδῃ καὶ τῷ ἐκεῖσε σκότῳ, (in tenebris infernis,) ᾅδου λέγεται κυνέην φορεῖν, proverbialiter. est autem physice hæc galea, νέφος τι πυκνότατον, δι' οὗ καὶ θεοὶ ἀφανεῖς (invisibiles) ἀλλήλοις γίνονται: ut sit idem, κυνῆν ᾅδου δῦναι, καὶ, ὑπὸ παχυτάτῳ νέφει γενέσθαι. allegorice notat quoque, prudentiam alte dissimulantem, aut, occasiones clandestinas captantem, aut repente irruentem. κυνηδὸν, adverb. canino more, i. e. impudenter, audacter; quod in forma plurali dicitur κυνηδὰ, per syncopen κυνδὰ, Aristoph. Thesm. 496.

κυνέω, (Κύω) idem quod κύω in significatu primo. osculor, φιλέω, τὸ κατὰ χείλη, καὶ τὸ ἄλλως, κατὰ διάθεσιν. dein osculor cum veneratione. καὶ κύνει (ἐκύνει) ἁπτόμενος ἣν πατρίδα, δ, 522, Agamemnon, redux a Troja in patriam; ἐφίλει, προσεκύνει, osculabatur patriam suam; sine dubio manu prius admota ori suo, et deinde telluri; sicut mos erat adorandi in sacris. adorabat ergo ut deam. nisi forte et ipso ore; sicut Cæsar deinde Africam terram, e navi excidens. Sed prius præstat. καὶ κύνεον (ἐκύνεον) ἀγαπαζόμεναι κεφαλήν τε καὶ ὤμους, ρ, 35, ubi sermo est de ancillis honestioribus, cum gratulatione excipientibus peregre reducem Telemachum herum suum. et vide δουλικὸν φίλημα, caput, i. e. frontem superiorem, et humeros ubi vestibus erant nudi. cognati et nobiliores osculabantur frontem et oculos. Eumæus extra ordinem, ut frater et Ἄττα a Telemacho, tempore misero, dictus, osculabatur oculos Telemachi. sic de ancillis, herum Ulyssem excipientibus, αἱ μὲν ἄρα ἀμφεχέοντο καὶ ἠσπάζοντο Ὀδυσῆα, καὶ κύνεον ἀγαπαζόμεναι (arcte complectentes) κεφαλήν τε καὶ ὤμους, χεῖράς τ' αἰνύμεναι, capientes, χ, 499. et de servis ejusdem, agnoscentibus herum, φ, 224, ἀμφὶ Ὀδυσῆα χεῖρε βαλόντε ἔκλαιον, καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους. hinc est προσκυνέω, saluto reverenter.

κυνηγέτης, ου. ὁ. (Ἄγω) venator, qui alias et ὁ κυνηγός. qui canes educit contra feras. describitur, Ε, 49—56. κυνηγέται, οἵτε καθ' ὕλην ἄλγεα πάσχουσιν, κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, ι, 120. s.

κυνόμυια, ας. ἡ. (Μύω) quæ et scribitur κυνάμυια, sicut a μεσοπόλιος fit μεσαπόλιος et μεσαιπόλιος, notat muscam valde impudentem, ἡ ἀναιδὴς καὶ θρασεῖα, παρὰ τὴν κύνα καὶ τὴν μυῖαν, ἀναιδῆ ζῶα καὶ ἄμφω. τίπτ' αὖ, ὦ κυνόμυια, θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις, Φ, 394, inquit ὁ ἄφρων Mars ad Minervam τὴν φρόνιμον: nam sic solet ὁ ἄφρων μετατιθέναι τὰ ἑαυτοῦ ἐπὶ τὸν φρόνιμον, τὴν ἀναίδειαν, τὸν θυμὸν, τὸ φιλόνεικον: τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία, θέλουσα μὲν εἶναι ὅπερ ἐστὶ, τὰς προσφόρους δὲ κλήσεις ἀπαναινομένη, καὶ τῇ ἀρετῇ αὐτὰς ἐπιγράφουσα. sic et, 421, Juno Venerem absentem hoc nomine vocat, ex vero quidem ibi. alii scribunt, κινάμυα, et intelligunt, τὴν μὴ ἔχουσαν ἠρεμαῖον τὸ βλέμμα, ἀλλὰ κινοῦσαν συνεχῶς τοὺς μύας (musculos) τῶν ὀφθαλμῶν. sed id exploserunt antiqui. alii τὴν κυνόμυιαν explicant, τὴν τῶν κυνῶν μυῖαν, i. e. τὸν κρότωνα: sed non advertunt, in poëta esse hanc vocem probrum in nimis audacem et impudentem.

κυνοραϊστης, οῦ. ὁ. (Ῥάω) qui canem perdit et male vexat. et sic vocatur τὸ τῶν κυνῶν φθαρτικὸν ζωΰφιον, pediculus caninus, qui et ὁ κρότων, ωνος de quo proverbium, ὑγιέστερος κρότωνος, de quo vide Eustathium ad Dionysium τὸν Περιηγητήν. est ergo ὁ τοὺς κύνας ῥαίων. κύων Ἄργος, ἐνίπλειος κυνοραϊστέων, ionice pro στῶν, ρ, 300. cæterum αϊ in talibus est distractum, ab ὁ ῥαίστης, ου, destructor, a ῥαίζω, f. σω, idem quod ῥαίω.

κύντερος, έρα, ερον. (Κύω) impudentior, audacior, mordacior. deberet esse κυνεώτερος vel κυνειότερος, a κύνεος vel κύνειος: sed per syncopen mediæ vocales sunt extrusæ. *dreister, unverschämter, kühner, anfallender, heftiger, (more bold, impudent, audacious, violent,)* et certo sensu *hündischer, (more currish, doglike.)* οὐ σέο (σοῦ) κύντερον ἄλλο, Θ, 483, inquit Jupiter ad Junonem iratam: nihil te est impudentius et vehementius, χαλεπώτερον, ἀναιδέστερον. αὐτὰρ ὁ μερμήριζε, μένων ὅ,τι κύντερον ἔρδοι, Κ, 503, at ille cogitabat, quidnam permanens audacius faceret, sc. Diomedes, noctu ingressus castra Trojanorum cum Ulysse, et postquam jam interfecerat complures dormientes. ergo h. l. significat hæc vox ἔργον δεινὸν καὶ θρασύ: alibi proprie ἀναίδειαν, qualem habet κύων mordax et vehemens. οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι (ventriculo) κύντερον ἄλλο, η, 216, nam ille vult expleri, et suadet quævis audacia et impudentia, quo satis fiat desiderio suo. ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικὸς, λ, 426. τέτλαθι δὴ, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτὲ ἔτλης, inquit Ulysses ad animum suum, υ, 18, et apte hanc vocem de impudentibus olim factis Cyclopis adhibet, quia parabola de cane, 14—16, immediate præcesserat; aliquid audacius, ἀναιδέστερον, χεῖρον, *dreisters und heftigers, (more impudent and audacious.)*

κυνώπης, ου. ὁ. ("Οφ) canino vultu, i. e. audaci valde et nihil verente. impudens, ἀναιδής. σοί τε, κυνῶπα, Α, 159. prisci heroës in libertate sua et simplicitate, vocabant rem quamque suo nomine, citra ignominiam. ergo nimiam confidentiam et audaciam in mala causa, et ingratum adversus benefacta animum, reprehendit Achilles hac voce. vide sequens.

κυνῶπις, ιδος. ἡ, ("Οφ) idem. impudens fœmina. δαὴρ ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, Γ, 180, et sic ipsa de se Helena loquitur, quia passa sit rapi

se. *μητρὸς ἐμῆς ἰότητι κυνώπιδος*, Σ, 396, ubi sic vocat Vulcanus Junonem. *κυνώπιδος εἵνεκα κούρης*, Θ, 319, ubi idem Vulcanus de conjuge sua adultera, Venere. *ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκα*, inquit Helena de se, δ, 145. *ἡ δὲ κυνῶπις νοσφίσατο*, λ, 423, ubi Agamemnon de crudeli sua conjuge Clytæmnestra. ergo his omnibus locis, in sensu morali vituperatorio. quod tamen in se hæc vox nihil ignominiosi notet, apparet e. c. ex loco Euripidis, Electr. 1252, ubi Parcæ et Furiæ vocantur *δειναὶ κῆρες, καὶ κυνῶπιδες θεαὶ*, quia hæ neminem verentur, sed improbos improbe tractant. coll. 1342, ubi eædem Furiæ vocantur *κύνες*, citra vituperium.

κυπαρίσσινος, *ίνη, ινον.* (Εἴδω) cypressinus. *κλινάμενος σταθμῷ κυπαρισσίνῳ*, ρ, 340, inclinans se ad postem januæ cypressinum, ipse sedens in limine.

κυπάρισσος, *ου. ἡ.* (Εἴδω) cypressus arbor. dicta, quia *παρίσους κύει ἀκρέμονας*, ramos in altum pariter erectos gignit. *εὐώδης κυπάρισσος*, ε, 64.

κύπειρον, *ου. τό.* et *ὁ καὶ ἡ* *κύπειρος*, *ου.* (Πέρα) est junci odorati species, qui per dialectum etiam *τὸ κύπαιρον* vocatur. *καίετο δὲ λωτός τ', ἠδὲ θρύον, ἠδὲ κύπειρον*, Φ, 351, ubi enumeratur inter plantas, circa fluvium crescentes, quas Vulcanus, incenso fluvio, una incendit. *ἐν ᾧ πεδίῳ λωτὸς πολὺς, ἔν τε κύπειρον, πυροί τε ζειαί τε*, δ, 603, ubi enumeratur inter herbas felices campi fœcundi. fortasse ex figura hujus plantæ a peritis potest ratio etymologica ostendi, an sit a *πείρω*, an ab *ἡ πέρα*, terra; et an prior pars ad *κύπτειν* vel *κύβος* sit referenda.

κύπελλον, *ου. τό.* (Κύβω) poculi species, *ποτηρίου εἶδος, ἐπὶ τὰ ἔσω κύπτον.* nam derivatur nomen a *κύπτω*, cujus f. 2. regulariter esset *κυπῶ*, aor. 2. *ἔκυπον.* sunt ergo *κύπελλα, ποτήρια βραχέα, νεύοντα τοῖς χείλεσι καὶ ἐπικύπτοντα ἐντός.* *eine art von römer, ein trinkgeschirr, klein, von dickem bauch, und engerer öfnung oben, (a kind of small drinking cup, large in the body, and narrow at the mouth.)* *ἀπὸ παιδὸς ἐδέξατο κύπελλον*, Α, 596, sic, *ἀπὸ ἧς ἀλόχου*, Ω, 305, coll. 285, ubi vides, *κύπελλον* et *δέπας* re ipsa esse idem. utroque loco deest *ἀπὸ*, supplendum in mente. *χρύσεια κύπελλα*, Γ, 248, ad rem divinam publicam. *κύπελλα οἴνου πίνειν*, Δ, 345. *τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις υἷες Ἀχαιῶν δειδέχατ' ἄλλοθεν ἄλλος ἀνασταδὸν*, Ι, 666, legatos a rege ad Achillem missos, et redeuntes in tabernaculum, ubi rex cum principibus sero vespere comessabatur. vides ergo morem antiquum, salutandi poculis oblatis advenientem. *παρετίθει χρύσεια κύπελλα*, α, 142, in domo regia hospiti. sic δ, 58. *χειρῶν ἔκβαλε κύπελλα*, β, 396, i. e. somnolentia et ebrietas faciebat, ut pocula exciderent e manibus procorum comessantium. *νέμε* (distribuebat) *δὲ χρύσεια κύπελλα*, κ, 357, ministra in domo Circes, ad convivandum. *κύπελλα δ' νεῖμε συβώτης*, υ, 353, ubi simul est differentia a *κρητῆρι.* Vide sub *δέπας.*

κυπρισμὸς, *ὁ*, vide sub *ἄνθος.*

κύπτω, vide ΚΥ'ΒΩ.

κύρμα, *ατος. τό.* (Κύρω) in quod incidit aliquis, quod nanciscitur, quod reperit. *ein fund, (an acquisition.)* *μήπως ἀνδράσι δυσμενέεσσι ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε*, Ε, 488, ne hostibus fiatis præda. *κατέλιπες αὐτὸν, Ἀργείοισιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι*, Ρ, 151. et 272, *αὐτὸν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι.* sic, *οἰωνοῖς*, γ, 271. *θήρεσσι*, ε, 473. *ἰχθύσι*, ο, 479, est ergo *εὐτυχὲς εὕρημα*, et simpliciter *εὐτυχία*, *wenn man was antrift das man wünschet, (when one obtains or accomplishes what one wishes.)*

κυρτὸς, *ή, όν.* (Κύβω) curvus, gibbus. maxime vero, convexus, in opposito ad concavum. *rund erhaben, (convex.)* possit hoc significatu ad *κάρα, τὸ*, pertinere: potest tamen etiam commode ad *κύπτω*, quasi *κυπτός.* *τὼ ὤμω κυρτὼ*, Β, 218, humeri convexi. *κῦμα κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται*, convexum attollitur, Δ, 426, de fluctu maris. *κύματα κυρτὰ*, Ν, 799. sed *ὁ κύρτος, ου.* est instrumentum piscatorium, fortasse hamus curvus.

κυρτόω, f. *ώσω.* (Κύβω) curvo, convexum reddo, *ich wölbe, (I arch, make convex.)* *κῦμα, οὔρεϊ ἶσον, κυρτωθὲν περιστάθη, κρύψεν τε θεὸν θνητήν τε γυναῖκα*, fluctus, monti similis, concameratus circum stabat, et occultabat Neptunum cum muliere, λ, 243, *wölbete sich um beyde herum wie eine brautkammer, (overarched them both like a bridal-chamber,)* *ὡς εἰς θαλάμου ὄροφον ἐσχεδιάσται*, ex tempore factus est, *ἵνα κρύψῃ ἔσω τοὺς ἐραστὰς*, amatores. *διὸ καὶ εἰς ὄρος ἐξισοῦται, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ καὶ περιστῆναι καὶ καμφθῆναι, κυρτωθὲν, ὡς εἰς θάλαμον*, *wie zu einem gewölbeten zimmer gros und weit genug, (large and spacious enough for a vaulted chamber.)*

ΚΥ'ΡΩ, f. *ύρσω.* incido in aliquid. nanciscor, reperio. *ich gerathe wozu, treffe an, finde, gerathe an etwas, (I meet with, find, get, acquire something.)* occurro. idem verbum dicitur et *κυρέω*, f. *ήσω.* et Germanorum *küren, (to choose,)* i. e. sumere, eligere, ejusdem est originis. *ἅρματι κύρσας*, Ψ, 428, currui meo cum tuo curru nimis prope fiens, *συγκύρσας ἅρματί μου, προσκρούσας κατά τινα συγκυρίαν ὁμοῦ γενόμενος* præter voluntatem tuam. et 821, *αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ*, ubi est *ἐπικύρω*, occurrere et nancisci studeo, contra aliquid dirigo me; semper collo incidere volebat splendidæ hastæ cuspide: et sermo ibi est de *μονομαχίᾳ* Diomedis et Ajacis, ludicra ut putabatur, sed tandem nimis seria. *ἔκυρε, ἐπετύγχανε καὶ κατηυστόχει τοῦ αὐχένος τῇ τοῦ δουρὸς ὀξύτητι.* ut ergo appareat, *κύρειν* etiam conatum et studium occurrendi vel incurrendi notare. *ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ*, Ω, 530, nonnunquam ille

malum aliquod nanciscitur, nonnunquam rursus bonum, incidit in malum vel bonum, ἐντυγχάνει. κυρεῖν τινὸς, compotem fieri alicujus rei, Æschyl, Pers. 799, στρατὸς οὐ κυρήσει νοστίμου σωτηρίας, exercitus non compos fiet reducis salutis.

κύστις, ιος. ἡ. (Κῶ) vesica urinaria. it. locus imi ventris circa vesicam. est a κεύθω, extruso ε, sicut ex πεύθω fit ἡ πύστις. κατὰ κύστιν ἤλυθεν ἀκωκὴ, E, 67. N, 652. est et ὁ κύσθος, ου, quo nomine appellatur pudendum muliebre; quod imitatus est Juvenalis, Sat. 1, 39. vide Aristoph. Acharn. 782, 789. Lys. 1160. Ran. 433. coll. Nub. 404. etiam ἡ κύστη, Lys. 957. sed ἡ κίστη, est cista: ab eodem κεύθω.

κυφὸς, ἡ, όν. (Κύβω) incurvus, *gekrümmet, gebücket, buckligt, (curved, bowed, bent.)* est a præt. perf. a. κέκυφα, a κύπτω. κυφὸς γήραϊ, incurvus senio, β, 16, ad diff. τοῦ γυρου, qui φύσει talis est. hinc est et ὁ κύβος. ὁ ὕβος est idem, abjecto κ, et mutato φ in β. Theocr. 5, 43.

κύφος, ὁ, vide σκύφος.

ΚΥ´Ω, f. ύσω. osculor, *ich küsse, (I kiss:)* φιλέω, τὸ κατὰ χείλη, καὶ τὸ ἄλλως, κατὰ διάθεσιν. hinc est et ὁ κύων, ab amore ejus in herum, et quia pedes ejus ore contingere solet. recentiores in hoc sensu osculandi, magis ponunt φιλεῖν, quod poëta nunquam sic posuit: et recentioribus est ἐφίλησε pro ἔκυσε. deinde autem κύω est, συλλαμβάνω, κατὰ γαστρὸς ἔχω, uterum fero, de matre prægnante; unde est, κύουσα τίκτει, i. e. κατὰ γαστρὸς φέρουσα, εἶτα τίκτει. recentiores tamen et τὸ τίκτειν dixere κύειν: antiqui autem tantum, ἔγκυον εἶναι, *schwanger seyn, (to be pregnant;)* vide ὑποκύομαι. simplex vero κύειν in hoc significatu poëta non habet, dicens pro eo κυεῖν, a κυέω. cæterum inde est ἡ ἐγκύμων, ονος, gravida fœmina, et ἡ ἔγκυος, et ἐγκυμωνεῖν, et τὸ κῦμα τὸ κατὰ σύλληψιν, fœtus conceptus in utero, pro κύημα per crasin. sic Euripides de puella aliqua: γέμουσα κύματος θεοσπόρου. a primo osculandi significatu est κυνεῖν, ut ab οἴχω fit οἰχνέω, ab ἵκω ἱκνέω. ἐπεὶ ὅγε κύσε (ἔκυσε) ὃν φίλον υἱὸν, osculatus est filiolum suum Hector, Z, 474, ἐφίλησε. Θέτις Διῒ γούνατα ἔκυσσε, καὶ ἔλαβε χειρὶ γενείου, Θ, 371, osculata ei est genua, et manu tetigit mentum. erat enim supplicandi modus, τοῦ ἱκέτου μὴ μόνον χειρὶ ἀπτομένου γονάτων, ἀλλά που καὶ φιλοῦντος αὐτά. χερσὶν ἔλαβε (tetigit) γούνατα Ἀχιλλῆος (ὁ Πρίαμος) καὶ κύσε χεῖρας, Ω, 478, supplicandi modo. ἔκυσε ζείδωρον ἄρουραν, Ulysses ex naufragio enatans tandem ad terram, et auxilium a tellure orans, ε, 463, et ὡσεὶ φίλην μητέρα. sic et ν, 354. κύσσα γούνατα ἑλὼν, ξ, 279, regis in equo sedentis, ut me conservaret rogans; tangens genua manibus, osculatus sum ea. κύσσε δέ μιν (Eumæus Telemachum reducem a peregrinatione) κεφαλήν τε, καὶ ἄμφω φάεα καλὰ, χεῖράς τ' ἀμφοτέρας, π, 15, coll. 13, seqq. et 21, Τηλέμαχον Εὔμαιος πάντα κύσεν περιφύς. ubi id facit servus honestior hero suo juveni. quod labia alterius contigerint labiis suis antiqui in salutationibus et gratulationibus, nusquam legitur; amatorum solorum mos iste erat. υἱὸν κύσε, Ulysses Telemachum, π, 190. κῦσε (ergo υ hujus verbi est anceps; nisi legi malis κύσσε) δέ μιν (filium suum Penelope) κεφαλὴν (κατὰ) καὶ ἄμφω φάεα καλὰ, ρ, 39. sic et τ, 417, ubi avia materna osculatur nepotem suum Ulyssem. Ὀδυσσεὺς κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσσε, φ, 225, ubi, in tempore necessario, herus fidos sibi servos honestiores tam blande osculatur, contra consuetudinem nobiliorum erga inferiores. χεῖρας ἀμφέβαλλε δειρῇ (collo) Ὀδυσῆϊ, κάρη (caput) δ' ἔκυσε, ψ, 208, ubi narratur de uxore agnoscente tandem maritum, eumque excipiente. caput autem est frons superior. κῦσε δέ μιν περιφὺς ἐπιάλμενος, adsiliens et amplectens osculatus est eum, Ulysses patrem suum senem, ω, 319. et 397, Δολίος (servus senior et honestior) ἰθὺς κίε (recta ad eum ibat) χεῖρε πετάσας ἀμφοτέρας, Ὀδυσῆος δὲ λαβὼν κύσε χεῖρα ἐπὶ καρπῷ, ubi ἑλὼν pertinet ad χεῖρα, prehendens manum Ulyssis, osculatus est eam. in accuratioribus est Ὀδυσεῦς, genitivus Ionicus; pro quo alii Ὀδυσέως scribunt, ut in scansione έως pro una syllaba habeatur: in poëta Ionico præter rationem sic scribentes; Ionismus enim longe h. l. præstat. κύσσαι καὶ περιφῦναι ἐὸν πατέρα, ω, 235. ἡ παρστᾶσα κύσειε κάρη καὶ χεῖρε λαβοῦσα, ψ, 87, an accedens oscularetur frontem et ambas manus, amplectens eas. hinc est κισσάω, f. ήσω, appetitu magno cibi alicujus non quotidiani laboro, ut prægnantes solent sæpe. οἱ κιττῶντες τῆς εἰρήνης, Aristoph. Pax. 496, ubi metaph. conf. Vesp. 348. et ἡ κίσσα, ης, appetitus ille. it. pica.

κύων, ὁ, ἡ. (Κύω) canis. genitivus deberet esse κύωνος vel κύονος, sed usus per syncopen dixit κυνός. est a κύω, i. e. φιλέω, nam est ζῶον φιλάνθρωπον, quod attinet herum suum et alios notos. sed vituperatur ejus ἀναιδὲς, ejusque mordacitas. hinc et impudens vel acerbus aliquis vocabatur canis; quod nomen tamen antiquis non tam erat odiosum aut ignominiosum, ut nobis est hodie. Hinc, cum Davides suam impotentiam extremam vellet exprimere, ipse se vocat canem mortuum, 1 Sam. xxiv, 15, qui, cum vivus vix mordere, et latrare tantum, possit, nunc in neutra re sit suspectandus. sic et 2 Sam. xvi, 9, spernens Abisæus impotentiam τοῦ Simei, eum vocat canem mortuum, i. e, hominem qui nihil omnino nocere possit. et Clytæmnestra apud Æschyl. Agam. 616, se vocat δωμάτων κύνα, ἐσθλὴν ἐκείνῳ, (viro suo) πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν. est ergo merum nomen metaphoricum in talibus, citra ullam ignominiam. hinc et comparationes aliæ, nequaquam inhonestæ, a cane sumuntur. e. c. de Achille, Φ, 542, λύσσα δέ οἱ κῆρ αἰὲν ἔχε (εἶχε) κρατερὴ, rabies valida semper obtinebat cor ejus; nam λύσσα proprie de cane rabioso ponitur. sic et

Hector cum cane magno venatico comparatur, Θ, 338—342, ὡς ὅτε τὶς κύων συὸς ἀγρίου ἠὲ λέοντος ἅπτηται κατόπισθε,—ὡς Ἕκτωρ. et Antilochus, Nestoris filius laudatissimus, Ο, 597, Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, κύων ὣς, etc. cave ergo, orbem antiquum ex nostra loquendi consuetudine æstimes. nullum animal per se ignominiosum erat priscis: hinc et in sacris litteris, magnates et principes appellantur tauri; quam appellationem hodie nemo æquo animo tulerit. ex impudentia vero canina sumuntur aliæ locutiones. εἵνεκα ἐμεῖο κυνὸς, Ζ, 356, mei causa, quæ sum canis; inquit Helena de se, quia impudenter ausa erat sequi raptorem suum ex patria. et 344, δᾶερ (mariti frater, O Hector,) ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης, mei, canis multa mala conciliantis, et abominabilis. κυνὸς ὄμματα ἔχων, Α, 225, canis oculos habens, i. e. avidos, et hinc, ad explendam aviditatem, impudentes, coll. 149. ut ergo nec ibi per se sit contumelia; sed est comparative dictum, a more canino: ἀναιδὴς, καὶ θρασὺς, ὡς κύων. conf. ἔλαφος. κύνα τοῦτον λυσσητῆρα, Θ, 299, ubi Teucer sic vocat Hectorem, διὰ τὸ πολὺ τῆς θρασύτητος, sine ulla contumelia, quod apparet ex supra citato loco, Φ, 542. nam λυσσητὴρ, ὁ, est appellatio canis rabidi. imo, meram esse comparationis appellationem, non vero ignominiæ causa prolatam, manifesto apparet ex Θ, 423, ubi Iris alloquitur Minervam, κύον ἀδδεὲς αἰνοτάτη, canis intrepida vel inverecunda et horribilis. inest voci κύων mera parabola brevis. nam plebeiorum hominum convitia in Homero politissimo nemo sanus et peritus quæret. ergo mens est, σὺ, ὡς κύων ἀπτόητος, αἰνοτάτη ἔσῃ, ἐὰν σῷ πατρὶ ἀντιστῇς: sumta parabola ex bestiæ vehementis natura. nostra sane tempora non adsueverunt talibus loquendi modis; nec imitabimur jam eos; sed explicamus tantum mores antiquos, apud quos talia non erant inhumana aut atrocia. sic civilissimus Diomedes ad Hectorem a se vulneratum, Λ, 362, ἐξέφυγες αὖ νῦν θάνατον, κύον: cujus vocis (ex mente Eustathii) explicatio non tam ex Θ, 299, quem locum paullo ante citavimus, est petenda: quam ex imagine canis, ὅς πτώσσει ὑπὸ λέοντι, coll. 354. quanquam tamen omnino, si confers 347, maxime ad λυσσητῆρα respici videtur a Diomede, ut ostendit 343—345. sic et Υ, 449. ex eadem parabolica sententia dicit Juno ad Dianam, Φ, 481, πῶς δὲ σὺ νῦν …μέμονας, κύον ἀδδεὲς, ἀντία ἐμεῖο στήσασθαι. et A…hilles ad Hectorem, Χ, 345, μή με, κύον, γο… γουνάζεο: eodem sensu, quo supra ex …362, citatum est: ne mihi, tu nimis abuse viribus et rabie, supplica per genua. οἷον εἶπε κύων ὀλοφώϊα εἰδὼς, ρ, 248, inquit Melanthius, pastor, ad Eu…eum, pastor…m, in altercatione, οἷα …ασχετῶν, εἰ τολ…ᾷ ὁ Εὔμαιος τὸν οὕτως ἀγ…ὸν ὑβρίζειν, coll. 24… et circa. Τηλεμάχῳ …έω, κύον, οἷα ἀγορεύ…, σ, 337, inquit …ersonat…s Ulysses ad ancill…m delicatulam, et inju…e loquentem. πάντ…ς, θαρσαλέη κύον ἀδδεὲς, οὔτι μὲ λήθεις, τ, 91, omnino, audax canicula inverecunda, non sane lates me; inquit Penelope ad ancillam suam, coll. 65, seqq. ὦ κύνες, inquit Ulysses, jam professus se, ad ancillas suas malas, χ, 35, O impudentes et obscœnæ. sic, αἱ κύνες αἵδε, de iisdem, loquente præfecta ancillis, τ, 372. et 154, διὰ δμωὰς, κύνας, οὐκ ἀλεγούσας, loquente Penelope, quæ se proditam ab ancillis suis queritur. κακαὶ κύνες, Τρῶες ὑπερφίαλοι, Ν, 623, dicit Menelaus in pugna, de Trojanis: et fœmininum est quidem ionice, nam Iones amant nomina animalium collective per fœmininum exprimere; simul tamen innuit τὸ κατωφερὲς καὶ λάγνον Trojanorum principum, maxime Paridis; in genere autem τὸ ἀναιδὲς καὶ λυσσῶδες ἐκείνων: imo et multorum τὸ ἄνανδρον, siquidem κακὸς in sensu primo est δειλὸς timidus. ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους, οὓς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν, Θ, 527, 528, inquit Hector de exercitu Græco: expulsurum me esse hinc canes funestis fatis auferendos, quos fata mortis auferunt apud naves, i. e. in castris suis: et dicit eos sic, non active, quasi qui ferant mortem aliis huc: sed passive, οὓς κῆρες φέρουσι, πάσχοντας τὸ φέρεσθαι, καὶ οἱ ἐπὶ κακῷ ἑαυτῶν ἡμῖν ἐπιστρατεύσαντες. ὡς ὅτε νεβρὸν ἐλάφου κύων δίηται ἐν ὄρεσι, Χ, 189—192, ubi virtutes canis venatici in parabola sunt expositæ, maxime τὸ τάχος, καὶ τὸ παράμονον, καὶ τὸ εἰδέναι ἀνιχνεύειν. ἐξ Ἐρέβους ἄξοντα (Herculem) κύνα Ἀΐδου, Θ, 368, quem canem Orci, recentiores dixere τὸν Κέρβερον, affinxeruntque tria capita canina, caudam draconis, et in tergo capita plurima serpentum, loco pilorum. λέων, κύνα κτείνας βουκόλον ἀμφὶ βόεσσι, Ο, 587. ἀστέρα, ὅντε κ… Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι, Χ, 29, quem cog… mine dicunt canem Orionis, sed qui κατ'… χὴν et nomine quasi proprio dicitur ὁ ἀστὴρ… nam est fixarum maximus et fulgidissimus. hoc cane simul oriente cum sole, multi fiunt καύσωνες, quos κυνοκαύματα (*die hundestage*) (*the dog-days*) vulgus dicit: et ob hos urentes æstus, et ventos urentes, κακὸν σῆμα dicitur hæc stella, quæ πυρετὸν adferre solet: nam aër incenditur quasi. καταπτώσσουσι, κύνες ὣς ἀμφὶ λέοντα, Ε, 476. ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσονται, Κ, 183—185, ubi parabola de canibus nocturnis vigilibus, sub accessum leonis. ἔλαφον ἢ ἄγριον αἶγα ἐσεύοντο κύνες, Ο, 271—2…6, ubi κύνες, in applicatione parabolæ, sunt Græci, fugantes et persequentes; et leo, subito apparens, est Hector. σεύονται (λέοντα) ταχέες κύνες, Γ, 26. κάπριον ἀμφὶ κύνες, Λ, 414. et 548, ἐσεύοντο κύνες, λέοντα. κύνες ἐρύουσι, pro ἐρύσουσι, θανόντα, distrahent mortuum, Ο, 351. ἀμφὶ δὲ τόν γε (λέοντα) κύνες, Ρ, 65—67. et 110, ὃν ῥα κύνες τε καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται, de leone. et 558, αὐτὸν Τρώων ταχέες κύνες ἑλκύσωσι, dilacerarint mortuum virum. πολλοὺς (Trojanos) κύνες καὶ γῦπες ἔδονται, Σ, 271. et 283, μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται. et 578, ἐννέα δέ σφι (pastoribus quatuor) κύνες πόδας ἀργοὶ ἕποντο. et 581, τὸν δὲ (leonem) κύνες μετεκίαθον, insectabantur. et 584, νομῆες, ταχέας κύνας

ὀτρύνοντες. τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται κείμενον, X, 42. et 66, αὐτὸν δ' ἂν πύματόν (ultimum) με κύνες ὠμησταὶ ἐρύουσι, pro ἐρύσουσι, πρώταις (ἐν) θύραις: nam canibus custodiebatur exterior janua aulæ. et 75, αἰδῶ τ' (pudenda) αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος. et 89, σὲ Ἀργείων κύνες ταχέες κατέδονται. et 335, σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσι. et 509, ἐπεί κε κύνες κορέσωνται, quando canes satiati fuerint corpore tuo. et id notat, insepultum projici, quod sæpe fiebat occisis hostibus. conf. 1 Sam. xvii, 44, 46. ἐννέα τῷ γε ἄνακτι (hero canum Patroclo) τραπεζῆες κύνες ἦσαν, Ψ, 173, canes qui voluptatis causa aluntur, grati heroibus; et opponuntur canibus, quorum opera in villis vel in pascuis vel in sylvis utilis est. ex his duo, 174, jugulabantur, et comites domino suo in rogum injiciebantur. sic et quatuor equos, 171. ἀνδρῶν ἠδὲ κυνῶν κολοσυρτὸν, tumultum, M, 147, et sermo est de apris non territis. κυνῶν ὑπὸ καρχαροδόντων ἁρπάξαντε λέοντε αἶγα, eripientes leones capram canibus dentatis, N, 198. et 233, αὖθι κυνῶν μέλπηθρα γένοιτο, hic canibus delectamentum fiat, i. e. insepultus jaceat. ὅτε κάπρω κυσὶ θηρευταῖς ἐμπέσητον, Λ, 325. βώτορας, σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι φυλάσσοντας περὶ μῆλα, M, 303. τὸν νέκυν Τρωαῖς κυσὶ δοίη, insepultum, P, 127. et 272, δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι. Ἕκτορα δώσειν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι, Ψ, 21. inquit Achilles, se id promittere Patroclo post mortem apparenti; nec tamen deinde tam atrox promissum exsolvit, sed Hectorem patri sepeliendum reddidit. ἦ αὐτὸν (Ἕκτορα) ... αῖς κυσὶν, μελεϊστὶ ταμὼν, προὔθηκεν Ἀχιλ-... Ω, 409, est interrogatio Priami, qua ...atur ministrum Achillis. et is respon-..., 41.. οὔπω τόνδε κύνες φάγον, οὐδ' οἰωνοί. αὐ-τοὺς δὲ ἑλώρια ἔτευχε κύνεσσιν, ionice pro κυσὶν, A, 4: nam multi, occisi in acie, nec statim sepulti, noctu in campo adedebantur a canibus, et interdiu a corvis. ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευταῖς κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται, M, 41. Ἴθυσαν (irruerunt recta) δὲ κύνεσσιν ἐοικότες, P, 725—729, ubi furor et impetus vehemens, non constans tamen, Trojanorum pingitur. αὐτὸν οὔτι πυρὶ δώσω, ἀλλὰ κύνεσσιν, Ψ, 183. et 184, τὸν δ' οὐ κύνες ἀμφεπένοντο, ἀλλὰ κύνας ἄλαλκε (arcebat) Ἀφροδίτη ἤματα καὶ νύκτας, i. e. misericordes fœminæ, tam indignam regio viro rem aversantes. οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο (pestilentia) καὶ κύνας ἀργοὺς, A, 50. φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνοὺς, effugere canes, ne mortuum vorent, B, 393. κύνας κορέει, satiat, Θ, 379, i. e. ἄταφος κεῖται. θηρήτορας ἄνδρας ἀγείρας (convocans) καὶ κύνας, I, 541. ὡς θηρητὴρ κύνας ἀργιόδοντας ἐπισεύει καπρίῳ, Λ, 292, sic Hector suos adversus Græcos. et 817, ἐμέλλετε ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας. ἀλέξασθαι μεμαὼς (aper) κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας, N, 475. et 831, Τρώων κορέεις κύνας, saturabis carne tua. νῦν δ' οὔ οἱ ἀλάλκειν κύνας ἔτλης, canes ab eo arcere, i. e. facere ne insepultus jaceat, P, 153. et 241, Τρώων κορέει. et 255, μέλπηθρα γενέσθαι Τρωαῖς κυσίν. et 282, ἴκελος καπρίῳ, ὅστε ἐν ὄρεσι κύνας καὶ αἰζηοὺς ῥηϊδίως ἐκέδασσε, dissipare solet. et 658, ἐπεί κε κάμῃ (lassatus sit leo) κύνας τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων. μή ἔα με κύνας καταδάψαι, X, 339. et 348, οὐκ ἔστι ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι. et 354, ἀλλὰ κύνες τε καὶ οἰωνοὶ καταδάσονται πάντα, totum te discerpent. ἀργίποδας κύνας ἄσαι, satiare, Ω, 211. κύων Ἄργος, laudatus ob fidem, aliasque virtutes, ρ, 291—327. nomen ejus per commiserationem repetitur 300, et agnovit herum suum post viginti annos reducem: narrant enim, canem vivere posse in annum vigesimum quintum. vetulus iste canis moriebatur præ lætitia, viso hero repente: nam paullum momentum sufficit corpori vetulo ad mortem; σμικρὰ ῥοπὴ εὐνάζει τὰ παλαιὰ σώματα. cæterum ipse Argus Ulyssi bonum erat augurium: notabat enim citam procorum mortem. tres ejus primariæ virtutes erant, ἡ ταχυτὴς, ἡ ἀλκὴ, et τὸ ἴχνεσι περιιέναι: venaticus ergo. τραπεζῆες κύνες (qui de mensa domini in triclinio una edunt) οὓς ἄνακτες κομέουσιν ἀγλαΐης ἕνεκα, *halten sie zum staat, (keep for parade.)* ρ, 309. κύων εἶχεν ἐλλὸν, τ, 228—231, ubi est δαίδαλμα (acu pictum) in veste regia Ulyssis. κύων ἀμαλαῖς σκυλάκεσσι περιβεβῶσα, υ, 14—16, ubi simile de tali cane, catulos teneros defendente. κύνα ex inferis petere jussus Hercules, λ, 622. ἅμα τῷ γε (Telemacho, prodeunti in publicum) δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο, β, 11. ρ, 62. υ, 145. nam φιλακόλουθον τὸ ζῶον dominis suis. sed maxime canes secum ducit, ut invidiam conciliet procis, quasi, insidiis eorum, desertus sit ab hominibus eorumque comitatu; et quod bruta sibi sint fideliora, quam cives sui, etsi ipse sit legitimus eorum princeps. erat præterea venandi studiosus, ex more heroico. τόνγε κύνες κατέδαψαν, γ, 259. χρύσειοι καὶ ἀργύρεοι κύνες, η, 91—94, ubi tales canes, a Vulcano facti, dicuntur custodire limen regis Alcinoi, immortales et senectuti non obnoxii: nam aurum et argentum neque putredine perit, nec senescit unquam et pretium suum amittit; præterea facti erant ea arte, quasi viverent et custodirent. ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες σαίνωσι, i. e. ἀμφισαίνωσι, κ, 216, mota cauda blandiuntur hero, obeuntes eum. κύνες, θήρεσσιν ἐοικότες, i. e. lupis similes, ξ, 21, et tales habebat Eumæus quatuor ad villam. et 29—38, Ὀδυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι, conf. κερδοσύνη: e. hoc epitheton est pro ὑλακόωροι, custodes latra..tes: nam ὑλακὴ, ἡ, latratus, et ὑλακτεῖν, latrare, et βαΰζειν, idem, proprie est canum; ὁ οὖρος ver.. vel ὁ ὦρος, est custos. et 133, κύνες ταχέες ἠδὲ οἰωνοὶ μέλλουσι ῥινὸν αὐτοῦ ἀπὸ ὀστέων ἐρύσαι. Τηλέμαχον δὲ περιέ..κινον κύνες ὑ..κόμωροι, ut notum sibi herum ..uum, π, 4, οὐδ' ..λ..ν, nec latrabant; et 6, ..ησε σαίνοντας κύνας. ..t 9, ἐπεὶ κύνες οὐχ ὑλά.. et 162, ἀλλ' Ὀδυσ..ς τε κύνες τε ἴδον, καὶ οὐχ ..λάοντο, ἀλλὰ κνυζ..μῷ ἑτέρωσε ἐφοβ..ησαν, u.. narratur apparuis.. ..inerva; ..uam nem.. præter Ulyssem et ..nes viderit: i. e. Ulyss.. arte quadam canes .. ali-

quam partem casæ pellexit ibique conclusit, ne sibi, prudenter extra casam dementi personam, impedimento essent. cæterum hinc fortasse sumtum, equos et canes sentire præsentiam spectrorum. *σταθμὸν δὲ κύνες καὶ βώτορες ἄνδρες ἔρυντο*, villam custodiebant, *ρ*, 200. *βὰν δ' ἴμεν* (ibant) *ἐς Θήρην ἠμὲν κύνες ἠδὲ καὶ αὐτοὶ*, *τ*, 429. et 436, *πρὸ αὐτῶν ἴχνη ἐρευνῶντες κύνες ἤϊσαν, αὐτὰρ ὄπισθεν υἱέες Αὐτολύκου, μετὰ τοῖσι δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς ἤϊεν ἄγχι κυνῶν*: et venatio apri ibi descripta, cum vulnere ingenti Ulyssis. et 444, *ἀνδρῶν τε κυνῶν τε κτύπος. σὲ ἐπὶ ὕεσσι* (te apud porcos) *κύνες ταχέες κατέδονται*, *φ*, 363, i. e. occidemus te ad villam tuam, ibique insepultum te abjiciemus aliquo in agrum. et 340, *δώσω δ' ὀξὺν ἄκοντα, κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἀνδρῶν*, et dabo tibi acutum jaculum, quo canes et homines malos a te arcere possis. sic, *εἵλετο δ' ὀξὺν*, *ξ*, 531. *μήδεά* (genitalia) *τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι*, *σ*, 86. et hujus comminationis exsecutio est *χ*, 476, *ἐξέρυσαν*: quod sane crudele erat supplicii genus, in merito tamen Melanthio. *ἰχθυάᾳ κύνας*, sc. *θαλαττίους*, *seehunde, (seals,)* *μ*, 96, et sermo est de Scylla, pisces magnos captante. *ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο, κύνας τε σύας τ' ἀπερύκων*, *σ*, 104, inquit personatus Ulysses ad Irum, a se pugnis concisum, cui ad murum acclinato dederat baculum, ut sues et canes arcere a se posset. *κύνε δύω*, K, 360—363, ubi Diomedes et Ulysses comparantur duobus ejusmodi venaticis canibus. Fabulæ sunt proclives ad fingenda *φάσματα κυνοειδῆ*. sic Hecuba in canem versa; et *ἡ Ἑκάτη* habet caput caninum, Scylla vero capita sex talia. cynicus philosophus erat is, qui blande tractabat suos, acerbe vero allatrabat et exagitabat alios. præterea *κύων* etiam *ἐπὶ μορίου θήλεος* ponitur: unde comicus deduxit *τὴν κύνειραν*, i. e. *τὴν τὸν κύνα εἰρύουσαν*, i. e. *ἐφελκομένην*: quem canem etiam *χοῖρον* appellat comœdia. et fortasse cunnus hinc Romanis est dictus. etiam *ἄκανθά τις* dicitur *ἡ κύναρος* et *ἡ κυνάρα*, quæ vulgo dicitur *κυνόσβατος, ἡ, διὰ τὸ τραχὺ* et mordens: unde et per jocum eam, aliquis dixit *ξυλίνην κύνα*. nomen est ab *κυνὸς ἀρὰ*, i. e. *βλάβη*. sed *ἡ κινάρα* per Iota, est, carduus. *κύων*, et Germanorum *kühn, (audacious,)* unius videtur esse originis. Vide sub *Ἀστράγαλος*, *ὅρκος* prope finem, et *κακὸς* prope finem.

KΩ͂, *κέω* et *κείω*, f. *κείσω* et *κήσω*. proprie e[illegible]t, findo, diffindo, cædo, comminuo, resolv[illegible]: *ich zertheile, trenne, löse auseinander, (I* [illegible]*de, part, separate.)* deinde et ad alia [illegible]nslatum verbum. nam, quia ignis potentissime diffindit et resolvit res; hinc *κέω* vel *κείω* dicitur et, accendo, incendo. et quia resoluta vim suam amitt[illegible]t, hinc *κέω* [illegible] *κείω* est et, jacere facio, [illegible] jaceo. nos, ju[illegible]ndæ memoriæ causa, fi[illegible]mus quoque hoc v[illegible]bum in plures partes; [illegible]cis propriis petend[illegible].

[illegible] *ατος. τό.* (Κῶ) i[illegible]n quod [illegible] *νάκη* et *τὸ νά*[illegible]*ς*, pe[illegible]lis villosa, præ[illegible]pue ovis, [illegible] a *κέω*, i. e. *κ*[illegible]*μαι*, factum nomen [illegible] *δέρμα εὔθετον* [illegible] *εἰς τὸ κεῖσθαι*, aptum ad recumbendum vel residendum in eo. *ὑπέχευεν χλωρὰς ῥῶπας, καὶ κῶας ὕπερθεν*, *π*, 47, substravit sessuro hero suo Eumæus virides frondes, et super eas pellem villosam. *ἐπεβάλλετο μέγα κῶας*, *τ*, 58, supersternebat magnam ejusmodi pellem sellæ, in qua sessura erat Penelope. et 97, *φέρε δὴ δίφρον, καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ*, adfer. et 101, *κατέθηκε δίφρον, καὶ ἐπέβαλλεν αὐτῷ κῶας*. et id *κατὰ ἡρωϊκὴν ἀφέλειαν*, ex simplicitate heroica. sic *φ*, 177, *παρετίθει δίφρον μέγαν, καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ*. et 182. scribitur et *τὸ κὼς*, indeclin. et est *τὸ ἅμα τοῖς ἐρίοις δέρμα σκευαζόμενον*. Aristoph. Equit. 399. idem dicitur *τὸ κώδιον*. Vide sub *δέρμα*.

κώδεια, ας. ἡ. et *ἡ κωδία, ας.* (Κύβω) caput papaveris, *ἡ τῆς μήκωνος κεφαλὴ*, *ein maan-kopf, (a poppy-head.)* est quasi *κώβεια*, ab *ἡ κύβη*, caput, per dialectum *κώβη*. *κώδειαν ἀνασχὼν*, ubi deest *ὡς*, velut papaveris caput sursum ferens, Ξ, 499, nam *ἡ κεφαλὴ* (caput hominis abscissum) *σφαιροειδὴς, ἐν ἄκρῳ μακροῦ καὶ λεπτοῦ δόρατος ἐμπεπαρμένη*, (longæ et tereti hastæ adfixum) *κώδειαν φαντάζει*, figuram præbet quasi papaveris caput cauli suo insideret. *ἡ κώδη* est *ὁ καρπὸς τῆς μήκωνος*, *maan saamen, (poppy-seed.)* ab eodem themate est et *ὁ κώδων, ωνος* rotundum tintinnabulum: unde est *κωδωνίζω*, tinnio, it. tinnitu exploro an vas sit integrum, vel an equus strepitum aliquem sine consternatione ferre possit. et *ὁ κώθων, ωνος*, poculi rotundi et capacis species; a quo est *κωθωνίζω*, poto. *ἡ κώδων, ωνος*, proprie est *τὸ πλατὺ τῆς σάλπιγγ*[illegible] deinde ab hac parte, tota tuba. Vide sub *μ*[illegible]

κωκυτὸς, οῦ. ὁ. (Χάω) ejulatus, *da*[illegible] *(howling.)* *λαοὶ κωκυτῷ τ' εἴχοντο κ*[illegible] *κατὰ ἄστυ*, X, 409, ubi prius de fœminis, pos[illegible]terius de viris positum videtur. et 447, *κωκυτοῦ δ' ἤκουσε καὶ οἰμωγῆς ἀπὸ πύργου*, de muro.

κωκύω, f. *ύσω.* (Χάω) ejulo, *ich heule, (I howl.)* ponitur de fœminis: de viris est *βαρυστενάχειν*. est quidem verbum maxime ex sono ejulantium fictum: pertinere tamen ad *χεύειν* vel *χύειν*, fundere, facile apparet. alii referunt ad *γοᾶν*, dicuntque cum eo esse ejusdem originis: nec falluntur fortasse. nam ambo verba sunt ex sono ficta. huc pertinet et *κοκκύζειν*, et *ὁ κόκκυξ, υγος*. *ἐκώκυσεν δὲ ἔπειτα*, Thetis, Σ, 37. et 71, *κωκύσασα ὀξὺ*, coll. 70. ubi de viro est aliud verbum. *λίγα ἐκώκυε*, de Briseide, T, 284. *μάλα μέγα*, Hecuba, conspecta cæde filii sui, X, 407. *γυνὴ*, Ω, 200, 703. *φίλη τροφὸς*, *β*, 361. *Τρωαὶ λίγα ἐκώκυον*, *δ*, 259. *ἀμφ*[illegible]*χυμένη αὐτῷ λίγα κωκύει*, *θ*, 527. *ἐγὼ ἔκλαιον καὶ ἐκώκυον*, inquit Penelope, *τ*, 541. *κώκυσε φίλον πόσιν*, *ω*, 294, ejulavit ob maritum suum.

κώληψ, ηπος. ὁ et *ἡ.* (Κλάω) est *ἡ ἀγκύλη ἡ περὶ τὰς ἰγνύας*, flexus poplitis, *die knie-kehle, (the bend of the knee.)* cum parte proxime adjacente. it. poples, femur. est factum a *τὸ κῶλον*. *ἡ Ἀφροδίτη* dicitur *ἡ Κωλιὰς, άδος*, ob formosa femora. et *ὁ Κωλὴν, ῆνος*, fuit dux quidam priscus militaris, *ὁ στ*[illegible]*εὸς τὰ κῶ-*

λα. est idem tamen et appellativum, et ὁ κωλὴν notat idem quod ἡ κωλέα, κωλῆ, quæ vox, præter armum, etiam petasonem designat. οἱ et αἱ κωλεοὶ sunt quoque οἱ τῶν ζώων κωλῆνες. Apud Aristoph. Nub. 985, 1014, etiam penis vocatus κωλῆ. κόψε ὄπιθεν κώληπα τυχὼν, Ψ, 726, percussit a tergo poplitem feriens in luctando. hæc παλαιστικὴ μηχανὴ, qua quis ad cadendum cogebatur, dicitur ἡ ἰγνυῶν ἀφαίρεσις. an κυρηβᾷν πρὸς τὸ σκέλος, apud Aristoph. Equit. 272, sit idem quod h. l. κόπτειν κώληπα, quærendum videtur. κυρηβᾷν autem proprie est, cornu ferire velle, a τὸ κάρα, caput, et βάω, vado. inde est ἡ κυρηβασία, lucta cornutorum animalium.

κῶμα, ατος. τό. (Κῶ) somnus profundus quo quis alte sopitus jacet. est a κέω, κῶ, κεῖμαι, (a quo et est ἡ κώμη, vicus, unde deminutivum τὸ κώμιον: et ὁ κῶμος, comessatio) et est idem fere quod, ὁ κάρος. ab ὁ κῶμος (quæ vox est recentiorum Atticorum, ignota Homero) est, κωμάζειν, καὶ εἰσκωμάζειν, comessabundum irrumpere in ædes vel adoriri alios; κατὰ μεθύοντα (more ebrii) ἐπέρχεσθαι αὐθαδέστερον, insolentius accedere. αὐτῷ μαλακὸν κῶμα περικάλυψα, Ξ, 359, inquit ὁ Ὕπνος de Jove; i. e. τὸ μαλακοποιόν. conf. μαλακός. sic, ἐμὲ περικάλυψε μαλακὸν κῶμα, σ, 200, i. e. ὁ ἐξ ὕπνου κάρος. hinc est verbum κωμαίνω, dormito. Pindaro τὸ κῶμα est, voluptas ex κώμῳ, i. e. cantu convivali vel ἐγκωμιαστικῷ, θέλγμα, illecebra suavis. τὸ κώδιον vel κῴδιον, et τὸ κῶς, villosa pellis ...um, ab eodem est themate, quia antiqui ...odi pelles substernebant ad dormiendum ... et inde est τὸ κῶας.

... εος. τό. (Κῶ) pellis villosa, præcipue ...is. idem ac νάκη, et νάκος et κῶας. ἐστόρεσαν ...έχος, κώεά τε, ῥῆγός τε, λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον, I, 657, ubi λέχος est totum, reliqua tria sunt partes; et κώεα substernebantur, contegebanturque λίνῳ; ῥῆγος vero erat tegmen cubantis. et ista κώεα erant pelles ovillæ villosæ, *an statt der unterbetten, (instead of mattresses)* ἐν προδόμῳ εὐνάζετο Ὀδυσσεὺς (personatus, et sub mendici forma) καὶ κατεστόρεσε ἀδέψητον βοέην, αὐτὰρ ὕπερθεν (supra istud corium bubulum durum, quod humi stratum erat) κώεα πολλὰ οἴων (quibus incubabat ipse) καὶ Εὐρυνόμη ἐπέβαλλε χλαῖναν κοιμηθέντι, υ, 3. et 95, χλαῖναν μὲν συνελὼν (mane cum surgeret cubitu) καὶ κώεα οἷσιν ἔνευδεν, ἐς μέγαρον κατέθηκεν ἐπὶ θρόνου, (utpote pretiosiora) ἐκ δὲ βοείην (utpote vilius) θῆκε θύραζε φέρων: Διὶ δ' εὔχετο χεῖρας ἀνασχὼν, (ubi et vides preces matutinas.) et 142, ἐν ἀδεψήτῳ βοέῃ καὶ κώεσιν οἰῶν ἔδραθεν (dormivit hospes) ἐν προδόμῳ, χλαῖναν δ' ἐπιέσαμεν (super inteximus ei jacenti) ἡμεῖς, nos famulæ. ἔμβαλε εἰς λέχος (in ligneam spondam) εὐνὴν (aptas res ad cubandum, et hoc est totum; sequuntur ejus partes) κώεα καὶ χλαίνας καὶ ῥήγεα, ψ, 180, ubi κώεα subjacent, his instrata sunt ῥήγεα, quibus incubat dormiturus; χλαίναις vero (pluralis pro singulari) contegit ipse se. ἵδρυσεν παρὰ δαιτὶ (sedere eum fecit ad convivium) κώεσιν ἐν μαλακοῖσιν, ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίαις, γ, 38, nam id convivium sacrum, festo die Neptuni, peragebatur in littore. et vide iterum simplicitatem heroicam; nam rex ibi describitur, et regii ejus hospites. κώεα καστορνῦσα ἐν θρόνοις, ρ, 32, pelles sternens in sellis. cæterum eadem formæ duplicitate dicitur τὸ ὕδος (pro ὕδωρ) et ὕδας, γῆρος et γῆρας, senectus, etc.

κώπη, ης. ἡ. (Κόπω) est proprie ἡ λαβὴ, manubrium, *der grif an einem werkzeuge, (the handle of any implement.)* sic vocatur ἡ λαβὴ ξίφους, capulus ensis, *der grif am degen, das degengefass, (the hilt of a sword:)* et ἡ λαβὴ ἐρετμοῦ, *der handgrif am ruder, (handle of the oar,)* pars qua remus prehenditur; et per synecdochen, totus remus, *das ruder, (the oar,)* est pro κόπη, a κόπω vel κόπτω, ferio; nam manubrio illo opus est, si ferire gladio, vel cædere remo aquam, velis. ἐπὶ ἀργυρέῃ κώπῃ, ad argenteum capulum gladii, A, 219, et a tali κώπῃ dicitur τὸ ξίφος ἀργυρόηλον, gladius argenteo capulo instructus. ἄορ (gladium) παγχάλκεον, ᾧ ἔπι ἀργυρέη κώπη, θ, 403, *einen stählernen degen mit silbernem gefass, (a steel sword with a silver hilt.)* ξίφεος ἐπεμαίετο κώπην, λ, 530, attrectabat cupide manu. ἐμβαλέειν (distracte, pro ἐμβαλεῖν) κώπης, pro κώπαις, sc. τὰς χεῖρας, injicere manus remis, i. e. incumbere remis, strenue remigare, ι, 489. κ, 129. κώπαις ἁλὸς ῥηγμῖνα τύπτετε, μ, 214, remis percutite fluctus. κώπη ἐλέφαντος ἐπῆν, superne erat manubrium eburneum, de clave quadam in domo principali, φ, 7. aliæ fortasse erant ξύλιναι. τὸ ξίφος dicitur πρόκωπον, capulo instructum, Eurip. Or. 1478. Vide sub μελάνδετος, et ἀθηρηλοιγός.

κωπήεις, εσσα, εν. (Κόπω) manubrio egregio præditus. ξίφος κωπῆεν, O, 713. Π, 332. ... 474, ensis, cujus capulus præcipui quid hab... τὸ λαβὴν ἔχον καλὴν, e. c. argenteum, vel ... inauratum, capulum, pulcre elaboratum: ... ingentem capulum.

κώρυκος, ου. ὁ. (Χάω) pera, *ein led... sack, ein ranzen, (a leathern bag, a po...* est a χωρεῖν, capere, recipere, ionice muta... idem dicitur ὁ θύλακος. ἐνετίθει ἤϊα κωρύκ... didit viatica in peram, ε, 367, quæ ibi v... ὄψα, cibos. sic et ι, 213. idem dicitur ... κὶς, ίδος. sed ἡ Κώρυκος, ου, est regio ... rioris, unde τὸ κωρύκιον ἄντρον, et ὁ κ... κωρύκειος, et civis ejus regioni... ὁ Κωρυ... quibus vide τὸν Περιηγητ... vocat δέρμα πυκνὸν καὶ ... ὁ χρωσσός, ου, urna, hy... *cruise, pitcher,)* T... δέα κρωσσόν, ... νὸς, ad finem...

κωφός, ... μὴ φθεγ... a κόπτ... ὄπα, ... pra...

cem edens, nullum sonum efficiens. a recentioribus deinde poni cœptum quoque de eo, qui nullum sonum auribus percipit, ὁ τὴν ἀκοὴν βεβλαμμένος, surdus. metaphorice autem varie ponitur. κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος, Λ, 390, nihil dicens est jaculum viri imbellis, i. e. sine ictu, sonum nullum faciens dum accidit: is, qui destinatur eo jaculo, ob ejus ictum nullum clamorem præ dolore, nullum gemitum, edit. *es will ein solch geschoss nichts sagen, (such a weapon is inefficient.)* ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ, Ξ, 16, quando nigrescit mare magnum fluctu muto, i. e. κύματι μήπω ἠχοῦντι, fluctu nondum sonante, sed attollente tantum se; ut solet in mari fieri antequam tempestas et ventus vehemens re vera incumbat. ergo sic vocat κύματα τὰ μὴ ἐνεργοῦντα εἰς ἀκοὴν, τὰ μὴ κτυποῦντα, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀκουόμενα. κωφὴν γαῖαν ἀεικίζει, Ω, 54, ubi sic vocatur corpus mortuum Hectoris, quod Achilles pessime tractet: id sonum nullum edit, et est γαῖα διὰ τὸ καὶ ἀπὸ γῆς εἶναι, καὶ βαρὺ καὶ γαιῶδες. conf. γαῖα. ergo Homerus nusquam de ἐμψύχῳ posuit κωφός.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

Clarke's Homeri Ilias Vol. II. to face the Title

